




Q 40310

194 -

15:

This Book was Printed 1477. see ye End

Æneas Sylvius an Italian: after call'd Pope Pius the 2d. He liv'd in ye year 1464.
He was very Learned; an excellent Orator, a Great Poet, Philosopher & Cosmographer: He could speak Eloquently. Magna quidem in Dicendo Pii laus fuit, quod cum saepius in iisdem de Rebus loqueretur, Diversa semper visus est dicere: Tanta erat in Homine Eloquentia, et copia. (Platina De Vitis Pontificum Romanorum) Scientia sane insignis – Papalis cathedrae Vis in Eo statim cecidit. (Morn myst Iniq) He was at the Council of Basil, wrote every thing, praising the Decrees that were made there exceedingly, the Reign or Religion & Learned men.

He was Scribe in the Council of Basil, & approv'd it in his Publick Writings. Afterward was Secretary of the Emperor Frederick; then a Bishop, afterward a Cardinal; & at length a Pope; being chose about Aug. 1458 & Died Aug. 16. 1464.

Calvisius.

1ℓℓℓ. - 1444.
M cccc XLIV. 1444
1ℓℓ6. - 1446.
1ℓℓ7. - 1445.
1ℓℓᴧ. - 1447
1ℓℓ3. - 1443
1ℓℓ2. - 1442
1ℓ76. - 1456.
1ℓ7ᴧ - 1457
1ℓ77 - 1455.
1ℓ72 - 1452
1ℓ61 - 1461.
1ℓ60 - 1460.
1ℓ79 - 1459.
1ℓ62 - 1462.
1ℓ78 - 1458.
1ℓ63 - 1463.
1ℓᴧᴧ - 1477.

The first printed book, (a Bible). was executed between the years 1450 & 1455; being less than 27 years earlier than this volume

Enee siluij senensis poete laureati imperialisq secretarij viri omnium facile prestantissimi Rerum familiarium Incipiunt epistole peramene.

Cur singulari numero scribendum sit Item cur libri cumulentur.

Eneas siluius imperialis secretarius Magnifico iohanni Comiti de lupfen Salutem plurimā dicit. In scriptis veterum tria inuenio que nostri partim negligūt partim assequi non valent. Elegantiam enim et grauitatem sententiarum quibus vetusti codices redolent nequiunt nostri seculi homines imitari. Quod vsitatissimus priori fuit allocutiones singulares enunciare/et se in epistolarum capite ponere possent nostri/sed supina quadā ignorantia decepti dum blandiri volunt/omnem orationis textum confundūt/vos precor inquiunt/vobis supplico/cesar vestram maiestatē appello/vestrum officium imploro/vestram clementiam obtestor/reddite iudicium inopi/iudicate potentem/meam calamitatē respicite/nemo vos magis q̄ iustitia moueat cesar. Et in hunc modum infinita Hoc et michi facere liceret/sed veterem morem magis commendo. Et cum summos illos imitari sapientes in eloquentie atq philosophie studijs nequeam/in hac certe parte ipsorum vestigijs inherebo. Ideoq te q̄uis claro sanguine cretus et multa doctrina sis fretus singulari appellatiōe saluto. Et sicut julio cesari scribens cicero se anteponebat sic et tu equo animo feres/eneam tuum in ipso primo epistole angulo intueri/quia non arrogantis sed veteres imitantis est/quorum ignorantiam/modernorum scientie prefero.

Nunc quid ex te velim paucis accipe. Retulit vir mitis et michi amicissimus/ymo alter ego michael phullendorfius te pluribus libris habundare quorum nomina etiam michi prescripsit. Inter quos nonnulli sunt quos visere cupio/non q̄ antea non perlegerim sed q̄ diu illis caruit. Et sicut amicus post magnam temporis intercapedinē auidus est amici videndi/sic michi cupiditas est contubernales illos meos quibus nimium priuatus fui in domum recipere/et per aliquod tempus esse cū eis. Hoc potest michi p̄stare humanitas tua vt me michael instruxit Est enim apud te ouidius de tristibus/de arte amandi et amoris remedio. Therencius quoq comicus et jheronimus in epistolis. Quos tam experto relegere q̄ nunc paschalem adesse diem vt piscibus atq oleribus et oleo semotis vesci carnibus possim Quod desiderium si tua benignitas impleuerit magno me tibi nexu retinebis obnixum. Erubesco dum

hic ſcribo Namq; cum nulla inter nos vſura preceſſerit nullaq; notio/ temerarium quodammodo videtur me beneficium ex te petere Quiſ quis enim poſcere aliquid cupit/ante omnia ſeſe debet metiri/et an impetratu ſit dignus rigida trutinare cenſura/ne poſtulatis carens/ et damno et irriſione mulctetur Sed neq; hoc ego pretermiſi Sunt enim nonnulle rationes que michi ſpem faciunt te meis votis annui turum/quas breuiter tibi exponam ne me temere atq; in conſulte mo tum iudices/Omnes qui libros cumulant/aut oblectari illis et fieri legendo periciores cupiunt / aut videri amatores ſapientie volunt / vt tranſeuntes per viam digitulis monſtrentur Hij ſunt qui magnas et precioſas habent bibliothecas in quorum pluteis / ariſtotiles / pla to / cycero / ſeneca / virgilius / liuius / plinius / et omnis vetuſtas de liteſcit / Priores quidem vt gaudium perfectum habeant / opuſcula communicant commodant et in commodatum recipiunt / tranſcribi permittunt / et tanto magis exultant q̄ptum vulgatiora ſapientum virorum volumina conſpicantur / Alij vero tamq̄ꝫ theſaurum libros recondunt / et corrodi potius tinea et opizis muribus q̄ꝫ in apertum dare volunt / Nec tam diligenter vellus aureum draco cuſtodiebat / aut aditum orchi cerberus / q̄ꝫ iſti ſuos libros / quorum dumtaxat marginibus et aureis bullis oblectantur / nunq̄ꝫ quid interius ſit aut legentes aut intelligentes Qꝫ ſi tu ex hijs eſſes / nunq̄ꝫ vel tibi ſcribere vel te alloqui temptaſſem Sed aiunt omnes q̄ te norunt ſimi lem illis prioribus eſſe / qui poetas et oratores non vt in tetro car cere claudis / ſed vt ad tuam et communem vtilitatem publices eme re congregareq; ſtudes Aiunt preterea te fore in omnibus rebus li beralem benignum munificum et tum in omnes homines tum in eos qui tuorum ſtudiorum amatores ſunt largum atq; beneficum Hijs ergo allectus moribus decreui has meas litteras ad te dare / teq; hor tari rogare obſecrareq; vt per aliquod tempus in vſum meum ora tores et poetas quos preſcripſi venire permittas / quoniam ad te michi lo peiores reuertentur/ſed potius per ridentia prata et floridos agros verno tempore tranſeuntes mecum poſtq̄ꝫ confabulati aliq̄ꝫtiſper fue rint/tamq̄ꝫ recreati alacriores te repetent/Quia nullus eſt tam gratis locus/nulla ſocietas tam iocunda/cuius non aliq̄n emergat ſacietas Miſſos igitur illos fac/vt non ſolū m̄ ſ; vt ipſis etiam geras morē Ad hec accedit michaelis q̄ apud te eſt familiaritas/huic etiam placebis/ et his vadem cum ticio tui obſeruantiſſimo ſe dabit/ libros non ituros

esse sinistrorsum/sed ad te puta fide remeaturos. Addo et tertium/quo niam michi etiam libri sunt quorum te potero cum voles perticipem fa cere et sic vicissim tu meis vteris codicibus & ego pfruar tuis. Vt ergo finem epistole donem/credo me non esse stulta petitione vsum/si id pos tulo quod moribus tuis est consentaneum concedere/si tu te michi potes annuere si tua etiam in eo versatur vtilitas/si non solum meam sed eti am michaelis amantissimi tui commoditatem promoueo Tu fac vt ra tione potius obtineam/q̄ ceca fortuna repellar/michiq3 vti mancipio impera. Datum in noua ciuitate austrie quinto ydus aprilis. Anno do mini. 1443.

Qualis debeat esse princeps et cur scribitur in singu lari numero.

Eneas silvius S p d Illustrissimo principi domino sigismundo austrie duci tirolisq3 comiti domino suo. In cesaris curiam q̄ primū migraui magna me cupido incessit tibi vt aliquid scribe rem/sed veritus sum nostri seculi morem cui nichil placet nisi qd est sui similimum. Omnes hodie fere qui scribunt q̄uis vnum alloquantur/ numero vtunt̄ plurali/tamq̄ multiplicando psonas plus honoris adi ciunt reuerentiores videantur/Que ɔsuetudo late in germania patet/ et apud ytalos aliq̄diu viguit. At postq̄ franciscus petrarcha omisso temporis sui squalore priscam cepit eloq̄tiam imitari pleriq3 sic lo qui placuit vt castior etas locuta est veterum Venit ex grecia post hec iohannes crisolores qui constantie sepultus est/vir plurium lr̄arum cuius maiores cū rome constantinum magnum post translationem imperij bizantium que nunc constantinopolis dicitur secuti fuerant. Hic ytalos iam scobrosi et obuoluti sermonis penitentes/non tamen plus habentes luminis q̄ franciscus intulerat ad veram eloquenciam reduxit Ita vt similis videatur hodie ytalorum facundia illi que octaui ani temporibus viguit/si quis leonardum aretinum/guarinum vero nensis/pogium florentinum/aurispam siculum/anthonium vicencium/ et alios legerit qui nunc viuentes apud ytalos florent. In quibus et tulliane fluminis eloquentie/et lacteus titi liuij patauini riuus elu cet. Hij nunc eos ad quos scribunt singulari compellant numero. Qui tam grecos q̄ latinos sic locutos fuisse commemorant/sicut yso crat̄ ac demosthenis et ciceronis & mecenat̄ ep̄le ad maximos viros scripte testant̄/Nec gētiles solum sed eos quos colim⁹/quos veneram⁹ sanctos viros imitari se dicunt iheronimū ambrosiū augustinū grego-

rium/qui non solum homines/sed ipsam diuinam que omnia nutu suo regit maiestatem adorsi sermonibus/presta inquiunt da fac concede mi serere largire/qui tamen multo ornatius pluralitate vti nouissent q̄ nos/sed visum est illis recte loquendi ducibus ornatum omnem atq̧ leporem confundi/si vt modo sic locuti fuissent/Hijs ego quoq̧ consen tio nec meo nomine scribens aliter q̄ piam compello At te tamen da turus litteras quid agam subdubito/veritus ne tuorum hominum plus consuetudini tribuas q̄ meo iudicio Et arbitraris forsitan regi bus et principibus non aliter scribendum esse q̄ ipsi prescripserunt quibus mos est vti pluralitate/mandamus enim inquiunt/volimus/ facimus/sed hoc quod ex humanitate traxit originem nefas est ad iac tantiam ducere/reges namq̧ scribunt vt qui dominatum habeant/vt quicquid eis placeat legis vigorem habeat Ea tamen moderatione vtuntur cum scribunt vt precipientes aliquid ne se solos videre velint fecisse/sed cum aliorum consilio Nec te moueat q̧ principes inferiores scribentes superioribus pluralem numerum tanq̄ superbie fomitem obi ciant sicud ad cesarem imperij p̄ncipem misse littere manifestant Scri bit enim dux mediolani supplico peto rogo/me vestre maiestati commis sum facio Nam et hoc rationem habet aliam q̄ arbitraris Et q̧ infe riores potestates a superioribus diriuantur non ab re pluralitatem est poni cum inferior scribat/tamq̄ dicat inferior ad te loquens O supe rior aliorum vice vti non possum quia tu illos michi commisisti quos erga alios represento/erga te minime/q̧ tu illos et me presentas Q̧ vero regibus ac magistratibus consuetudo sit pluralitatem offerre/nic hil te vrgeat/nam id est quod stomachabar modo/qui em̄ idcirco plu ralitatem principibus dedat vt ipsi ea propter moderationem vtantur/ non honorare hoc est sed deprimere atq̧ contepnere/tamq̄ nil ipsi sine subditis queant/quibus si vellemus reuerentiam impriri q̧ ipsi modes te faciunt/nos honorifice ageremus Nec enim quia romanus ponti fex seruorum dei se seruum appellat/idcirco nos sibi scribentes eundem sibi reddimus titulum/sed pro seruo seruorum patrem dicimus patrū/ Hec fortasse nimium longe sunt repetita principio que me a proposito remotius abduxerant/Spero tamen hijs factum esse vt vel mecum senties/vel sequenti magnos doctores michi des veniam te singu lariter allo q̄ui Q̧ si alia ratione non facies/tua tamen singularis be nignitas/et innata te mouebit humanitas/Nunc quid sit quod maluerim scribere absoluendum est Namq̧ cum in hanc patruelis tui cesaris curiam veni/multa michi de tua prestāti virtute sunt dicta/

Alius benignitatem precipuam referebat/alius mirificam honesta tem atqȝ modestiam/alius prudentem vltra q̄ etas ferret te predica bat/alius te liberalem et iusti amantissimum affirmabat/alius quod raro inter huius etatis principes reperitur te latini sermonis obseruan tissimum commemorabat/quibus ex rebus et mirari te simul ⁊ amare cepi/et tanq̄ monstrum putabam adolescentem principem tot virtuti bus elucescere/Non tamen statim credulus fui/nec omni voci prebui fidem/Accessi alios/percunctatus sum vniuersos/repperi omnes vno ore loquentes Nec apud me ista satis Adhesi lateri tuo/ et inter coro nas nobilium tamq̄ explorator ingressus/mores tuos dum adhuc me ignorares sum speculatus Attendi gestus sermonum/vultum perlus traui/vidi modestam incessum/latinum incorruptum/Notam famam res ipsa vicit/Non potui michi non credere/sed oculos meos ⁊ aures tu arum virtutum testes admisi/⁊ earum factus sum predicator/quarum ante fueram inquisitor/Nec me ista in assentatorum modum referre cē seas/Ante omnia enim tibi suadeo vt omne genus adulatorum quasi pestem teterrimam fugias/et nullos homines magis detesteris q̄ eos qui tibi blandiuntur/qui te coram laudant/qui omnia que facis pro bāt/qui vbi negas negant/et vbi affirmas affirmant/Ayunt ayo a pud therentium inquit gnato/Et iuuenalis Si dixeris/estuo sudat/ Nam hoc est genus hominum pessimum quod principes maxime deicit et precipitat/timendum non solum adolescentie/sed etiam senectuti/ Cur tamen te palam commendauerim non tacebo/Elucent sane in te quas commendaui virtutes/sed illas non retuli vt glorieris/vt te iac tes/superbias vel infleris/solum hec scribo vt custodias tantum bo num ⁊ serues et amplifices hunc thesaurum/vt sic te habeas q̄ virtu tes tue cum etate crescant et fias in dies virtuosior/Ne in vicium ali quorum incidas/qui boni fuerunt iuuenes ⁊ pessimi senes/et vt est in prouerbio/bonus pullus mala gallina Ego enim cupio vt ex bono ado lescente fias vir optimus/Quod eo tibi facilius erit/quo melius es nutritus Et sane debes ante omnia genitori tuo clarissimo principi grates referre/qui tuum animum excolendum putauit/qui te sub dis ciplina tenuit/ et preceptores tradidit eruditos Hec enim duplex est hereditas/ quam principatus melior/ opes enim et potentatus et huiusmodi honores seculi/bona fortune sunt fluxa mutabilia ca duca/que vt fortuna vult huc atqȝ illuc feruntur/Illa enim mor tale genus quasi in ludo habet/et hunc deprimit hominem/hunc exaltat/ nec ei magnum est ex figolo regem et rursus ex rege fi

gulum facere / Hinc Iuuenalis Si fortuna volet fies de rethore consul Si volet hec eadem fies de consule rethor Magnus alexander subac ta india vt q̄ptum posset ostenderetur oculanum quemdam ad regni fastigium erexit / Dyoclecianus vero cum orbis haberet imperium / deposita purpura et fascibus / rigandis ortorum oleribus / et plantan dis arboribus operam prebuit / At animi bona que sunt continentia / castitas fortitudo / iusticia / moderatio / intellectus / ingenium memo ria / stabili quodam nexu adherent homini / nec auferri a nobis nisi cum vita possunt Hec vere nostra sunt bona hec dum luce inter morta les fruimur vitam prestant saniorem / postq̄ migramus ex hoc seculo spem dant felicitatis eterne Cum ergo has dotes natura tibi concesse rit et parentis cura in te illas auxerit / monitum te esse volo vt serues bonum quod est in te Ad quam rem maxime necessarium censeo litte rarum studium / quo iam iniciatus existis / Quia tamen iam illas vi deris quasi aliquod iugum abiecisse / non erit ab re si te ad eas conar reducere Non enim vt aliqui arbitrantur idcirco principes discunt lit teras / vt latinum scientes perticipare cum alienigenis queant Nam et si hoc frugi est / alia tamen nobilior ratio est / quoniam enim om nes bene viuendi norme litterarum studio continentur / ideo illas expe dit nosse Nec sat est imbibisse principia / nisi et vltra progressus fiat Seculi tamen principes nostri plerumq̄ȝ illa ad ph̄os relegant / aut iuris interpretes / tamq̄ principes non deceat bene viuere Oro igitur te ne illis auscultes quoniam nemo in clarum virum aut famosum prin cipem potest euadere/nisi cū nature dotibus adiunctam habeat doctrinā Omnes sane qui superioribus seculis claruerunt p̄ncipes studiosi lrāꝝ fuerunt Philippus macedo/alexandro nato gauisus est q̄ eo tempore filium habuisset quo florebat aristotiles / Nec alexander hac qua tu nunc es etate litteras a se relegauit/sed ꝑfectus in asiam aristotilem ⁊ calisthenem magistros secū duxit/nec audire ph̄iam inter armoꝝ stre pitus ac tumultus cessauit/ Felix s[illegible]mitum si vicio vinolentie cauisset Alchibiades et themistocles qui apud grecos illustres habentur studi osi fuerunt ph̄ie Epaminundas thebanus qui grecie princeps est ha bitus non minorem litteris q̄ armis operam tribuit Transeo ad roma nos Quid limatius quid eloquentius scribi potest q̄ ea commentaria que iulius cesar de se condidit ? Is enim cum in gallia bellum gereret/ diem armis/noctem litteris dabat/ Heres eius augustus ⁊ orationem solutam et carmen optime dictauit Extantq̄ȝ adhuc eius elegantissi mi versus in eneydos laudem / Quid fabios cornelios aut catho

nes referam/quid de pompeio dicam/qui tam affectus fuit litteris vt
egrotantem possidonium philosophum cuius consul ipse non omiserit
in rhodo visitare/Catho dum esset doctrina plenus/litteras grecas diu
contempsit postea propositi penitens/quod iuuenis spreuit/senex con
cupiuit/Nec dubitauit senium suum litteris peregrinis imbuere/et ad
grecam volubilitatem os contorquere Recte hij quidem/qui et si princi
patum haberent/dominarenturqꝫ populis/seruire tamen litteris volue
runt Sed norant illi platonis vocem/que dicta diuinitus/tum a cyce
rone/tum a boetio refertur/beatas scilicet fore res publicas si rectores
earum studere sapientie contigisset/que sapientia haud dubium ex
philosophie fontibus hauritur/Tu fortasse fabulosa reris/que de anti
quis sunt scripta/qui et in ocio negocium/et in negocio ocium diligen
ter referuntur curasse/sed hanc opinionem possunt tibi auferre nonnul
li viuentes/qui et si rei publice presint et munera regant arduissima/
disciplinas tamen non negligunt/Leonellus marchio estēn tam ele
ganter scribit vt nichil inter eius et ciceronis litteras putes distare.
Similia de marchione saluciarum dicuntur Marchionis mantue filij/
et arma tractant et litteras colunt Alphonsus rex aragonum cui et ci
cilia paret/et ytalie pars obedit que olim magna grecia dicebatur/
qui tociens victus tandem vicit et aduersarij fortunam in fauorem
sui conuertit/nunquam in castris est sine libris/quocumqꝫ it bibliotheca
sequitur/siue in tectis est siue in tentorijs/singulis diebus aut legit
aliquid aut audit Egredior ytaliam et penitus toto diuersos orbe bri
tannos petam/Ibi dux est cleosestrie/qui regnum quod modo angli
cum dicimus pluribus annis gubernauit Huic tanta litterarum est
cura/vt ex ytalia magistros asciuerit/poetarum et oratorum interpre
tes/Vides ne quia hoc seculum principes litteratos admittit/Inter
hos et tu poteris numerari/si quod cepisti studium fueris prosecutus/
Nec enim ideo litteratum te dicam quod latine pronuncies Non et si hoc
pulcrum est/coruis tamen et picis datur victo anthonio cum rediret
octauianus/edoctus latinum coruus inquit/salue auguste imperator
cesar Hinc persianum illud quis expediuit/phitaco suum chere picasqꝫ
docuit nostra verba conari/et addidit causam magister artis ingenijqꝫ
largitor venter/Quid tamen tibi videtur cum venit hungarus aut
ytalus aut gallicus/latineqꝫ fatur cum tu adolescens illos intelligas/
alij senes tanquam surdi astant Pulchrius tamen erit et tunc te lit
teratum vocitabo cum oratores intelliges/cum philosophos nosces/

cum poetas suapte percurres/Hoc tibi fortassis grande videtur et arduum nimis/Haud sic est Nolo te noctes diesqꝫ libros voluere/sed vnam duntaxat cuiusqꝫ diei horam quam exposco litteris/Illud autem cure tibi esse volo vt doctus sit quem audias/et prudens quem sumas magistrum Nec te vana titulorum ambicio fallat Non enim propterea doctior est aliquis qꝛ magisterij nomen aut parisius est aut athenis sortitus Ille autem peritus est qui naturali preditus ingenio/vigili cura perscrutatus est magistros artium auctores/qui cum multa viderit atqꝫ legerit librorum volumina tum memorie plurima commendauerit/qui non solum diuinis litteris/sed etiam secularibus sit imbutus Ex hijs vnum apud te vellem degere/quo cum pro tuo loqueretis arbitrio/qui tempus docendi non ex se sumeret/sed ex tua voluntate/qui cum velis legat/qui cum nolis taceat/sed tuum erit singulis diebus velle aliquid/Namqꝫ postq̄ꝫ biennio hunc modum seruaueris nimitum plus te lucri ex lectione contraxisse putabis q̄ꝫ si prouinciam aliquam sis adeptus Ego quidem laudo edes tuas militibus plenas esse hij enim sunt qui tutantur patriam/et decorum est armorum gloria principem nitere/sed nullum apud te esse virum doctum/nec laudo nec probo Sicud enim milites pascis/ita et doctrinarum institutores nutrire posses/qui te iusti et iniusti differentias ⁊ limites edocerent/vtrūqꝫ redderent ex omni parte perfectum Non decet te illos sequi q̄ sumptus minuant/doctores excludunt/leones tamen pascunt/sicud est illud Juuenalis Non habet infelix numitor quod mittat amico q̄n tilie quod donet habet/nec defuit illi/vnde emeret multa pascendum carne leonem iam domitum Et yronice subiungit Constat leuiori belua sumptu/nimirum et capiunt plus intestina poete/. Sume igitur tibi grandis doctrine aliquem virum/nec percas expensis vbi ingens redundat emolimentum Edicam paucis ne litterarum vtilitatem contemnas/postq̄ꝫ enim viriles attigeris annos hoc tibi honoris et commodi erit vt te in concilio loquente ceteri sileant cum tu vnus plus omnibus sapias Nemo te decipere poterit Nemo dicere audebit/hoc equum est hoc iniquum nisi verum id esse manifeste cognouerit Si q̄s p̄sumpserit inhonesti aliq̄d suadere presto eris rationibꝫ ꝯfutare Si affari volueris ppl̄m quo pacto loquendum sit lrē te instituent Si aut laudare aliquem aut vituperare volueris/et quintilianꝰ ⁊ cicero te docebit Si bellum suscipiendum erit et armis opera danda/Vegecius modum ostendit/et liuius ⁊ q̄ntus curtius et iustinus ⁊ lucius florus

et suetonius ⁊ salustius crispus et historicorum cuneus In quibus et alexandri magni fortitudinem ⁊ hanibalis calliditatem/et fabij versuci as/⁊ scipionis prudentiam/et julij cesaris disciplinam militarem/serto ris ⁊ marcelli audaciam/et iugurte sagacitatem/⁊ omnium q̄ res belli cas gesserunt artes inuenies/Nunq̄ tam multa experiendo videbis/q̄ multa legendo perdisces/Si quomodo rem publicam gubernes scire vo lueris/legendi erunt tibi politicorum libri quos aristotiles composuit/ et leonardus aretinus latinos fecit/Veterem autem translationem tibi nequaq̄ assumes/quia et eloq̄ntiam viciat ⁊ intellectum nimis vex at/Ad regendam familiam et teipsum vtilis erit yconomica ethi caq3 aristotilis tum de officijs cicero/et epistole senece omnesq3 libri ipsius Quomodo regenda sit vxor scripsit franciscus barbarus vene tus/quomodo libri educandi plutarchus/quomodo te coram amicis ha bere debeas ⁊ quomodo in senectute arpinas cicero Idem quoq3 de mor tis contemptu aliarumq3 passionum scripsit in tusculanis/Morales virtutes quomodo amplectende sint ⁊ hij quos modo retuli auctores et post eos macrobius habunde tradiderunt/Vis agriculturam cognos cere/virgilius georgicorum te admonebit/Vis orbis situm mentis oculis perlustrare ⁊ diuersarum prouinciarum situs ac mores intueri/ et quid queq3 regio ferat/⁊ quid queq3 recuset assit plinius de natu rali historia/assit ptholomeus solinus ysidorus hispalensis/Vis ce li sidera ⁊ planetarum cursus/et grandinis ⁊ pluuiarum et flumi nis causas scire ad aristotilem redito senecam virgilium/Vis re gum mores et fastigia principantium perscrutari senecam in trage dijs legito/Vis plebeos homines ⁊ milites gloriosos ⁊ lenonum insidias et seruorum deceptiones vt euitare illas possis intellige re/plautum tibi et therentium assumito/Vis quando fulminan da sunt vicia edoceri/oracius juuenalis et persius in promptu sint/Vis pastorum consuetudinem cernere/bucolicum virgilia num habeto/Vis fabulas gencium et fastos ⁊ tristium miserias et amancium epistolas ⁊ amoris remedia nosse Naso te versibus erudiet Nec stacius thebaydos vel achilleydos inutilis erit senten cijs grauibus vbiq3 refertus Post hec vero fies perfectior Et cum de religione cogites cum de salute anime Iheronimi libros euoluens Augustini ambrosij gregorij lactancij cypriani leonis/scripturam sacram semper domi habebis/⁊ nunc vetus nunc nouum intueberis tes tamētum Hec que nunc scribo si quis extra ytaliam doctus legeret me

maxime argueret/ꝙ inter auctores legendos non numerauerim hugonem de sancto victore/alexandrum de halis vel magnum albertum/vel petrum blesensis et nycolaum de lyra ⁊ alanum et hanc nouorum turbam/ Sed tu caue non istos audias Nam et si docti sint Juuenibus tamen committi non debent Ego tibi suadeo quod per me rectum puto/nec somnio/sed viros totius ytalie peritissimos in hanc sententiam habeo concurrentes/Crede michi nichil discendum est quod dediscere oporteat Sed illis in auctoribus te exerce qui sunt probatiores/Suscipere namq̃ semper optima debemus ad ymitandum/Tu ergo hos sequeris hos audies hosq̃ leges quos tibi prenominaui si vis et multarum rerum scius et princeps toto in orbe singularis et mirandus haberi/ Inter viuendum tamen non suadeo vt conuentus hominum fugias nec te solitarium esse volo nisi cum meditari aliquid volueris et in secessum mentis progredi ad aliquod tempus / ymo suadeo vt sis affabilis et communis omnibus vt te videndum prebeas vt nunc hos nunc illos alloquaris vt consilia ingrediaris vt conciones adeas vt populo te exhibeas et per te loquaris Scio namq̃ frugi esse que homines litteris didicerunt experimento comprobari Nec ego hos homines laudo qui sic se litteris dedunt vt res ceteras peruifaciant/qualem fuisse democritum dyogenemq̃ constat/qui sibi dumtaxat vixerunt Illi sunt omni laude et preconio digni qui et rei publice seruierunt et litterarum studia non omiserunt Intuere platonem et aristotelem et demostenem et iulium et cyceronem et plinium et mecenatem et augustum Hij namq̃ quod ex litteris hauserant in administranda re publica exercebant Idem et tu facies si vir et princeps optimus esse volueris/litteris suum tempus/et suum rei publice dabis Nunc iudicium facies/nunc tenebis consilium/nunc arma tractabis/nunc rem familiarem conspicies Et hijs omnibus quid littere valeant experieris Et ocij vtilitatem cum negocij commodo coniungens/miram omnibus de te spem facies/et vel solus/vel cum paucis orbe toto mirandus haberis princeps Nec te splendor forme tue qui est egregius/nec vestes auree aut ornamentum crinium et equorum pompa tantum honestabit/q̃ptum ipsarum decor litterarum/et virtutum fama/quarum facies si videri possit pulchrior est ꝙ lucifer aut hesperus Ad hec autem sicuti michi videtur tam tuapte incensus es/Cum enim subditi tui nuper ex athesi venientes maiestati regie supplicarent vt te ad regendam prouinciam mitteret·

Non sum dixisti adhuc adeo maturus vt gubernare patriam possim Digna vox que tuo pgrederet ab ore/ quam omnis laudatura sit etas Conuenit enim quid ferre recusent et quid valeant humeri qlibet me ditari cum aliquid est gerendum/quia cum lecta potenter erit res hic demum recte se habebit/Nam (quod bias ait) magistratus virum ostendit nos rectissime de principatu dicemus In quo qui moderationem seruat dijs est q hominibus similior Nec enim arduum est in paupertate seruare continentiam/sed vt marcialis ait Difficile est opibus nō tradere mores/Magna peccandi facultas sequitur principatum/Adest irritamentum gule copia vini et quesitorum vndiqz ciborum lauto gloria mense Vt verbis vtamur lucani/sunt mulieres formose que tum oculis tum verbis tum osculis tum amplexibus adolescentulorum mentes oculos fascinant Assunt corruptores adulatores ioculatores hystriones q arcem adolescentie vndiqz nituntur expugnare/Ille auaricie cultor venalem iusticiam facit/suscipe inquit hoc commēdatum habe/qui dat perliberalis est/et habet multum quod det/Alius ad iram prouocat In te inquit peccauit suscipe gladium/vindica scelus/tu ne princeps q iniuriam feres quam nec priuatus impunitam relinqueret/Alius inquit/mulier formosa te amat/ amore tuo moritur/Cur non compateris et misereris adolescentule gaudes cum ea/Eamus venatum ait vir robustus/quid torpes/ceruorum greges et aprorum clausi sunt/spectaculum tibi prebebo Veni mitte hos senes res publicas tueri/tu letus esto dum tempus fert/At hij quibus in palato viuendi est causa/quid stas inquiunt princeps Jam epule allate sunt frigescunt Veni dum accipiter calidus est/ anteq fumare lepus desinat/squilla est optima et aper boletus in mensa/quid stas et voluptatis tantum amittis/ Multi vicia suadent pauci virtutes/quid facit adolescens cuius etas parum per se roboris habet et cuius animus a natura procliuus est in libidinem Vix grandeui homines resistere tot blandicijs poterunt ne dicam adolescentes / Sed aiunt aliqui / Consilium habebit princeps / maiores natu astabunt / quid sit agendum censebunt primores patrie / scitum est / Sed omnes qui principem coronant facere illum sibi amicum student / et non que sunt apta sed que iocunda putant in consilio dicunt Et nititur per se quisqz vt carior sit Nec est qui libera proferat animi verba / et quiuis pars bene consulat / liberum est adolescenti quos vult sequi/et quia inexpertus est parum pensi habet/non qd expedit sed quod libet plerumqz amplectitur Et quippe qadmodum fert

opinio et maturum principem esse oportet et suo consilio fretum/aut adeo rudem vt in modum trunci nichil per se disponat sed quod maior pars suadet execucioni mandetur Nam qui aliquid scit minus tamē q̄ satis periculosus est rei publice et imperia sepe subuertit/cum non ad rationem sed ad libidinem regat Hinc est q̄ in libris regum puellum octo annorum bene rexisse reperimus/siue is septem annorum fuit ioas filius ezechie/non enim is rexit/sed eius satrape regnum administrarunt Est autem principatus irritamentum quoddam viciorum/et admodum pauci reperiuntur qui non aberrent cum frenis omnibus sunt soluti A saul vsq3 ad zedechiam nouem et triginta reges in iuda et israhel fuerunt Inter quos solum octo boni numerantur/reliqui vero ignari/imperiti/indocti/impotentes/auari/superbi/iracundi/crudeles/libidinosi/adulatorum/et stulticie serui/qui abitione nescio qua effrenata tamq̄ ad pestem mortalium nati ydolis seruientes bellis semper indulserunt/pacis et ocij hostes fuerunt · Et hij tamen in populo dei regnabant/et horum pleriq3 per seruos domini prophetas fuerunt vncti Nec salomon q̄uis scientiam et sapientiam a deo fuerat assecutus perseuerare potuit/sed adamauit mulieres alienigenas/et hijs copulatus est ardentissimo amore/Fueruntq3 ei vxores quasi regine septingente/et concubine trecente/et auerterunt mulieres cor eius vt sequeretur deos alienos/Nec dauid q̄uis electus esset a deo vicijs caruit siquidem ꝛ homicidium simul ꝛ adulterium perpetrauit quod non fecisset vnde pastor erat/sed eum licentia regni prouocauit Quid alius faciat cui minus est roboris/quid iuuenis/quid adolescens/An est aliquis qui annis teneris dominium censeat committendum cum sepe robustior etas sub illo deficiat Prudenter tu quidē qui patrueli et sanguini tuo potius q̄ alijs credidisti/nec dominatum prius suscipere q̄ peritiam voluisti/Alius fortasse aliter fecisset/qui opinione inflatus sui quid ad me dixisset obedientia ista/ego iam liber esse volo Jam scio bonum et malum/quid melius est q̄ imperare/dicam illi fac ꝛ facit Jam vt euolem tempus est/sic dedali filius/vt est in fabulis egit Namq3 cum pater alarum remigium sibi et filio cera ꝛ pice coaptasset vt laborinti carcerem fugerent/liquidum pecijt aerem/et sequere me inquit yeare nec a me quoquam recedas/Paruit ille tam diu quo ad timor artis mansit ignote/Vbi vero iam se volandi aptum putauit/nec se amplius rectore credidit indigere/iussum patris egressus percussis amplius alis vagari cepit et modo huc modo illuc discurrens ac con

tinao altius euolans regionem ignifetam attigit / vbi dissolutis ala
rum compagibus et omni penna solis ardore perusta / ruinam fecit et
nudus in mari cecidit quod adhuc eius nomine vocatur ycarium /
Prosequar iterum fabulas / Pheton filius phebi patrem rogauit
sibi vt quam peteret rem concederet Jurauit per stygem pater se nichil
negaturum / Filius currum solis sibi regendum committi postula
uit / penituit phebum promissi scientem tanti regiminis impotentem
natum / sed quia iurarat negare non potuit / q̄uis cycero in officijs
hoc iuramentum potius rescindendum putasset / Ascendit pheton
currum gloriabundusq lora recepit tumq et se regem et deo similem
arbitratus est Vbi vero ad medium celi est ventum cum solis equos
inhibere non posset illiq vagarentur / et mundus omnis ignibus con
flagraret / iouis fulmine ictus est et in eridanum precipitatus / His
ce figmentis admonent q̄libet poete vt antēq̄ presit et dominetur /
vires suas rigide metiatur / ne sub pondere ruat / quoniam onus est
non voluptas alijs imperare / si modo id volumus cum ratione efficere /
et in eum finem regere propter q̄ reges sunt instituti / Leges romane
que ab athemensibus et spartanis quas tradiderunt licurgus et so
lon sunt orte / pueros vsq ad annum quartumdecimum sub tutela
esse voluerunt / post hanc etatem in annum vicesimumquartum cura
tores adolescentibus dabant Nam ante hoc euum infirmam cense
bant etatem Eam ob causam cum duo scipiones et carthagineñ in his
pania fuissent occisi / et hanibal armis ytaliam premeret / iterum se
scipio affricanus maior repromittens diu per senatum reiectus est q̄
quartum et vicesimum dumtaxat annum esset natus Tandem cum es
set alius nemo qui se diceret profecturum prouinciam / necessitate
magis q̄ voluntate senatus optinuit / Carthaginensis eorum im
peratore defuncto hanibale imperium filio qui iuuenis erat commit
tere recusarunt Nec hanibal prius dux penorum creatus est q̄ han
no esset occisus qui patri successerat / Rex numidie masinissa filios
suos moriens qui iuuenes erant romano populo presertim corne
lie familie commendauit / Quid tibi gentilium gesta commemo
ro / Prohibent sacri canones ante vicesimumquartū annum fieri q̄q̄
presbiterum / aut pontificem ante tricesimum / Referamus aliquid
ex veteri testamento / nam et ibi quoq concilia iuuenum ad regimen
patrie immatura vident / Mortuo salomone qui super duodecim tribus
regnabat / venit filius eius roboam in sichem vbi ꝯgregatus erat om
nis israhel ad ꝯstituendum eum regem / ⁊ dixit multitudo Pater tuus

durissimam iugum imposuit nobis/tu quoqz nunc imminue paululum de imperio patris tui et iugo durissimo ⁊ seruiem⁹ tibi. Qui ait ite ad tertium diem et reuertimini ad me. Cumqz abisset populus/iniit consi lium rex cum senioribus/qui responderunt. Si obedieris hodie populo huic et peticioni eorum cesseris locutusqz fueris ad eos verba lenia/ erunt ⁊c. At ille reliquit consilium senum et adhibuit adolescentes qui nutriti fuerunt cum eo/qui dixerunt ei Sic loqueris populo huic/ Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Et nunc pater meus posuit super vos iugum ego autem addam super iugum vestrum Pater meus cecidit vos flagellis/ego autem cedam vos scorpionib⁹/ fecitqz sic/et irritato populo recesserunt ab eo decem tribus/qui consti tuerunt sibi regem hieroboam filium nabath/scissusqz est israel in ppe tuum/quia inexpertus rex consilia iuuenum recepit/Melius fuerat il lum infantem fuisse/nam tunc senes obtinuissent. Ochozias filius ioiā duos et viginti natus annos regnum accepit in israel et afflixit popu lum domini et fecit quod malum erat coram domino. Nec aliter se ha buit acham filius ioatham qui viginti annorum erat cum regnare ce pit in iuda. Nemo peior q̃ manasses inter reges fuit/qui duodecimo sue etatis anno suscepit imperium Similis ei filius amon fuit qui reg num vigintiduo etatis anno inchoauit/et a seruis suis propter scele ra quibus implicitus erat occisus est. Quid ioathan referam et duos ioachim patrem et filium ⁊ sedechiam nominem qui perdita iherosoli ma captus a caldeis/prius coram se natos suos occidi vidit/postea pri uatus est oculis. Hij omnes infra tertium et vicesimum annum regna re ceperunt/et quoniam inexperti erant malum coram deo gerentes/et se et suos populos pessundarunt. Quorum stulticie contraria est ado lescentia tua/que licet q̃tum in hac etate potest esse prudentie sortita sit/spemqz maximam de sua sapientia prebeat/non tamen prius ad re gendam prouinciam mitti voluit/q̃ robur etatis et rerum essequere tur experientiam/Sciebas namqz tuapte ingenio quoniam non rectu rus sed regendus ires/quod sub patruele tuo cesare nostro sapientis simo potius q̃ sub alijs tollerare voluisti vt interim dum etas crescit/ regiam maiestatem secutus interris consilijs/iudicia noscas/res ac duas videas/viros sapientes audias/in dies fies rerum experi entia doctior/At cum hijs seruandum est quod supra dixi/vt tem poris aliquod spacium concedas litteris que reliquas virtutes tu as condiant et illustrent/quibus si fueris vt spero in futurum ri te imbutus/cum ad regendum venies non par alijs sed omnium

principam eris speculum / teq3 vicini omnes suarum litium moderato rem et arbitrum facient Et q̄2admodum ad visendum sapientiam sa lomonis regina saba et alij orientales concurrerunt / sic te totus occi dens venerabitur et septentrio / et ad famam tue prudentie infiniti vi suri te venient Eris enim quasi iosias alius filius amon / populum tu um recte gubernans / nec ad dexteram neq3 ad sinistram declinans / Age insuper princeps optime et adolescens clarissime/dum tempus habes incumbe litteris / edisce scientiam et studio te prebe Nec tibi sit cure si res alique in athesi sunt innouate Illas enim patruelis tuus componet et pro sua eximia tum sapientia tum bonitate pacabitur / teq3 cum tempus aderit et dominio ⁊ virtutibus auctum remittet in patriam Interea regimen recte illi commissum est/q̄a indiget athesis regio fauore propter finitimos plures qui tuis indigent terris et a pertis faucibus expectant quomodo tuum possunt patrimoniū deuora re / nec aliud verentur q̄ nomen regium imperialemq3 dignitatem Et licet nonnulli aliqua inpresentiarum tonitent / melius tamen regio q̄ ducali nomine compescentur / quos si tu regeres / adolescentiam con temnentes tuam acerbius affligerent terram / Sed mitto hec quia tu scisti quid esset agendum / et te regi commendasti / Meum est te hor tari vt litterarum q̄ta sit vtilitas q̄tusq3 fructus noscens / non nichil horarum studio attribuas / quod iam tibi satis arbitror persuasum Non eloq̄tia mea que nulla est / sed bonitate tua / qui ab ipsa natu ra innatum habere videris amorem scientie Sed facio iam finem quia rumor vociferatio et strepitus in quo sum non fert vt plura di cam / Viuo enim inter clamores qui rumperent somnum druso vi tulusq3 marinus / Vnicum est toti cancellarie receptaculum cum plures sumus vnis in edibus commessantes et combibentes / Nec formice tam presse in suis antris q̄ nos vna in auleola degimus Apes distincte cellulis in aluearibus delitescunt / nos vno in con claui veluд oues in ceptis alter alterum premimus Nec spuere quis q̄ potest nisi alterius commaculet vestem/tantumq3 inter nos ser uamus silentium / vt picas in nemoribus vel cornices / aut in palu dibus ranas audire te sentias / Miror mei qui tantum tibi exprimere potuerim/sed hoc fortasse nimis est tibi / qui iam litteras quasi iugum aliquod abiecisti et nunc magis vocandus est ad studium q̄ trahen dus Illud michi molestum est q̄ ad te scribens inter vexationes plurimas perpolire non potui quod ad te legi speraui At tu veni am dabis ⁊ loco et ingeniolo meo quod tam ebes est vt nedum in tu

multu sed vix in quiete cenare queat qd scribit Vale iam tandem et me q̄tum cesar pmittit tuum habeto. Ex gretz nonas decembris .1xxx.

Laudat poeticam et juris scientie prefert.

Eneas silvius dño gwilhelmo de lapide militi literato et streñuo S p d Venit ad me hodie tuus michael ymo meus ymo noster. Et heus tu inquit enea vir ab hinc hora me aggressus est qui se tantā iuris periciam iactat habere vt nullius ytalici disputationē formidet/ Nec panormitano/nec ludouico romano si viueret palmā daret Cinū bertolū baldū iohem andree ymoleū butriū fulgosios/ omnesq3 nouos legum interp̄tes post se facit. Inter sceuolas vlpianos neruas pomponios paulos seruiosq3 se locat/ Multoꝝ verboꝝ est sed q̄tū salis habeat non scio. Qui eum sequunt̄ audire magis q̄ loqui pn̄t Horis amplius q̄ quatuor secū fui/nunq̄ michi vacuū tempus p̄buit q̄ aliquid dicerē. Cicada est que vt tacta fuerit semel nunq̄ silet/ Is poeticā ɔtemnit/ nec si dij musas ei oms infunderēt/grās ageret/quia p̄ter legum periciam nullā esse scientiā p̄dicat. Poeticā vero prorsus inutilē esse ɔtendit que nec panem lucrat̄ nec vestitū/ Solus iustinian⁹ et ypocrates marsupiū implent. Jeiun⁹ cantat lucanus in oris/et satur est cū dicit orati⁹/oe Stomachatus sum dum hec audio wilhelme militū decus nec me ɔp̄mere possum q̄n bilem expuam/si nō cū alijs saltē tecū qui iudiciū habes rectū. Non vitupero leges vt ille musas q̄uis ouidij verbis vsus/ Glosas leges dicere potuissem. Sunt em̄ vtiles/ɔstringūt hoīm vitas/et quia nō p̄t quilibet esse philosophus vt quid vitandum quidq3 sequendū sit agnoscas edite leges sūt et ante omniū oculos positae tamq̄ cancelli quidā vltra quos pgredi nullus audeat Legib⁹ tamē nemo pfectus fiet nisi philosophie studijs incubuerit/quia nō possunt omnē casum ɔplecti leges. Ideo p̄nceps moderator legis epykeyā habet vt durā mollificet/ laxam vero sanctiorē restringit/qd nunq̄ recte p̄ncipes agerēt nisi magistrā vite/expultricēq3 vicioꝝ secuti fuerīt philosophiam/ Sed hic noster monarcha vel bipes asellus poci⁹ inflatus opinione sui ciuilem scientiā omnib⁹ p̄fert/ Matrem filie postponit/et fluminib⁹ mare/ Is est ex illis cecis et obtusis hominib⁹/qui postq̄ leges quatuor aut decē memorie ɔmendarūt/iam non ampli⁹ homines sed deos se putāt/ Legesq3 diuina censent oracula que vel appollo vel appollim maior deus ipse p moysen tradiderit/aut qualia sunt xp̄i responsa que nos euangelia nuncupam⁹. Ac p̄terea si quid egisse cesarē audiunt qd iuri scripto ɔtrariet̄/id irritū garriūt nulliusq3 esse momēti/

quasi obnoxius sit princeps terminos curie & stilum seruare/ligatusq legibus sit/quod nec ipse leges volunt/que legis vigorem dicunt habe re quicquid principi placuit Sed nesciunt hij stulti atq dementes e quitatem plus in principe locum habere q rigorem Qz si non iuri scrip to cesar nonnunq obtemperat/satis est quia sequitur equitatem apud philosophos late descriptam/quam nulli iuriste dissoluere possunt nisi ad fontem veniant vnde leges scaturiut/imitenturq peritissimos illos iurisconsultos quorum scripta et philosophiam & oratoriam redolent/ sed nostri panis questores et auri corrosores vix intelligunt ornatum iurisconsultorum sermone/neq quid illi vellent quouis pacto scirent/ nisi commentatores sententias textuum exponerent/hoc dicit ista lex hoc illa/quos isti sequuntur vt ceci ductorem suum Dicerem plura in hanc partem sed vocat me defensio poesis quam noster tabulus non de siderat Credo equidem nam nec sues margaritas curant/Gallus esopi iaspidem contemsit/escamq magis q iacinctum inuenire voluisset Con temnis asine poesim/spernis musas bos/fugis humanitatis studia ca per/Contemnet te poesis nec te intrare choros suos permittet In om nibus cum sis fatuus miror in hoc vno te esse sapientem/qui cum vide as obseratam tibi atq abditam poesim/nolle te suum commercium di cis/Sapere hoc est Nunc te philosophum video quia non cupis quod non potes habere Stultum est desiderare quod assequi nequeas Tu ta men vltra progrederis/scientiarumq omnium splendorem vocas inep cias/Vidit pendentes aselli testiculos vulpecula et prope casuros credi dit/secuta est predam spectans At postq diu frustrata est quia non ca debat O q inquit nigri sut testes/nunq illos esse potuissem Nigra est tibi poesis stulte quia candorem eius obnubilate oculis no vides Non sapit egroto vinum quia lesus est gustus · Non est de pane lucrando dicis/tibi nunq panem lucrari poesis posset/quia crassis ingenijs nubi losisq mentibus non potest fructum prestare At virgilio frugifer fu it/Oratio ad modum pinguis qui frui partis optabat/Opianus quia nomina piscium naturasq describit/magnas opes est assecutus Quid noui leonardus aretinus Guarrinus aurispa panormitanus anthoni us luscus pluresq alij Hijs et patrimonia sunt ampliata & opes accu mulate q plures quia poesim et oratoria sunt secuti Nec tibi vnq tan tum auri speculator prebebit qtum quintilianus aretino tribuit Qz si apud tuam germaniam non sunt in precio vates/non poesim sed princi pes potius argue quibus leuissimarum rerum magis est cura q littera tum Apud ytalos autem florent huiusmodi facultates/nec erubescunt

princeps audire et noscere poeticam Idem spero quod tu nolles et in germania futurum aliquando/quia et olim viros doctos hec terra tulit/et iam plerosqꝫ noui dicendi peritos/qui te inuito/etiam si tibi rumpantur ylia/eloquentiam inter germanos seminabunt Nec enim inutilē tenetur vt tu asseris poesim/sciūt ex hac maximum gigni fructum Quomodo enim pacari prouincie et amicicie vel conflari vel integrari possent/nisi facūdia foret quam poesis alit An nescis quantus est epistolarum vsus/quantus hystoriarum/quantus orationum Rex regi per lrās conciliatur/ciuitates federa percuciunt/absentes cū absentibus fabulantur/Historia nobis res gestas refert que testis est temporum lux veritatis et vite magistra/Orationes senatum regunt/populos ducunt/leges suadent/Sed quis hec bene agat nisi poeticis et oratorijs imbutus disciplinis/Quas preterea grates referre homero debent greci atqꝫ troiani qui iam duobus annorum milibus mortui adhuc viuunt/Nouit quanta sit vtilitas poetarum alexander magnus cui per asiam iter facienti cum obuiam tumulus achillis fieret O fortunate inquit adolescens qui tanta decantauit tuba/homeri scilicet musam designās Alexander amintre filius rex macedonum pyndarum poetam liricum apprime dilexit/Archelaus eius successor in tantum poetas amauit vt euripidi tragico consiliorum summam crederet/cuius suprema non contentus prosequi sumptu funeris crines tonsus est/et merorem quem animo conceperat vultu indicauit Affricanus prior quinti ennij statuam sepulchro suo iussit imponi/Lysander lacedemoniorum dux cum obsideret athenas quia sophoclis inhumatum corpus iacebat/inducias dedit vt congrue et digne poete exequie fierent/Julius ille cesar qui nobis romanum imperium peperit non solum poetas amauit/sed fieri et dici etiam poeta voluit/Idem et augustus octauianus Ac propterea mortui viuūt/nec vlla istorum etas immemor erit Quod si nōnulli principes equos potius et canes alere quam poetas volunt/et multa carne leones vrsosqꝫ pascunt intestinis poetarum nichil prebentes/talis erit eorum obitus qualis equorum et canum/nec post mortem maius erit istorum nomen quam vrsi atqꝫ leonis/Integri morientur nec beneficio musarum famam sibi vendicabunt/quas tuo ex more nichili curauerunt/Antiquitas prouida tanti poeticam fecit vt tam poetas post editum opus quam imperatores post victoriam triumphare et curru magnifico duci per vrbes voluerit Communeqꝫ illis insigne prebuerit lauream/quoniam sicut ab hostibus imperatores liberant ciues/sic vicia fulminātes et virtutes extollentes poete ciuitates custodiunt et amplificant At tu maior alexandro magno/lisandro virtuosior/melior scipione/prudentior iulio/augusto

fortunatior/ et omni antiquitate sapientior/ inutilem poeticā dicis/ quia nil panis affert nil auri nil diuiciarum Esto quod ais/non tamen id circo legibus tuis poetica cedet Namq3 dum tu aurum petis/auare fe cis amator/mundi cultor/poeta/honorem famamq3 queritat/et cantās superum laudes/virtutisq3 excitans amorem/iter sibi facit in celum/tu cum auro et diuicijs quas sequeris/quasq3 solas dare beatitudinem putas/in terra manebis et animam simul et vitam perdes Non est mihi crede cognoscere leges q̄ poeticam maius/scio quia non credis sed stul ti credulitas non dat verum nec aufert · Cicero qui fuit lingue latine princeps semper poetas fuisse raros testatur/quoniam hec facultas do num dei est quod non omnibus datur/Artes cetere studio diligentia preceptionibus possunt apprehendi/hanc nemo assequitur/nisi diuino munere preditus Tute vides iuristarum greges inter quos plures ex cellunt habenturq3 doctores et legum interpretes quorum mores nichil a brutis distant/qui res humanas minus q̄ capre norunt/Tu non fate bris hoc quia fortasse caprior es capris/Ego polinum noui mediolanen̄ qui lumen habitus est iuris ciuilis Js facturus edificium magistros conduxerat/Trabes in edium medio erant quib9 lacunar aule construi debebat/ tempus cenandi fuit/ite inquit polinus architectis commedi te ego interim aliquid operis faciam Jllis amotis trabes metit̄/ q̄ lon ga ex pariete in parietem mensura recepta nec q̄ intra murum pars ligni esse deberet animaduertit/sciditq3 trabes et perdidit edificium/Js tamen iuris preceptor erat/multisq3 annis cathedram rexerat Quid m̄ tu hanc disciplinam iuris tantopere laudas et omnibus prefers/cuius asini possunt esse preceptores Orator atq3 poeta si ciceroni plusq̄ tibi credere volumus nullus erit nisi et prudens et bonus multarum scientia rum periciam fuerit assecutus/Atq3 idcirco raro semper poete rariq3 ora tores fuere Jn quorum numero facis sapienter si non desideras esse q̄a non potes stulte si contemnis q̄ tanti viri commendauerunt/Hec ad nostrum asellum sint dicta Tu wilhelme disciplinarum amator si vn q̄ hosce homines audiueris suscipe poetice partes/et ostende te huius diuini muneris cultorem/Vides q̄ facile sit has picas conuincere Nos tamq̄ pulices inter vngues comprime/nec sine vt diuinam poeticam que vt cycero tradit omnium doctrinarum est prior inuenta/pollutis arguant labijs Defende hanc pulcherrimam dominam/cui si presidio fueris nomē habebis eternum/et non solum inter meas epistolas que tamen non sunt cito casure/sed inter scripta potiorum vatum inuenie ris legendus/Vale et illustrissimo principi dn̄o duci alberto me comen

batum facito Et quia consiliarius eius es admone illum ne litterarum studia contemnat Iterum atque iterum vale Ex wienna kl' Junij·1444·

Suadet seruari aurum et priuata negocia commendat·

Eneas siluius iohanni peregallo fratri amantissimo S p d Recepi tuas epistolas quas martinus regie cancellarie notarius attulit/cognouique te bene valere quamuis inani marsupio debilem/sed illud quod aliquando implebit si sperata vino detur Cupis scire anthonius luscus in meas ne manus venerit/venit et apud me est michi carissimus/tu rogo gratias meo nomine prestanti et facundissimo theologo francisco de fuce dicas meque sibi offeras quia non ero deses in omnibus quibus possum morem sibi gerere/magnique numeris loco recipiam si quid me posse conari sciam eius desiderio gratum Munus quod stephani misi redditum est sicud eidem scribo aureos illos quatuor quos velle per barbatum mittere scribis suadeo vt apud te habeas/quia multa possunt occurrere propter que illis in mea causa opus sit Scis quia tridentina plebenda impetitur tuque defensor es cause Nichil est quod absque argento romana curia dedat/nam ipse manus impositiones et sancti spiritus dona venduntur/nec peccatorum venia nisi nummatis impenditur/Pecunia igitur aurum vt cum opus sit presto reperias De officio scriptorie cognoui tuum consilium/mitto procuratorium tibi vt illud quanti pluris potes vendas/Circa preposituram mediolanensem quid suadeas plane percepi·laudoque sententiam tuam/sed nescio an fieri possit quia non habeo promotores Si obedientia restitueretur concilio vellem te causam inchoare/quia tua res erit si poterit obtineri Quam reseruationem expedieris super beneficijs ecclesie tridentine admodum probo Cupio enim vt illic sis vt cum quiescere velimus vna illic senium peragamus cum francisco nostro/quamquam illius propositum mutatum vereor qui bellum timens illinc abijt nec postea reuersus est/et forsitan cum vxore potius quam cum ecclesia viuere cupit/Quam si sic sit/vellem suum presentires animum vt de suo conatu aliquid inuicem consultaremus si quid tibi et michi posset conducere laurentius rotella noster/Preposituram pinguem in administrationem recepit in patriarcham aquilegiensem intenditque illic religionem profiteri si possessionem nancissi possit Ego qua sibi fauori sum suasi vt ante canonicatum tridentinum tibi resignet/michi vero ipse suapte vult ecclesiam perrochialem resignare Si res athesis in norenberga sicuti credimus componantur aliquid boni poterit nobis euenire Ego non desinam sic te promouere vt meipsum quia meritus es

Reuerendissimus dominus aquilegieñ in extremis laborat/parua sue vite spes est/minor sanitatis/exanguis est/spiritus iam non corpus vi det In ecclesia brixineñ quid optet rex scitis omnes/rogo consulo sup plico/ne plus athesinis q̄ maiestati regie auscultetis/quia in nocenber ga nulla vox est athesinoꝝ/regis autem nutu omnia fient/Nollem ali quid fieri quod mentem regiam perturbaret Nos in breui ascendemꝰ quia iam inducias hyemales cum rege polonie ꝛ hungaris sibi obedie tibus nacti sumus/nec aliud in presentiarum agimus q̄ nos vie accin gere/Michi iohānes amantissime bene est/bene habeo ꝛ bene spero qđ michi non tam mei causa iocundum est/quia paucis essem contentus/ q̄ vt tibi et amicis ac necessarijs ceteris possim aliquando ꝑdesse/An dream pauigalium jacobum cernetium gasparem nouatieñ guarinū veroneñ julianū romanū ꝛ in primis franciscum quadratū meo nomie saluos dicito et vale optime ex wienna kalendꝭ junij Anno·xxx·

Dolet pro laurencij captura ꝛ mortem cardinalis polo ni commemorat·

Eneas siluius Johāni peregallo scriptori apostolico S p d Ob signatam tibi has litteras/nuncioq; in crastinum committere animus erat/sed accidit inopinatus et acerbus casus qui et e pistolam retinuit et mentem affecit dolore laurentius namq; noster quem velle religionem ingredi scripseram non claustrum sed carcerem ingressus est Poloni enim vt cardinalem moriturum viderunt/manꝰ in laurentium iecerunt/nulla penitus auctoritate freti Tu inquiunt ar gentum heri impignorasti/non exibis nisi luatur/Septuaginta et du centarum mercarum argentum est quod alberti habēt basilee Hoc vo lunt vt laurentius redimat/Obligatum est pro septingentis aureis quos cardinalis accepit Digna res est vt senius es alienum exsoluat· Ego nitor hominem iuuare/quia compacior viro in aliena terra capto et amico/Sed quid tu facias vbi nulla vox auditur nisi auri cum tu sis inops Ille adhuc deprehensus est/nescio quid futurum sit Nulla excō municatio ꝑdest nulla fideiussio/dum res sic stat anima illa que in car dinalis aquilegieñ corpore diu alligata filo vel cera detinebatur/abrup tis retinaculis carcerem euasit/Obijt ille quarto nonas junij hora post meridiem quarta Nullas extorsiones passus est/nullos cruciatus/sed tamq̄ dormiturus animam exalauit/Viderat medicus mortem instare suasitq; testamentum fieri/sic et amici astantes/Ille vos me deficere censetis inquit et ego robustus sum nec in me quicq̄ sencio deficere

Nec post hec verba mediam vixit horam/Eius corpus per alteram di em seruatum est ostensumqȝ omnibus/Tertia vero luce apud sanctū stephanū et ad dexterā altaris dexteri sepultū est Funus iuxta morem germanie magnū et honorificum fuit Apud ytalos non fuissent tanto viro exeq̄e digne Pileus rubeus ob neutralitatē non est pmissus mor tuo q̄ viuo non negabat Sermo ante funus habitus Nescio quis vir fuit Verba hominis laudo Est hoc anno hijs in regionibus maxima siccitas/nescio an iterum pheton currum phebi ducere cepit/frumēta omnia sunt exusta/magna caristia timetur/nulle pluuie sunt/calores preter solitum admirandi Dicebant plebi non pluit quia excommuni catus est cardinalis/Orator igitur qui ante funus verbum fecit vos in quit iudeis similes estis q̄ cum xp̄m honorificētissime recepissent adue nientē/postea psecuti sunt ꝛ crucē subire coegerūt Vos hunc legatū cu pide recepistis mirificeqȝ honorastis ingredientē Nunc q̄a peccatis vest tris iratus deus nō pluit causam in ipsū vertebatis Ecce iam triduum mortuꝰ est cardinalis cur vobis pluuia non prebet/sceleribꝰ vestris de negat humor nō illi Et in hunc modū plura locutus est Ego cardinal ephitafiū feci/qd tibi cū p̄sentibꝰ mitto Iterum atqȝ iterū vale Ex wiē na quarta junij Anno·xxxx·

De morte cardinalis poloni et de rebus con cilij·

Eneas silvius Reuerendissimo in xpristo patri Johanni cardi nali sancti calixti P p d Pauci dies sunt quibus littere tue michi fuerunt reddite que annum in via consumpserant vel minus paulo Illis ergo non respondebo quia nil est nunc in eo statu quo tunc fuit/solum attingam nouitates aliquas ex quibus possis ad res conciliares vigilantius et vtilius intendere Regia maiestas sedulo operam dat vt q̄ꝑ celeriter norenbergam petat/nec puto hijs in parti bus diu manebit/Res ecclesie aliq̄ꝑ finem nunc accipient/deus illū do net/nec finet amplius tenebrarū p̄ncipem dominari Cardinalis aquile gieñ die secunda junij migrauit ex hac vita/nullum testamentū condi dit/Verum est qd dici solet/sicud viuis ita morieris/qualis vita talis mors/Funus eius non tam dignitate dignū/q̄ꝑ vita fuit Sepultus est quarta junij luce/apud sanctū stephanū wienneñ/Non puto magno detrimēto esse ↄcilio mortē eius/q̄a nō multū vtilis vita fuit Qui nam qȝ legatione abutebat Nec papa id agit quod hic faciebat Omnia ei plana erāt/Itaqȝ murmꝰ fuit aduersus ↄciliū quale vix queam dicere

Tu scis ꝙ mundas manus habere oportreat qui aduersarios habet Si deerat aliquid alius prouidus dispensator ꝙ famosa legatio apud po loniam gesta recommendat/is nunc litteras ante obitum cardinalis obtinuerat cum omni potestate ꝙ cardinalis habebat Itaqȝ legatus le gatum creabat Ego vidi et legi litteras/reprehendiqȝ/quia non potest legatus de latere facultates suas speciales super quibus industria per sone electa est alteri delegare Sed frustra clamaui quia nullum est apud fatuos consilium Nescio quid facturus sit homo Aiunt eum ad huc velle poloniam petere/forsitan facultatibus vult etiam post mortem mandantis/Is laurentium prodidit/captureqȝ sue structor fuit/Me nunc pro liberatione studere oportet/Nichil formidabilius est ꝙ homo bilinguis/Nichil terribilius ꝙ hostis familiaris At hic beneficia ex laurentio plura susceperat/neqȝ huc venisset nisi expensas ille fecisset Digne patitur laurentius/quia benefacere malis malefacere est/Vestrum est cogitare ne apud polonos loquacitas hominis atqȝ cupidi tas fauorem concilij obnubilet/Venerabili ac doctissimo theologo fran cisco de fuce refero gracias qui anthonium luscum ad me misit Andre am contheologum et confratrē saluum dico Neuter eorum miretur si non voco dominos quia nemo dominus est absqȝ dominio/Mendicanti bus autem nedum dominium sed omnis proprietas est interdicta vale ant igitur ipsi et me compauperem ament Tu quoqȝ me vt soles dilige et inter famulos habe fidos Ex wienna die sexta Junij Anno.xxxx.

Laudat secretarium pragen̄ ꝛ famam non esse contem nendam dicit.

Eneas siluius imperialis secretarius iohāni cuskoni secretario ciuitatis pragen̄ amico primario S p d Epistolam tuam diu legi atqȝ relegi modestissima cū doctrina pugnantem vidi/ namqȝ cum ornatissime scribas vereri te tamen ais ad me litteras da re minus comptas/Sed obsecro te ne de inceps tali vtaris princi pio quia michil ad me potes non eleganter scribere etiam si ornatus qui tuis in scriptis elucet maximus/nullus foret/Amicicia enim non eloquentiam sed rem expedit/Tu vero et michi amicus es ꝛ ego te in paucis amo Itaqȝ supplet amor quicquid facundia negat Que excu satio non minus michi ꝙ tibi conuenit Tu namqȝ cum imperitus videri vis doctissimum te ostendis/ego dum aliquid me sapere iacti to impericiam prodo meam/Quo fit vt meis in litteris arrogancia cum inscicia certet/non tam honeste ꝙ in tuis certare dixi cum doctrina

modestiam Sed preterea iam hec/tuisq optatis respondebo/Quis te cu pere si qd noui ediderim tibi vt comunicem/Vererem tuo desiderio mo rem si tam libenter rescriberes q̄ scribo Michi tamen id vicium est vt plus q̄ semel nichil scribam Plura post tuum abitum compilaui/si gismūdo duci patrueliq regis nostri non p̄etuā ep̄lam destinaui Plu rima illic bene viuendi p̄cepta tradedo/De passione domini p̄num edidi regiq dn̄o dedi/Littaras nunc ad istum nūc ad illum misi/Exemplaria omniū wencela⁹ noster habet/Is te potest p̄ticipē facere Tibi plume⁹ michi plumbe⁹ est calam⁹ Man⁹ illi velox/michi tardior Qd ex me cu pis/ex illo pete Nichil noui ex mea manat officina qd ipse nō antea exemplatū retineat Si ergo ignorātias meas tantope cupis/satis ha beto ex me doceri quō voti ꝯpos fias/Notū in bohemia eneam nō inui tus audio/q̄a melius est nomen bonum q̄ diuicie multe Sed vtinam stabilis esset quā de me fama p̄dicas Qd ita demū erit si fundamentū bene iactum est sub petra veritatis Ego michi ꝯscius sū non me talem esse qualis predicor/Vtrumq fit/laudari potius indigne q̄ vituperari digne cupio Est em̄ laus virtutis excitamentum Quis em̄ tam mal⁹ est q̄ virtutem illam non assequi studeat de qua se percipit laudari Ma gis sane magnos stimulos ad eloq̄tiam capiscendam adhibet is quē de me dicis inter bohemos esse rumor Et vtinam possim aliquando ta lis euadere qualis credor/tu vide ne vanus laudator inueniaris Si q̄s me casus pragam detulerit vbi mea presentia nomen adumbret/in ar morum tuorum descriptione prebebo quam optas operam/wencelaoq prouinciam demandabo/cui nichil est tui causa durum facere/Francis cus regie cancellarie/vetus mancipium multa michi de te cum laude retulis que non abs voluptate cognoui Faxit deus vt fecundiora sint q̄ diu vixeris tua tuorumq fata/tibiq vnq̄ me do Francisco nunq̄ de ficiat Verum wencelaus et ego coluium bibemus vbertim Vale ex wi enna kl'may Anno·xxxx·

c

viii

Commendatur ab amicis amicus·

Eneas siluī⁹ ꝛ michael pulendorp S p dicūt ꝛ sese dedūt reuerē do in x̄p̄o patri et illustri principi dn̄o contardo ep̄o ꝯstantieñ Viros bonos et litterarum amatores tue dignationi dilectos esse nequaq̄ ambigim⁹/q̄a similis est amare similem/et omnis ꝑbus afficit̄ ꝑbis/nec virtus potest nō placere virtuti Hoc facit vt iohannē cilium qui tuo indiget auxilio non multis tibi verbis commendemus

Nam cum sit ille probitate plenus et omni ex parte laudandus/satis in se presidij habet ad tuum fauorem nanciscendum/nec commendatione nostra magnopere indiget Ne tamen in suis necessitatibus verba sibi nostra defuisse arbitretur scire te volumus/magni beneficij loco nos suscepturos quicquid in eum te boni contulisse percepimus/Amamus enim hunc et in amicicia nostra tertium habemus/nec sibi quisq̄ prodesse potest quin is nobis gratificetur/Non tam pilades orestem/aut peritheum thesus dilexit/q̄ nos inter nos seruamus amorem/Huic regia magnificentia primariarum precum ius prebuit/capitulumq̄ʒ zofiugeñ tue diocesis pro eo rogatum fecit Jamq̄ʒ in canonicum est receptus Prebendam autem assequi non potest/quoniam alius sibi impedimento est/habet igitur honorem absq̄ʒ commodo/alius forsitan libentius commodum absq̄ʒ honore suscepisset/quia vulgus vtilitatem prefert honori/Vera tamen philosophia nichil vtile censet quod non sit honorificum/Vtrumq̄ʒ sit noster iohannes optat honori suo miscere commodum/quia caduca res est mundialis honor nisi pecunia sustentetur Tu ergo qui illic episcopus es in cuius manus calix mixto plenus/quicq̄ʒ potes ex hoc in hoc miscere Juua hunc amicum nostrum et fac vt nostras preces illi censiamus fuisse proficuas/quod si feceris vt de tua humanitate confidimus non solum illum et nos tibi obligabis sed imperialis etiam fastigij erga te graciam efficies promciorem Vale ex wienna kl̄ may Anno·xlv·

Commendat ius ladislai

FRedericus dei gracia romanoꝝ rex semp augustus sanctissimo patri dn̄o Eugenio p̄pe quarto D p d Et si non dubitem⁹ ap̄li cā sedem tamq̄ veritatis doctricē iustāq̄ʒ vite magistrā quoꝝlibet viribꝫ fauorabilē esse/nulliq̄ʒ prorsus iniuriā facere/q̄a q̄cquid ab eo solio manat iusticie lancibꝫ libraꝝ ⁊ equitatꝭ/non tñ ab re putam⁹ aliqua p nos scribi quibꝫ btı̄tudini tue ius serenissimi p̄ncipis ladislai hūgarie regis patruelis nostri carissimi pueri pupilli ⁊ orphani ꝯmendatū efficiam⁹/et eoꝝ q̄ ficta p veris referūt impijs resistam⁹ conatibꝫ/scit eñ tua btı̄tudo patruelē nostrū p̄fatū q̄ p⁹ obitū diue memorie patrui ⁊ an̄cessoꝛis nr̄i alberti rōnoꝝ atq̄ʒ hūgarie bohemieq̄ʒ regis in vtero paterno posthum⁹ remāsit vt p⁹ natus fuit·⁊ sacri fontꝭ vnda renatus·adhibitis ex more solēnibꝫ veram hungarie ⁊ sanctā suscepisse coronam/nunc autē sicud accepimus magnopere quidam instant vt tua sanctitas titulum regni huius in alium transferat/multa illinc emoli

menta tum sanctitati tue tum regno prouentura dicentes/que licet nul latenus aplicam sedem mouere credamus q̄a nullum comodum est tam ingens pro quo bene vendi iusticia possit/Mirandus tamen est eorum cona tus q̄ ex alieno incommodo suum querentes comodum altissimi sangui nis puerum et paterno et auito regno cupiunt spoliare/Iniquum pfec to et abhominabile scelus/Fecerit enim alius q̄uis magnalia sit po tens/sit aptus regimini/sit p aliquos accersitus/volumus ista discutere nec cum iniuria volumus loqui cuiusq̄/Nulla tamen ratio suadet huic puero suum adimi regnum/qui si propter se non esset magniputandus/ ei tamen propter facta paterna vniuersa xpristianitas fauorabilis es se deberet Quis enim nostri temporis homo est qui patris huius glo riosos conflictus/tum contra turchos/tum contra hussitas non audie rit/Debent preterea et huic puero fauorem prebere aui sui clarissima gesta/et illa ecclesie vnio constantie reperta/tum vero karoli quarti et henrici septimi/quorum vltimus hic sanguis est memoria cesarum Tacemus inclite domus nostre australis opera tam pro imperio q̄ pro ecclesia per nostros et huius pueri progenitores edita Quis tandem non compati deberet innocenti puero/parentibus orbato/vero hunga rie heredi veroq; regi/Insane profecto mentis et animi trucis sunt ac totius hostes iustitie/qui tam generosum puerum regno priuare et ius tam clarum conculcare nituntur Sciunt tamen et ipsi qui talia pe tunt/inhumanum esse quod optant/atq; idcirco extinctum puerum et nusq̄ inueniri confingunt/vt vel hoc colore/regni titulus in alium diri uetur Sed aliud reperitur/Viuit enim ladislaus rex et fausta et felici fruitur sospitate/scitus puer atq; formosus Is est in noua ciuitate vi cinus hungarie/aditiq; ab omnibus potest/qui eius visendi sunt cupi di Spes et nostra et omnium est/antecessorum suorum virtutes in hoc puero reuicturas Que omnia tue beatitudini recensemus ne per sinis tras suggestiones aliquid ex curia tua valeat extorqueri quod hinc patrueli nostro possit esse nociuum/Atq; puerum istis omnibus impe rij principibus sanguine iunctum apostolice sedis fauore tua sancti tas prosequatur Sit igitur hic rex pupillus in tuo conspectu commen datus/sit ante oculos tue mentis sua generositas sua etas sua puri tas/suorum memoria predecessorum et huius iusticiam ex qua non in anis et ficta sed vera et ampla vtilitas apostolice sedi redundare potest amplecti atq; tueri velis Datum wienne kalendas may Anno Mille simo·cccc·xliiij·

Commendat vitam agrestem et commoda ruris·

ENeas silvius S p d Johanni lauterbacensi sacerdoti et viro probissimo amicoqȝ optimo Credo te quid agam ⁊ vbi sum ex multis percunctari cū me apud regē nō esse cognoscis/ Sȝ hoc tibi nullus exponet ꝙ meus calam⁹ q̄ libenter desiderio tuo morē geret sciens quia me amas Audi ergo quid acciderit nobis in noua ciuitate prius/ deinde quid faciam et vbi sum breuiter edoceberis/ Eramus nup in curia cesaris apud viduam quamdam sermonis gnaram itali/ nam et in domo illorum de scola seruiuerat dum virguncula fuit/ hec primū magnorum ministrabat equis/ egrotare cepit ac septima die decessit e vita/ Moxqȝ alius ex familia vir robustus epydimiam professus est se perpeti/ cuius morbi tanta vis fuit vt eum triduo interfecerit Exin de mox hospita dolere caput et ancilla febricitare ceperunt/ Germanus quoqȝ magnifici gaspparis cancellarij vertiginem paciebatur Pauere omnes ac de fuga cogitare ceperunt Accessit cancellarius viamqȝ fugiendi mortiferam suscepit/ Atqȝ sicut hodie sunt octo dies huc peruenimus Sumus enim hic in plebe reuerendi patris electi frisingeñ/ oppidum tibi notum arbitror prugk nomine inter duas aquas mutam et murzam que hic ante oppidum copulantur et vnum facientes flumen in dranum ferunt Hic nundine sunt que per octauam diui martini solent perdurare Ego remissis omnibus curis nunc merces que huc vndiqȝ afferuntur contemplor/ nunc in egredior montesqȝ apricos et siluarum latibula/ ac lucidi fluminis limphas non absqȝ singulari mentis oblectatione intueor Habes nunc et vbi locorum degam et quid rerum agam Nunc illud te volo scire beatum michi videri qui vitam ab negocijs procul publicis sibi delegit/ sicut prisca gens mortalium consueuit/ Quis enim non felicem illum dicat qui nullo fauore aut ere alieno obligatus paterna rura suis bobus exercet/ Audi ꝙ beatus sit Nempe non truci excitatur classico quo bellum petere ac pugnam iubeatur inire Non horret iratum mare / forum vitat / et litigancium iurgia / non visitat superba diuitum atria / non fastidiosis curialibus est supplex / sed aut altas populos adultis vitium propaginibus maritat / aut in secreta redactaqȝ valle errantes boues et armenta pascencia prospectat / Interdum ramos inutiles falce resecat ac feliciores inserit · Interdum mella que pressit puris recondit amphoris / aut oues tondet lanasqȝ recipit / At cum autumpnus decorum caput mitibus pomis per agros extulit magno afficitur gaudio / pira ex arboribus decerpens quas sua manu inseruit / Interdum

purpureas vuas colligit et aut suspendit in vsum hyemis aut mustum exprimit/Libet illi iacere modo sub antiqua ylice modo in tenaci grami ne Labuntur aque ex altis rupibus/queruntur aues in siluis/obstrepescunt fontes manantibus limphis/somnosqz leues inuitant/Vt vero hybernus aduenit annus et ymbres niuesqz dominant/aut apros multa cane in obstantes detrudit plagas aut rara rechia leui amite seu furca contra edaces turdos suspendit/aut pauidum leporem et aduenam gruem laqueo captat Qz si publica mulier illi fuerit quales olim fuerunt sabine siue de quibus sacra scriptura meminit sara rebecca vel rachel que solibus perusta domum seruet/et dulces nutriat liberos multo leacior fiet cum illa in aduentu lassi viri vetustis lignis sacrum extruet focum/claudensqz textis cratibus letum pecus distenta siccabit vbera/et dulcia vina dolio promens dapes inemptas apparabit Quis hanc non laudet et desideret vitam Nonne me amplius locrina conchilia aut rombi vel stari nec ex quouis mari vel flumine quesiti pisces iuuerunt/qz leta de pinguissimis ramis arborum oliua decerpta/aut agna quam solis paschalibus festis rustici mactant/vel hedus preceptus ab ore lupi Nam qntum iuuat inter rusticales epulas mitia poma et castaneas molles ac pruas et caseum pastas oues videre cu domum properant/intuerique fessos boues inuersum vomere collo trahentes languido/Multa sunt ruris gaudia que nunc singula prosequi no est epistolarum angustie Ideo vale et hec ex multis pauca notans amorem ruris aliqn indue Iterum vale mei vt soles memor Ex oppido prugk die xiij nouembris.xlv.

De rebus hungaricis et ecclesie.

Eneas siluius Domino iohanni campisio perspicaci philosopho S p d Vrgent me res hungarie tibi vt sepius scribam Nam et tu illas nosce desideras qui ladislao regi bene cupis Et illa libenter conscribo que scio esse vt sciantur vtilia/In meis autem scriptis plurimum interest cum vel affirmo aliquid factum vel refero quod audiui/In altero namqz veri periculum ad me recipio In altero fidem requiri apud auctores volo/Hoc autem ideo dixi quia rumorem hic fuisse tibi significaui regem bosne per quosdam vocatum esse vt hungarie regno potiretur Que res minime secuta est/nec famam veritas adequauit Sed nunc quo pacto inter hungaros conuentum sit ex me audi

Nam certum est quod nunc scribo/Tu hec domino nostro comuni car
dinali tarentino cōicata facito·vt per eum nō solum sacri collegij aures
sed ipsius quoqꝫ sanctissimi summiqꝫ sacerdotis adire p̄sentiam queant
Nam et sacerrimi illius senatus interest quid in regno geratur hunga
rie pernoscere/cum murus sit illa regio/xpristiane religionis et nostre
fidei solidus paries/Credo igitur te accepisse proceres illos hungarie
qui ex stata decursa cum cardinali strigonieñ hic fuerunt rebus infectis
recessisse Nam neqꝫ regi eorum oblationes satisfecerunt/nec eis rur
sus regis responsum placuit/Significaui tunc omnia tibi Post hec in
hungariam cum redijsset nycolaus vaynoda transiluanus plurima per
temptauit/sed regnicolis nulla via persuaderi potuit que ladislum ex
cluderet/Conuenit igitur alterum vaynoda iohannem ladislaiqꝫ ius
tueri insimul pepigerunt/missisqꝫ clanculum ad cesarem nostrum nun
cijs confirmationem suorum officiorum obtinuerunt/ac rursus facul
tatem quandam cuius vigore ceteras regnicolas ad obedientiam ladis
lai reducentes officia dignitatesqꝫ possent illis confirmare/conuentum
qꝫ regni apud albam regalem in hoc tempus induxerat Jamqꝫ plures
illic sunt/reliquos expectantes Sed laurentius palatinus non im
memor suarum arcium Ubi iam figmenta minime amplius prodesse
perpendit nam mors venerabilis ladislai polonie regis omnibus per
suasa est quia non potest mendacium diu latere/nouum deceptionis
genus excogitauit Rumorem namqꝫ in populos diuulgat se cum duce
burgundie conuenisse vt eius filium in hungariam nauigio transmit
tat/eiusqꝫ rei mediatorem q̄ndam hyspanum fuisse asserit qui classi pon
tice nomine philippi ducis preerat et nuper hac transiuit romam petitu
rus/Sed nemo est qui palatino fidem habeat Nec enim post tot men
dacia dignus cui credatur est/Sciunt insuper omnes ducem burgun
dorum vnicum dumtaxat habere filium q̄ minime ire perditum vellet
cum sit diues ac potentissimus et regi ladislao sanguine iunctus/cui
non est putandum nobilem principem iniuriari velle et maxime cum
eius dominia ab hungaria remotissima sint/nulloqꝫ possunt vsui esse
hungaris Que res palatinum nedum mendacem sed delirum reddūt/
Hinc ipse cum suos conatus in cassum ire perpenderet/conuentumqꝫ
apud albam teneri Jamqꝫ waynodam iohannem illuc pergere et ad
vigesimum lapidem esse in vicina/missis litteris ac nuncijs iohanni
indicat insidias sibi apud albam structas esse/nycolaumqꝫ velle in eum
manus inicere Qꝫ si velit captiuitatem euadere aut mortem albam ne
petat instruit/Johannes territus hoc nuncio minime vlterius pergit/

Accepit hec nycolaus vocatisq3 proceribus suis/multis inquit fraudi bus vtitur palatinus/sua est hec tegna q ad nos iohannes venire ti met/Sz adibo ego eum/nec timebo eum qui me timet/Expurgabo qd michi ingeritur crimen Nec de alijs cogitabo quod ipse in alios non co gito Neq3 saluum conductum neq3 fidem peto vllam/Satis tuta inno centia est/Si quid tamen preter spem euenerit viros vos esse commo ueo/meam vt vindicetis iniuriam/Atq3 sic nycolaus cũ paucis iohem accessit/Interea giskra vir magnificus nostriq3 seculi non paruum de cus qui partes ladislai apud hungaros aut solus aut certe cum pau cis vsq3 in hanc diem tutatus est/cum pancracio stantibus inducijs q sibi castellum per insidias eripuisset vlcturus iniurias exercitum coegit atq3 cum octo milibus pugnatorum ingressus pãcracij territoriũ/quod dam munitissimum eius oppidum obsidione cinxit/Accersito comite georgio de sancto georgio vt sibi auxilio foret Nam is quoq3 paucra cij vicinus ⁊ inimicus est Georgius vero wiẽnam mox venit auxilium q3 regis romanorum pecijt/multisq3 verbis rogauit vt ante calexium quod est oppidum magnifici gasparis cancellarij ad nouum castrum pertinens/sed a paucracio occupatur obsidionem ponerent australes Que dum sic aguntur pancracius qui antea dudum litteris securita tis accersitus/conuentum hungarorum accedere recusauerat nec cen tum sigillis credere voluerat/timore post posito hungarorum/nam ma ior giskre instabat metus/cum septem militibus albam percepit In manusq3 se procerum tradens queritur se giskre conatus opprimi/pe titq3 auxilium Nam se regi ladislao fidem dare ꝓmittit Nec se alium velle regem habere testatur nisi ladislaum postq̃ mortuus est rex polo nie cui sese astrinxerat/Similiter et oratores ad regem romanorum destinat/se pacem cũ austria perpetuam habiturum/nulliq3 alteri q̃ la dislao in hungaria tanq̃ regi pariturum asserit Rogatq3 scribi giskre ne se infestet/Barones hungarie audito pancracio sub tutela sua cum recipiunt presertim nycolaus vaynoda et dyonisius cardinalis strigo nensis·scribuntq3 cesari ne deinceps giskram insultare permittat/pan craciumq3 vexare/q̃ vigore mandati sui cum omnibus eius bonis ad graciam ⁊ obedientiam ladislai suscepissent Hijs apud cesarem respon sum est/commiti georgio australes nõ posse ante diem sancti georgij castrametari/tum propter impedimenta pluuiaꝝ/tum q in campis nul le sunt herbe/sed adueniente vere nisi interim qd debitum est pancraci⁹ fecerit paratos esse austrie ꝓceres in campũ exire temeritatẽ pancracij compescere/Interũ vero tricẽtos equites sibi ex austria in solaciũ venturos

Exinde rogati sunt oratores panctacij nunquid in mandatis haberent cũ cancellario gilskraqz rem componere/quorz bona pãctaci9 invasisset Cum negassent/dictum est eis ad herum suum vt rediret/cui si opus esset maiestas regia p suos nuncios respondisset/Proceribus autẽ hungarie responsũ est placere cesari q ad ladislai obedientiã panctaci9 venisset/quoqz venia sibi sit data Non tamẽ sic ei ignosci debet vt aliena cũ iniuria teneat oppida/bonaqz plurima/nec eam esse vmq̃ facultatẽ concessam/Missurum tamẽ cesarem oratores suos ad eorz conventũ et tam super hijs q̃ sup alijs regni negocijs responsurũ/Hic res hungarice vsqz in hanc diem acte sunt/quas p̃oz vt singulari dño meo epo adrien̄ q̃ iam in rauennatẽ assumptũ esse audio et gaudeo communicatas facias/sibiqz me cõmendes q̃ suus sum/In rebus eccl'e hec sunt Chiemen̄ eps in rhenum iuit/electoresqz convenit/Jamqz hac die cũ eis habiturus est in francfordia conventum/bonamqz spem facit ad vnionem et pacem eccl'e Nescio quid sequet̃ Hic magna est admiratio de tarditate legati vestri Nam secundũ conuenta iam pluribus diebus in hac curia se debebat ostendere de quo nichil hic sentiri modo scimus Ingeriturqz magna suspicio que possit aliquid mali parere/vt scire possunt q̃ inventiones noverunt hic habitas Ex basilea fuerunt apud nos oratores quorum peticio fuit q cesar auctoritatem ecclesie iuxta declarationem constancie factam et basilee renouatam tueret̃ et manuteneret Vtqz dietam norenbergen̄ mãdaret teneri/ad quam suos oratores basiliense consilium cum plena potestate mitteret super omnibus que ad pacem ecclesie pertinerent/petiuerunt ꝛ saluum conductum cuius vigore ad dietam illam mittere oratores tute possent/Ad primam petitionem data responsio est/cesari semper curam fuisse et adhuc esse vt auctoritas ecclesie cum pace populi xp̄istiani sicud declarata litteris ac per sanctos doctores et consilia generalia vna cũ potestate sedis ap̄lice cũ suo vigore pmaneat/Ad scd̃m dictum est vrgentibus causis dietam norenbergen̄ esse postpositam/sicud principibus electoribus chimen̄ eps intimaturus erat/Ac sic de saluo conductu illuc eundi non esset opus verba facere/sed eis cũ quo recederent nullaten9 esse negandũ/Hic in effectu responsũ q̃uis et ornaci9 ꝛ verbosi9/Tantum est qd ex hijs partibus tibi possum scribere Vnum addo qd mirabere/Jam ego subdyacon9 sum/qd olim valde abhorrebã/Sed recessit a me illa animi levitas/qua inter laycos crescere cupiebam Jam nil magis amo q̃ sacerdocium/fiamqz deo dante infra octendium dyaconus/et suo tempore sacerdotalem recipiam dignitatem Hoc si noxitano nostro et iacobo caluo dixeris/scio certum mirabuntur

Sed eligendum est aliquando viuendi genus quod inter xpristicolas duplex est laycorum et clericorum et illa rursus vt nosti distinguntur/ Michi in ordine beati petri manere decretum est in quo graciam michi elargiatur vt que sibi placeant solum cupiam faciamqz Vale et domino comiti reuerendo abbati me commenda Ricardum et Julianum nostrum Jubeo saluos esse Ex wienna sexta marcij Anno·xx6·

Increpat eum qui non bono proposito amicam nuptui dedit Dicit dietas pregnantes esse et ecclesiam perire non posse·

Eneas siluius viro prestanti et singulari domino iohanni vrūt insignis ciuitatis agrippine secretario et amico suo percaro S p d Pauci dies sunt quibus tuas recepi litteras ornatas quidem et multa continentes/ quibus responsurus nescio quid primum attingam Sed tamen seruabo morem De puella tua primum dicam quam viro tradidisti Laudo in ea te fectum tuum Quid enim melius est q̄ꝫ nuptias coniungere/ ex quibus soboles fiunt/ replentur liberis ciuitates Cur autem post factum doles mirandum est Nec enim solet alicuius operatio virtutis penitentiam habere Qui virtuose operatur letus est/ dolet qui crimen admisit Quomodo ergo fit vt tu doleas qui actum fecisti virtutis Nempe arbitror quia bonum fecisti/ sed non bene/ Aduerbia sunt mi iohannes que nos beant/ non verba nomina vel perticipia Non quid hic faciat sed quomodo faciat querēdum est Et in omnibus rebus finis expectatur/ Si igitur puellam maritasti vt pro bro leuareris bene fecisti/ si etiam ad rem illam timor accessit dei At si solum quid homines loquerentur considerasti/ non satis est Non enim hominibus tantum/ sed deo placere debemus Queris remedia/ non poeticum antidotum recipe euangelicum Quid fornicacio est aliud q̄ꝫ mors Tu beatus es si te cognoscis qui materiam delinq̄ndi a te abiecisti Qui esce obsecro ne vltra memineris tue iuuentutis delicta Scio dices Ecce q̄ꝫ seuerus est eneas Nunc michi castitatem predicat in wienna/ et in noua ciuitate coniugium laudabat Non nego iohannes mi amantissime Sed labitur tempus Jn dies seniores sumus Appropinquant mortis dies Cogitādum est iam nō quomodo viuam? sed quō moriar Miser homo est et gracie dei expars q̄ non aliquando ad cor reuertit̄ q̄ se non cognoscit/ qui vitā non emendat suā Qui non cogitat post hoc seculū q̄d in alieno sit Ego mi iohannes satis errauı et nimiū sat̄ Jam me cognosco/ et vtinā non sit tarde Nunc quadragesimale adest temp?/

nunc dies salutis/nunc tps misericordie/Pone ex tūa mentem tuam pu ellam Finge mortuā esse/nunqd velles viuere/qd est qz cū ea possis ha bere solacij Qz breuis ē voluptas q̄ cū mulieribꝰ haurit̄ qz mometaneū gaudiū An satis stultus est q̄ ꝓpter tpalia ⁊ mometanea pdit eterna Hoc dico scdm theologos q̄a nō vis q̄ poete dicūt audire Hoc est reme diū qd hic in apothecis inuenitur wienne Tu obsecro vendica te tibi ne vna te puella vincat/qz vix impator supet Turpe est in pūis sucūbere q̄ in magnis victor fuit/Nec tu michi de successore nouo vbum facias qd fuit ouidij remediū Nam q̄d est vna muliere relicta amare aliā ni si ex igne in ignē saltare/Fuge obsecro ōne femineū gen9/relinq̄ hōmo di pestē/cū feminā vides dyabolū esse credito/Sz q̄d ego tecū hec fero/ scio frustra me fari/Verbis meis eresse fidē Nam tu me pleno stoma cho/teris ieiuniū ꝯmēdare Fateor amātissime frat̄ plen9 sū/stomacha tus sū/ nauseā michi femina facit/Tum q̄z et illud verū est languescere vires meas Canis aspersus sū/aridi ne rui sūt/ossa cariosa rugis/corp9 aratū est/nec vlli ego femine possum esse voluptati/nec voluptatē michi afferre femina p̄t/Bacho magis qua veneri parētat senex/Vinū alit se nem iuuat oblectat beat Hic liquor suauis vsqz ad mortē durat Sed hoc q̄z peccatū est si ad iocunditatē magis qz ad necessitatē biberim9 Tu mi iohānes si fortis es si sanguine succoqz plen9/si neruis vales nō mi ror te amare/qzuis pluriū te vbor eē credā qz opm si vel etas vel occupa tiones vires demūt Sed esto vt ais robust9 calid9 ꝓmptus intrepid9/ tunc bonū est crimē abijcere cū tu illud relinq̄s/non teipsū fugit/Michi hercule parū meriti est in castitate/nanqz vt verū fatear non sum ap tus veneri Sed ago deo grās q̄a nō maior est appetitus qz ptās/Dicis tamē de te non esse ante plium desterendū qz hosti victoria cedat Quod verū non est in eis bellis in quibus vincit̄ victor veneris/Preliator q̄ plura confecit is sese pluribꝰ affecit cladibꝰ/Sed q̄d ego tam seuerus sum Omnes quidem dum valemus recta concilia egrotis damus/sic michi replicare potes et illud terencianū obicere/Tu si hic sis aliter sen tias Vensi aliq̄n qd nunc sentis/sed tu aliq̄n senties qd ego sentio q̄n huc eui venies Qd si nunc faceres tanto laudabilior esses/qzto diffici lius vinceres cyceronisqz tibi verbū illud ꝯueniret/quo difficili9 eo pre clari9 Possem plura in hanc sententiā dicere si neqz tu ista vis audire/ nec iohes noster norēbergeñ pmittit scribere seria/q̄ vulturis in modū cadaueribꝰ nutrit9 in capitolino campo venari vellet Nec iam pip emē formidaret/dum feras haberet quas posset condire/Is te amat vnice tuiqz sepe non sine laude mentionem habet cupitqz vt hic venias/

quod' michael et ego maxime desideramus vt loquamur aliquando si mul/videamus/bibamus/cenemus/et quod littere non prestant/sola men inuicem recipiamus/Nimis remote a nobis vitam ducis/raro ex inde nuncij veniunt quibus litteras demus/Neqȝ omnia committi lit teris possunt/De euẽtibꝰ qui sup rebus eccl'e fiunt tuam sententiã pstolo Nec eni dieta fit que dietã nõ pariat Credo quia femininũ est nomẽ li benter impregnari dietas ꝛ pturire Sȝ ne hec ɔsuetudo pireet ɔciliũ norẽ bergeñ qd erat indictũ neutri generis qd nõ poterat ɔcipe q̃a fortasse fi nem dedisset in rebus eccl'e sublatũ est/et ad dietas reuentũ ꝑlificãtes vt ineternũ fiant ɔuẽtiones/maneatqȝ neutralitas dulce ac suaue nõnul loꝝ aucupiũ Mirum est tam parue cure teneri eccl'am Forsitan sic deo placitũ est cuiꝰ ɔsilia humano nequeũt ingenio depbendi/Ille hinc ali quam venat̃ vtilitatẽ nobis incognitam Res grandes et totius rei pub lice statum concernẽtes de sursum ordinantur/nec quisq̃ est qui futu ra sciat/Cogitant homines deus autẽ disponit/Vnũ scimꝰ beati petri na uiculam quam ecclesiam nuncupamus/et si fluctibus agitetur/quacia tur ventis/innumeris vexetur procellis submergi tamen non potest/q̃a futurum se cum ea saluator noster ihesus vsqȝ ad ɔsummationẽ seculi repromisit Quod de regis coronatione apud te predicari dicis/minime verum est Neqȝ enim adhuc verbum fieri audiui in loco auctentico de tali coronatione/qd tamẽ me non fugeret/q̃uis ꝛ hic etiam multi mul ta loquant̃ ex opinione magis q̃ ex sententia/Noua hic alia non sũt nisi q̃ vlricus cilie comes post diutinam obsidionem castri atile quod est in hungaria/ac p franconem germanũ maticonis bani tenebatur/ tandẽ victoria potitus est vnoqȝ illius occiso filio alium cũ vxore ꝛ om ni gaza secum in captiuitatẽ abduxit Giska in campo est cũ magno ex ercitu ɔtra pancraciũ Itaqȝ tota hungaria trepidat ɔuentumqȝ habet apud albam regalem/speſqȝ optima ẽ hungaros oẽs ad obedientiã la dislai reuersuros Nam iohannes et nycolaus vaynode transiluani et despotus rascie iam sese reconciliarũt/ac coꝝ officia confirmari sibi opti nuerunt Qȝ si pancraciꝰ et orsacius michael in ptinacia pseuerarint ac laurẽcij palatini dementiã sequi maluerũt/decretũ ẽ in festo sancti georgij aduersus eos regalẽ duci exercitũ/Cum michaele ɔueniendo mo do q̊ res de quo scribis expediri potest is ad te latius scribit Meam curã et diligentiã nulla in re vnq̃ tua denegabo Tu me vtere vt tuo/Vale optime ꝛ quando facultas datur dño colonieñ et germano traiecteñ cõ mendatũ me facito/michiqȝ scribi sepius/nam tuis lr̃is iocundissime fruor Iterum vale Ex wienna octaua marcij Anno.1446.

Remedium contra amorem.

Eneas siluius Hypolito mediolanensi S p d Querebaris mecum nocte preterita quod amori operam dares/nec delibatum ac vinctum animum soluere posses Dixisti te nec virginem nec nuptam nec viduam amare/sed mulierem quamuis pulchram meretricem tamen/quibuslibet viris precij causa sese substernentem Id tibi molestum esse aiebas/libenterque amorem hunc velle te postergare/sed viam modumque nescire/quo fieri liber et amore vacuus posses Nam etsi plures sacerdotes consulueris/neminem tamen remedia que tibi viderentur efficacia protulisse dicebas Rogabas igitur me magnisque precibus efflagitasti egritudini tue vt aliquam afferam medelam/ac iter ostenderem tibi quo possis ardentes amoris flammas effugere Parebo desiderio tuo salubria que prebebo tibi remedia si ea amplecti volueris Nec verebor medici culpam michi ascribi si tu obedientis egroti personam susceperis quamuis arbitror quos consuluisti sacerdotes satis tibi fecisse si precepta tenuisses que illi dederunt Sed tibi visa fuerunt fortasse grauia Nam cum dicerent fuge illam/nichil sibi loquaris/nichil de illa audias durum verbum visum est At febricitans quoque inuitus audit frigida pocula sibi negari/Si tamen sanari vult quod medicus mandat diligenter obseruat Tu ergo mi ypolite si vis amorem euadere liberque fieri prepara vt que precipiam facias Nam scito egrotum te esse/maximaque infirmitate detentum/et propter sanitatem dura et aspera esse plurima subeunda Nempe egrotus est mi ypolite omnis qui amat/ac nedum egrotus sed mente etiam captus atque insanus et amens De amore inquam illicito Nam deum colere/et amare parentes/vxorem et liberos virtutis non est vicij sanitatisque non egritudinis At tu amorem illicitum sequeris Quid tu esse amorem de quo iam loquimur credis/Veteres putauerunt illum ex venere vulcanoque natum puerum cecum/alatum sagittas in manibus habentem/quibus viros ac mulieres feriens ardorem dilectionis infunderet Apud virgilium legimus Nunc scio quid sit amor duris in cotibus illum ysmarus aut rodope aut extremi garamantes/nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt/Sed error hic mortalis populi fuit qui veritatem attingere non potuit/Amor vt in tragedijs inquit seneca nichil aliud est/nisi vis quedam magna mentis blandusque animi calor qui iuuenta gignitur/luxu ocio/et inter leta fortune bona nutritur Hic mentem hominis eripit/iudicium omne peruertit/sensum ebetat/animum extinguit Namque cum mulierem diligis/non in te sed in illa viuis Quid igitur peius est quam viuentem non viuere/quam sensum habentem non sentire/quam oculis preditum non videre Equidem qui amat in alium mutatur virum/nec loquitur nec facit que ante solebat

Hinc permeno apud therencium Dij boni quid hoc morbi est Adeo ho
mines immutas ex amore vt non cognoscas eundem esse Putat comi
cus morbum esse amorē nec male putat Nam et apud macrobiū luxu
riam que vel mater amor est vel filia teterrimi morbi partem ypocra
tes dicit Hic morbus plerumq₃ iuuenes aggreditur sed viros quoq₃
senes vexat Tantoq₃ periculosior et risu dignior est/q̄to persona que
capta est etate aut scientia censetur prestantior/Cum ergo ypolite cap
tus sis amoriq₃ seruias scias te morbosum esse/si morbosus es liberari
stude/Nam quis morbum patitur qui curari non velit Sane vt mor
bus grauior acerbior periculosior eo morboso maior sit de sanitate cura
Si tua infirmitas magna est/sit et cure diligentia magna/Cogita mi
ypolite quo in statu es Tu nichil te estimas/quicquid tibi eueniat le
ue est/solum super amica anxius es Non parentes non necessarios nō
benefactores magnifacis/solus tuus anim⁹ in amica est/Illam amas
Illam promoues Illam somnias/De illa cogitas De illa loqueris De
illa suspiras/nichil agis quin memoriam eius habes/En stulticiam a
menciam morbumq₃ teterrimum/An non est petenda cura Quis non
sanari hoc morbo velit/Ceterum ad salutem tuam hec sunt necessaria
mi ypolite/que si feceris san⁹ eris/si neglexeris/sepelieris in morbo tuo
nec te quisq̄ iuuare poterit/Cogita primum q̄ remote a preceptis dei re
cessisti qui cum deberes deum ex toto corde diligere/creaturam amasti/
et in ea omnem tuam dilectionem ⁊ oblectationem posuisti Sic enim
factus es ydolorum cultor Nam qui creaturam deo p̄ponit ydolatra est
Negabis te ydolatram esse cū non p̄ponas creatori creatū At si verum
fateri vis/plus tuam amicā diligis q̄ deum Nam que deus mādat neg
ligis postergas ꝯtempnis/que vult amica summa cū diligentia curas
adimplere Et hoc nempe est p̄ferre mulierē deo Heu q̄ mag⁹ est malū
q̄ periculosū q̄ detestabile creaturā sic amare vt deum peruifacias De⁹
cū esses nichil/te aliquid esse fecit/Nec te lapidē nec te gentilē nec iu
deum sed hominem xpristianum fecit/vt possis scire diuina sacramēta
et viam qua itur in celum/Ipse quoq₃ deus cū ob culpam p̄mi parētis
tu et ceteri homines paradisū amisissetis/nasci ꝑ te voluit/fieri homo
capi cedi vituperari crucifigi mori/ac suo te p̄cioso redimere sanguine
En q̄ magna ingr̄titudo ē iniq̄tas inhumanitas feritas hunc q̄ tanta ꝑ te fe
cerit ꝓpter vilem relinquē mulierculā Hoc satis te/ceterosq₃ xp̄ianos
mouere deberet vt omissis amoribꝫ illicitꝭ deo soli seruirēt/Sed cogita
vlterius/quid agis ypolite/pulchra tibi videtur amica tua/credis ne sic
semper pulchra erit Res est forma fugax vt inquit tragedius/Mulier

que hodie formosa est cras deformis erit Quid tu bona perpetua et im
mutabilia pro caducis mutabilibusqꝫ permutas Sit vt putas spectacu
li formosa mulier leue hoc bonum est Nichil enim forma mulieris est
nisi moribus sit adiuta Castitas est que feminam laudat non forma
Tu non castitatē sequeris sed solum formam amas Forma hec vti flos
agri decidit Rosa mane rubea/sero languescit Nichil formosius est vir
tute atqꝫ honestate Si hanc intueretis multo tibi formosior videret̄ q̄
tua sit amica Etenim nec lucifer/nec hesperus tam decorus est q̄ ipsa
facies honestatꝭ/quam qui reliquit propter mulierem/existima oro q̄
sit delirus ⁊ amens/Ceterum ypolite vt tecum non multis vtar/quam
amas mulier non tua sola est id est complures eam habent/ipsa te nō
solum habet sed alios quoqꝫ amat Quid tu in turba vis facere Cogi
ta te esse iam in vespero/iam senem iam morti proximum Vis ne cum
iuuenibus contendere Vis cum robustis pugnare Quid tibi in eo pre
lio queris in quo victor sucumbis Magna res est virum senem a iuue
nibus extorquere mulierem/si tam es potens vt extorqueas q̄ vicisti cū
prelium huiusmodi sit vt vincens sucumbat Quid est oro mulier
nisi iuuētutis expilatrix/virorꝫ rapina/senum mors patrimonij deuora
trix/honoris pnicies/pabulum diaboli/ianua mortis/inferni supplemē
tū Cogita ypolite quot mala p mulierē obuenerint cū salomon cū holo
fernes cū sampson p mulierē decepti fuerint Non te credis sic fortē es
se vt non illudaris Sed q̄to viris illis debilior es incautior imprudē
tior/tanto te ab eo loco semoue in q̊ potes decipi Nichil est mulieris a
mor qui cū peccato est Non est in muliere stabilitas/q̄ nunc te amat/
cras aliū amabit ⁊ vna tecū amabit alios Quid tu hūc amorem existi
mes q̄ in plures diuisus est Nulla mulier tam fixe aliquē amauit q̄ ve
niente nouo pco nouisqꝫ vel precibꝫ vel muneribꝫ nō mutauit amorē/
Mulier est animal impfectū variū fallax multꝭ morbis passionibusqꝫ
subiectū/sine fide/sine timore/sine ꝯstantia/sine pietate De hijs loquor
mulieribꝫ q̄ turpes admittūt amores Nunq̄ hee stabiles sunt Namqꝫ
vt semel a recto tramite recesserūt/iam se liberas arbitrāt̄ vt quocūqꝫ ve
lint vagēt̄/nec āpliꝰ vel amici vel mariti timorē habēt Credo equidē illā
coeūdi fetidā voluptatē tibi q̄ iam senio exhaustꝰ es parū placē Nam
q̄d nedum tibi antiquo ⁊ arido/sed iuueni humecto illa inepta et spurci
da voluptas conferre potest quam mox penitudo consequitur An non
magna res est ammonicio illa et citacio siue comminatio quedam que
post peccatū euestigio mentē hominis cruciat Q̄ȝ iniquꝰ est homo q̄ toci
ens ammonitus non quiescit/q̄ punitus non emendatur/q̄ correctus

non efficitur melior Quid ille actus carnalis operatur nisi carnis inte
ritum/Utinam solum carnem interimeret non occideret animam/At
duo cum inuicem coeunt vir atqz femina quasi duo vasa testea michi
videntur que inter se confricentur donec rumpantur et ad nichilum re
digantur Tu tamen non in coitu sed in visu sermoneqz forsitan oblecta
ris/Quid obsecro in visu est tam pulchri vt non inuenias aliquid pul
chrius Pulchritudo quam debemus querere in celo est cui nulla potest
res mundana comparari In illa omnis perfectio est/mundana semper
diminuta sunt/Illa perpetua/hec caduca/Illa fixa hec fluxa Hanc quã
tu miraris formam paululum post febris eripiet/Aut si morbus affue
rit/senectus non deerit que illam teretem succi plenamqz faciem rugo
sam crispamqz reddat Fient illa que nunc miraris membra decursu tẽ
poris arida nigra squalida/fetore ac spurcicie plena Non oculi splen
dorem seruabunt/fetebit os/collum incuruabitur/corpus vndiqz sicco ꝛ
arido trunco fiet simile Cogita hec ꝛ auerte spem/priusqz fuge ꝙ priue
ris/Multo enim melius est rem contemnere ꝙ perdere/Jam vero de ser
mone suaui dulci placido ꝛ mellifluo quo te dicis oblectari admodum
miror/Quid enim sermo muliebris in se dulce habet Quid dicit tibi a
mica Nempe aut queritur aut plorat aut minatur aut tibi inanes fa
bulas refert Dicit quid vicina fecerit/quid somniauerit/quot oua gal
lina peperit/quibus floribus certa componantur/Omnis sermo mulie
ris de re vana leuiqz est In quo qui oblectatur et ipsum leuem esse o
portet Narrat tibi nonnunꝙ se et cum alio amatore ꝛ quo pacto iacue
rit/quid domi receperit/quam cenam habuerit/quibus voluptatibꝫ fue
rit vsa/que res non gaudium tibi sed cruciatum afferunt/Sed accipe
que velis gaudia in sermone amice Eris ne tam amens/rationisqz in
ops/vt nõ magis in alicuius docti viri verbis sermonibusqz leteris/Re
sume omnia simul que in amore sunt gaudia/rursusqz tedia/mlta ista/
pauca illa reperies/Veramqz illius sententiam dices/qui parum mellis
in multo felle mersum inquit amorem esse/Cum ergo ꝑpolite totus a
mor de quo loquimꝰ vanus asper amarus dampnosusqz sit/et hominẽ
morbo grauissimo teneat curandum est vt ab eo libereris Cura autem
ea est vt menti tue persuadeas malum esse amorem Post hec declines
amice sermonem/ocium fugias/in negocium semper sis/viros bonos q̃
te instruant sequaris/nulli ludo nulli conuiuio intersis/Si quid largi
ta est tibi amica abs te abicias/Nichil penes te sit quod illius est Pu
ta illum esse nuncium dyaboli qui te perdere velit/Sint in memoria tua
xpristi beneficia que tibi impendit Cogita ꝙ beneficienti p̃mia in celesti

bus sedibus/et quod male facienti supplicia apud inferos pparata sunt Cogita dies tuos assidue fieri breuiores/instareqꝫ semper vltimum/Cogita quia irrisui est qui amat/et presertim vir euo maturus Cogita instabilem mulieris animum Cogita perditionem temporis/quo nichil est preciosius Cogita discipationem bonoꝝ Cogita vitam qua viuimus breuissimam in hoc seculo q̄uis voluptatibus sit dedita Et in alio mundo q̄p inquirimus nullum esse vite finem/Hec si tecum sedulo cogitaueris preceptaqꝫ ista tenueris/amorem quo cruciaris a te breui tempore relegabis/vitumqꝫ alium te prestabis deo gratum celoqꝫ dignum Vale Hec habui que nunc raptim contra amorem dicerem/alias vbi ocium fuerit pluribus te ammouebo Iterum vale et quod tibi damno est auertere stude Ex wyenna pridie klꝫ Januarij Anno·1446·

De rebus hungaricis·

ENeas silutus imperialis secretarius S p d Reuerendo in xpisto patri et illustri principi leonardo episcopo pictauieñ domino suo colendissimo Quis res hungaricas post obitum diui sigismundi partim videris partim audiueris vsqꝫ in hanc diem q̊ pacto sint geste Scripturus tamen nunc aliqua de hungaris cui magis q̄p tue dignitati talia dirigam non scio Nam et si vera scripsero auctoritatem epistole dabis/⁊ si falsum aliquid interciderit lima tua eradetur Referam ergo breuissime quod menti sedet/vt sciant posteri et a quibꝰ inpunatum ladislai regis hungarie ius fuerit/et a quibus defensum Ac ipse postea dum grandiusculus fuerit/nostra legens scripta si quando illa in manus suas deuenerint/qui de se bene/et qui male sint meriti sciat Vt illis premia/et istis si se humiliauerint veniam tribuat/pertinaces autem in penam rapiat Est enim principis officium parcere subiectis et debellare superbos/Sed ne modum proposite breuitatis excedam narrationis hic principium erit/In hungaria mortuo sigismundo gener eius albertus dux austrię regnum suscepit/Qui dum varijs bellorum strepitibus fatigatur/dumqꝫ caloribus insuetis se miscet/contracto morbo relicta elizabeth vxore pregnante breui tempore extinctꝰ est/Hungari more hominum qui nouitatibus oblectantur reginam adeunt regnum amplissimum/multisqꝫ hostibus circundatum rege carere non posse dicunt Viduam quoqꝫ nubere admouent/extorquent denīqꝫ ladislaum polonie regem adhuc ephebum vocari/Illa ⁊ si partum expectari cuperet/vbi tamen precibus locum furor negat/oratores mitti annuit/qui ladislaum accersant Eamqꝫ legem adicit vt si mare in

Eneas siluius imperialis secretarius S p d Johanni campisio prestanti philosopho et amico veraci Jubet lex amicicie omnia inter amicos esse communia siue modesta siue iocunda que con tigerunt Te hec philosophia iam dudum et a teneris vt aiunt vngui culis edocuit/ideo non agam hoc pluribus sed ad rem veniam Magna michi per hos dies oblata voluptas est/ad cuius plenitudinem sola tui presentia defuit que michi omne gaudium solidius reddidisset Sed cõ municabo tibi litteris quod verbis nequeo/quoniam et calamus impotens est omnia reserare Audi tamen et voluptatis mee porciunculam recipe Fui nuper apud wiennam plurimum mestus quia cesarem nostrum res tum ecclesie/tum imperij timebam negligere Nam quod dictum et scriptum fuerat de conuentu norenbergeñ videbam quodammodo pos tergari Sed aduenerunt mox regia mandata que nos sequi regem iu bebant quoniam is die iouis ix iulij ex noua ciuitate recesserat iter su um versus norenbergam continuaturus/Letati omnes hoc nuncio su mus Ego cum magnifico cancellario gaspere tui amante regiam maies tatem biduo sum secutus Post cum rex oppidum suum quoddam extra viam positum visere vellet/nos anasum perreximus vbi olim eccl'a me tropolitica floruit laureacensis dicta Fuit enim laureatum vrbs ad modum insignis in ampla camporum planicie/et super flumē quod eti am anasum vocitant Sed postquam achilla rex hunorum vrbem hanc dele uit vbi arx erat oppidum ex nomine fluminis restructum est Sedes vero metropolitica in saltzburgam translata Hic vna nocte consedimus Postera die cum duo miliaria teuthonica confecissemus/nemus supra collem transiuimus/castellum conspicimus ecclesie pataueñ quod alij aprorum planicierum montem appellant Ibi p̄latus insignis residebat leonardus episcopus pataueñ qui suscepturus regem illic obuiam ve nerat Tu hominem nosti Nam et hic wienne fuit cum tu cardinalem sancti angeli secutus regiam maiestatem iam annus est visitasti vir elegantis stature blandi colloquij/ingenij prudentis ac liberalis qui primum in concilio regio locum tenet Hic vbi ex alta specula cancella

riū vidit aduentem marestallum suum obuiam destinauit qui nos ad secretam viam deduceret In publicis autem diuersorijs p̄ceptum erat ne quid nobis venundaretur vel ad hominum vel equoꝝ vsum Et quia dispensator cancellarij preuenerat iamqꝫ ꝓximā armauerat omnia iussit eripi Nec vnū ex familia nostra passus est extra arcē esse/sed equis etiā pabula ministrauit/qd vlterī triduo factū est Venim⁹ igit̄ ad ei⁹ ꝯspectū Postq̄ hic diuina pegerat Non tam letus herculem suscepit euander aut achestes anchisen q̄ hic nostrū cancellariū Nam ꝛ illum et nos singulos blando vultu ꝛ alacribus oculis ad se recepit modesto qꝫ risu quoslibet amplexabatur ac dulcissimis verbis consalutabat et vt quilibet valeret percunctabat̄ Nec nos vti seruos qd nō erat impar sed vt filios vel fratres ptractabat Nemo crede michi est iohānes amātissime q̄ vnq̄ viderim tam benignus atqꝫ human⁹ in suos hospites/ tam magnific⁹ in edificijs/tam splendid⁹ in ꝯuiuijs/tam largus erga psonas miserabiles/tam equus in subditos/tam iustus in omnes q̄ istum prelatū accepi Hospitalitatē magnificentiā ac liberalitatē egoipse sum ꝯtemplatus Neqꝫ hic sicut pleriqꝫ bona ecclesie inter necessarios partitur/aut in alios inlaudabiles vsus ꝯuertit/Sed elargit̄ paupe ribus xp̄i q̄plurima Nec p̄nceps est hijs in partibꝫ ante cuius hostiū plures pascant̄ inopes Taceo elemosinas quas clanculum facit Nam et comitibus ꝛ baronibus nonnullis occulte subuenit/ quos tota fortune instabilis precipitauit Patet preterea dom⁹ eius p̄latis semp hos pitibus Et licet ea resistentia quam sibi albertus austrie dux fecit qui postea rex hungarie bohemie ac romanoꝝ fuit in octuaginta milibus aureoꝝ suam ecclesiam dampnificauit/hic tamen postea q̄ pacem nactus est in edificijs tum castroꝝ tum ecclesiaꝝ reparandis septem et viginti milia florenoꝝ exposuit In redimendis autem sensibus ac p̄dijs pignore datis tria et viginti milia Vtinam tales prelatos tridentina sortita fuisset ecclesia/Sed quid ego ista commemoro/sequar quod cepi Erat iam prandium opiparis epulis appositum Ascendimus aulam ibiqꝫ iuxta fenestram quam leuis aura perflabat consedimus Primus erat episcopus/secundus cancellarius/tertius illustris comes ortemberger/quartus prepositus frisingeñ vir et nobili loco natus ꝛ iuris inter pres Sed nec michi vltim⁹ locus in tam sublimi mēsa negat⁹ est Credo me alienigenā honorare voluerunt Nichil laucius illa quadra fuit nec tam florentes epulas metellus questor hispani dicitur habuisse/nec tam exquisita fercula crispinus aut apicius et alij romani vorabant Postq̄ abrogatis cibariorum legibus prisca seueritas

luxu ceſſit maligno/mos germanorum eſt piſces carnibus admiſcere/
nec felix putat qui tantum carnibꝰ veſcitur Suauiſſimi igitur fuerunt
piſces appoſiti quos tum danubius propinquus/tum trauna pterlabẽs
adminiſtrabat Neſcio quem accipenſerẽ laudãt antiqui quas ue murẽ
nas Ego inter edendũ ſepe recordatus ſũ eius quẽ ariſtotiles dicit collũ
gruis optauiſſe vt q̃ maxima ciboꝝ voluptate pfrueret Inter carnes
autẽ ardeam cõmedimꝰ turdos altiles coturnices ceruũ aprum leporem omit
to reliqua Nec dum hec legis ſaliuam in labra deducas/mũdatoſq; dẽ
tes lactuca fatiges Inter alias autem voluptates iocundiſſimum erat
ſeruatas per hyemem glacies in feruenti eſtu menſe apponi vinaq; il
lis reddi frigidiora/Quid tibi de vrbanitate facecijs miroq; dicendi
lepore huius prelati ſatis potuerim dicere Sunt nonnulli qui hoſpi
tes quaſi verecundia coacti vocitant omnemq; morſum dinumerãt Ac
cũ agnum lacerari dentibꝰ cernunt nõ minꝰ triſtant q̃ ſi ppria mẽbra
mandarentur At hic preſul tunc dolebat tunc increpabat hoſpites cũ
ceſſare videbat Nec q edilia ponerentur ſed q non eſa fuiſſent quere
batur Q; ſi vt dicimus nobilitat multum frons generoſa dapes/quid
tunc dicemus cum laute menſe copioſiſq; apparatibus et vultus leti
et verba gratiſſima adiungunt Poſtq̃ vero exempta fames epulis men
ſeq; remote ſunt/ducit nos pontifex per caſtrum locaq; ſingula monſ
trat/ſitum oſtendit et quicquid eſt laudabile in aperto facit/Prebe au
res paululum/locum tibi deſcribam vt cum legeris exhilarari etiam
poſſis Caſtellum hoc in ea terra eſt que inter bauariam et auſtriam ia
cet marcionatus anaſi/Quidam volunt hanc eſſe porcionem auſtrie
poſtq̃ ibi ducatus erectus eſt Sedet autem caſtellum in rupe tranie
cui ab oriente auſtria/et ab occidente bauaria Boream ſibi bohemia p̃
bet auſtrum ſtiria Trauna fluuiꝰ eſt mire perſpicuitatis qui ex alpibus
ſtirie pcipitatus quoſdam lacus efficit Exinde per quinquaginta milia
paſſuum diſcurrens/planiciemq; peramenam ſecans non longe ab
hoc caſtello fertur in hiſtrum Habet hic amnis miri ſaporis piſces
Nec ſcio an alius feracior ſit Deſcripſi iam tibi curſum eius qui admo
dum breuis eſt Jus in eo piſcandi multorum eſt Patauenſis eccleſia
xij·habet piſcatores/quorum quilibet tres miniſtros ſecum ducit Dux
auſtrie quatuor Comes de ſcaumberga totidem Dominus wallſee pre
poſitus ſancti floriani Domini de trauna et de lichtenſteyn totidem
qui pro libitu ſuo piſcantur ac familias ſuas nutriunt Preter has
tamen qui in horum manus piſces aduemiunt ad theolonium hu
ius oppidi quadraginta piſcium modij quotannis dicuntur ex hijs

qui ad mensuram venundant· Nam grandiusculi numeratim vendun tur Radius autem permagna mensura est et vltra q̄ reputes capax/ Quid plura Nusq̄ terram aut arenam iuxta hoc flumen effodies q̄n aqua intercrescente mox pisces inuenias Hoc q̄admodum vides ad or namentum castelli lociq; voluptatem plurimum conducit/ Sed adhi be amplius te michi totumq; intuere melius Michi si castrum aliquod detur inhabitandum vbi ad recreationem viuere velim hoc potissimum placeret Quid em̄ est ad plenam letiam necessariū qd hic desideraret Fateor non esse hic vineta seu oliueta/non ficus non cedros/non poma punica et alia quedā que apud ytalos habentur ɔplurima Sed vina hic ex austria q̄ gratissima perferunt amica nature/gustuiq; suauia q̄ nos in prandio affatim bibim? Nec ex athesi desunt aut ex tergesto/ quia vbi pecunia est illuc ⁊ vina vehunt Et si desunt racemi et cum si cubus melones/sunt pira et poma admodum gustui sapida/sunt cera sa multimodi generis/ Est aer saluberrimus/ Ventulus suauis Si nu dus incesseris si os aperueris/si ventrem ostenderis et q̄tumuis flan tis aure perceperis/nichil exinde leseris Cum estus est q̄tumuis alibi maximus semper in castro flatus respirat amenus Prospectus illinc ad nouem decem ue teuthonica miliaria protenditur/ Videntur mon tes nemora fluuij campi colles culti/vireta iocunda Hinc trauna cur rit illic hyster prolabitur Prata q̄plurima ridentia cum tempus fert circumspiciuntur Pometia circa castella tria sunt Duo altissimis communita foueis/nec vctibus omnino nuda vbi stationes habentur vmbracula contra solem aptissima Si piscare velis aque in oculis sunt Si aucupari sepes q̄plurime auiculis referte circunstant Si tibi vena cio placet vix ad mille passus silue distant/quarum vis ferarum gene re plene Est in colle proximo nemus vmbrosum altissimis quercubus septum quod fouea sepsq; cingit in modum porci seu leporarij Vbi q̄ plurime fere concluse sunt Illic etiam nisi sunt q̄plures quos in arbo ribus humana diligentia ad ordeorum vsum custodit/que ibi porrectis cibis nutriuntur In planicie feraces sunt agri tantum frumenti siligi nisq; reddētes/vt ex eo qd superest castro munito facile possit vinū ɔpa rari Hec foris sunt Nunc arcem ipsam interi? ɔspice Est vt dixi sup al ta rupe constructum castellum ex tribus partibus ex planicie sursum erectum ac sua natura defensum Pars quarta duplicem habet foue am/pontemq; duplicem Profunditas fouearum altissima est In hac parte turris est in celum tendens vndiq; propugnaculis communi ta In cuius summitate custos residet qui cornu tuba perpetue clamitat

Interdum et rusticam musam exagitat Murus cancelli vndiqꝫ duplex est/et in plerisqꝫ locis triplex In medio vero platea est arcularis Vbi qꝫ fons amenissimus statuit ac per fistulas ereas bis sex/aquam propinat Fontis ambitus marmoree⁹ est Inter columnas mediū est tabernaculum qḋ desuper eminet ereum mirifice structum vt elcanoris op⁹ diiudices aut policleti cuius fabrica trecentis ꝛ mille aureis empta est Septem circum ꝓcere ac frondose vlmi tendunt in celum que vmbrā gratissimā reddūt Cena dum estus est in cancellis apud hūc fontē pat̄ Pisces ex fluminibꝫ in fonte tanq̄ in viuario reseruant̄ Ac dum sedes in prandio capi pisces ꝛ in coquinam deferri cernis/quos e vestigio coctos manducas Est et alius fons lapideus dulces et perlucidas aquas effundens/Tertius in coquina est cuius cannale limphas in quaslibet ollas igni admotas inferunt Est preterea huius castri mirum priuilegium siue consuetudo/rusticale qui circum habitāt obnoxij sunt queuis necessaria ad vsum castri ꝑbere/exceptis hijs que maioꝝ habent̄ sumptus Dant caseum butirum lac lignū et fenum ad cloacas oportunū/gratis mundāt domū/lingna scindunt/discos mensarū exhibent/scutellas et cacabos lauant Post hec capellam vidimus ad diuinum cultum perornatam vbi tres are consecrate sunt In ambitu superiori post aulam maiorem habitatio regi parata erat vbi hec loca notaui/stufa vna tapetibus ornata et attrebatensibus pannis/camera perampla vbi et lectus aureis ornamentis et apparatu regio relucebat Ex qua et fenestra quedam in capellam prebebat intuitum Erat et studiolum perpulchrum Rursusqꝫ alia camera propinqua post habitaculum extra murum castri pontibus sustentatū vndiqꝫ patulum in occiduum et septentrionē meridianumqꝫ solem respiciens vbi semꝑ aura suauis respirat cum alibi feruidus estus sentitur Exinde aditus per pontes in alteram fertur camerā que extra murum trabibꝫ sustentata est/et orientē arctoum ꝛ occiduū solem intuet̄/quam marescallus regius inhabitat Secundū locū dux sigismund⁹ obtinuit qui et aulam ꝛ stufam et thalamū in minori cultu q̄ rex habuit Ipse sibi pōtifex cācellariū seruauit Vbi rursus alia mansio suis membris ad vsum principis erat ornata cancellario ꝑpulchrū thalamū in alta turri et sub eo vltero regis consiliario/locum castri qui respicit orientem meridianumqꝫ solem ꝑfectus arcis cū coniuge ac nōnullis nobilibꝫ dominabꝫ occupauit Nam et ibi mālsiones q̄plures fuere tum ample tum decore cellaria sub castro perampla ꝛ stabula multa Inter castellum ꝛ flumē traunam villa quedam fuit aperta quā hic pontifex breui tempꝰe cinxit et ad incolentium

tutelam armauit/atqz hijs in locis romanoꝝ regem et sigismundum austrie ducē suscepit/honorauit/pauit/atqz omnē equitatū peditatūqz recreauit Neqz ɔtentus hijs sumptibꝫ rursus cū rex linchiā pperissz cū cācellario viam ꝑripuit ac patauie apud regiam maiestatē mansit Est autē patauia ꝑclara diuesqz ciuitas inter danubiū euūqz sita quā prisci cesares eccl'e tradiderūt Danubius ex montibus sueuie venit Euus ex alpibus que germaniam ab ytalia disterminat/atqz hoc in loco mix tus danubio nomen amittit/Urbs ipsa in longum tenditur nec mag no negocio formam insule susciperet/si quis ab euo foueam in danubi um duceret Nec em̄ quingenti passus sunt ex vna in alteram aquam Sup euo pons est ligneus q̄ sexdecim habet arcus et ciuitatis partē q̄ trans flumē est ciuitati maiori ɔiungit Est ⁊ alius pons sup danubiū p quē via est ad montes q̄ bohemiā respiciūt Post hos montes fluui9 alius niger admodum plabit̄ q̄ ex bohemia veniens oppidulum iudeoꝝ et tertiā patauie partē diuidens sub castro presulis danubio quasi ex opposito euo se immiscet Itaqz tria flumina vno in loco ɔiunguntur Ac ꝓpterea locum istum quidam verbo ytalico passum hoc est transitum vo citant Nam ⁊ per hunc locum merces ytalie in bohemiam ferebantur/ Et superiores teuthonici austriam vel hungariam petebant sicut et ho die fieri videmus In medio vrbis templum est diui stephani primi martiris huius episcopatus patroni egregie ceptum sed nondum per fectum Chorus hic admodum pulcher edificatur Sed quia parce ni mis tum ciuitas tum capitulum ad fabricam conferebat/leonardus episcop9 magnam pecuniam ad hoc opus dedit/Adeoqz iam celeriter edificatur/vt quadriennio putetur ex integro perfici posse Apud hoc templum edes episcopi sunt ad eam partem que respicit euum tum ca pacissime tum splendidissime In quibꝫ fredericū cesarem ac sigismun dum ducem aptissime collocauit Esset iam admodū longa ep'la si tibi om̄s edium ptes vellem describere/si vel capelle reliquias sanctas vel au reos pannos q̄bus vndiqz muri vestiti erāt ostēdere ɔtenderē Nescio q̄s princeps non se hijs edibus egregie habitare putaret Ego et regibus ⁊ cesaribus/atqz ipsis ecclesie romane summis pastoribus commenda tissima vel conuenientissima hec palacia iudicauerim Nisi q̄s forsitan hussitaꝝ more nimiū sumptuosa hec sacerdotibꝫ existimauerit Sz nec hic solum habitacula regibꝫ digna sunt Trans danubium due quoqz sunt arces epi/altera in summo montis cacumine/altera in radicibus apud aquas vbi danubi9 et niger bohemie fluuius q̄ etiam fert vnio nes coniunguntur Est ad sublimiorem arcem grandis ascensus atqz

difficilis que tantum ex vno angulo potest oppugnari Sed tot ibi mu
nitiones addite sunt tam murorum quam fouearum vt expugnari posse
nulla vi hominum videatur/ Ibi et aule sunt et camere splendidissime
quas qui viderit nec cenacius aliquid nec municius vsquam esse putaue
rit At vbi descenderis in arcem que infra iacet ornatum maiorem vi
debis/testudinatas cameras et aulas quamplures/lectos ad regium cul
tum stratos/Mirari ergo potius quam commendare potui/Sunt meo iu
dicio teuthonici mirabiles mathematici/omnesque gentes in architec
tura superant At hic episcopus precipuus est siue suapte natura in hoc
inclinatus/siue peritissimis magistris edoctus Vidi ego quamplurimas
arces tum apud ytalos tum apud alias gentes/Sed et ille vel ad bel
lum sustinendum constructe vel ad voluptatem parate fuerunt Has
vero leonardus episcopus ad vtranque rem miro artificio coaptauit/
ita vt nec ad iocunditatem nec ad tutelam vlterius quicquam desiderent
Que omnia cancellario et michi ostensa fuerunt dum patauie regem
opperiremur Venit autem rex die lune cum sigismundo duce xij kl' iu
lias/triduoque mansit quem patauen̄ episcopus cum omni familia tam
copiose quam splendide pauit Nec aliquem vel principem vel priuatum ho
minem qui curiam sequeretur passus est patauie obulum exponere Cunc
tis ipse sumptus quam liberalissime prebuit Si qui fuerunt qui verecundia
ducti nollent fercula petere/illis vsque in domum vbertim edilia mittebā
tur et vina/Nec potuit aliquis cibum mordere qui non ex epi coquina
venisset Cum rex moneret episcopum ne tantis se sumptibus honora
ret/tace inquit rex/nolo cum hac vita migrauero patronus meus me
arguat stephanus/qui scit hec bona sibi per tuos ancessores elargita/
digneque tibi ex illis honorem impendi/Ministri preterea esculenta et
poculenta/equorumque pabula tam voluntarie exhibebant/vt tunc se
quam maxime lucrari putarent/cum effusius dispensarent Ego mi iohan
nes non potui dum ista cernerem non letari/Videbar videre priscos il
los et admirabiles viros quos tantopere commendat antiquitas/si
cut de seneca scribunt pisoneque gneo et cotta quibus et titulis et fasti
bus maior fuit donandi gloria Fortunet deus hunc presulem vitamque
cornicis prebeat et annos nestoris / Sapientiam autem eam sibi
vsque in finem vite prestet quam modo habet Nam et si multos sub
se populos tenet et castella vltra triginta possidet/et dyocesim ad
trecenta milia passuum extensam a ratispona prope vsque in posonium
quod est hungarie oppidum regnat/tanta eius tamen est pruden
tia singularisque virtus vt nichil dubium sit sub eius gubernatione

prestantissimam hanc ecclam tam in spiritualibꝯ q̄ꝫ in tpalibꝯ ꝓspera ti/Vale campisi optime ⁊ huiꝰ clarissimi viri laudes reuerēdissimo dn̄o tuo meoqꝫ cardinali tarentino et ceteris romane curie senatoribꝯ expo ne/q̄ꝫuis tarētinꝰ ipse prelatū hunc et noscat ⁊ amet Ex patauia decio kl' Julias Anno·lxxx·

Commendat amici et suoꝝ familiariū causam·

Eneas siluiꝰ S p d Magnifico dn̄o gasperi slick imperiali can cellario/ Insignē lr̄atum militē ꝓpriū rauensteyn q̄ꝫti faciam quāqꝫ amē ml'tis signis potuisti intelligere Is nūc ecclam bu domicenȝ germano suo ꝯferri petit Eps aliꝰ bohemꝰ dicit eā sibi ꝓmissaꝫ Michi ꝯstat hunc epm nō vacaturā ȝ vacantē impetrasse Et q̄a tūc nō vacauit vana fuit eiꝰ impetracio/Potestqꝫ regia maiestas vt vult inde disponere Consulciꝰ videt̄ ꝓpriȷ fratrē q̄ꝫ illum epm ꝓmoueri Multa sentio q̄ scriptis nolo committere Tu amas ꝓpium ⁊ ab eo amaris/ ideo nō expedit me ml'ta dicere Si q̄d tamen p̄ces mee valere p eo pos sunt/scito omni conatu et integro corde ipsius me ꝯmodum cupere Nos pes noster vellet ad te ꝓficisci tuoqꝫ auxilio p̄sentiam regis habere/si sal tem triduo in noua ciuitate rex sit mansurus Qꝫ si huc venturus sit ex spectabit̄ eius aduentus Tu velis me quid fieri debeat instructū face re Dum tergesti essem preterita hyeme exposui maiestati regie inanes fuisse quas p medium tuum p meis familiaribꝯ regias preces impetra uetam q̄a non essent vere collaciones Peciȷqꝫ alias preces/si locus va cans reperiretur Annuit rex p̄sente wilhelmo tam ꝓthonotario Nunc dicit michi iocobus locū esse vacuum quem in scedula tibi significo Pe to vt pmittas p iohanne familiari meo ad collacionem istam preces expediri/quia ex hoc magnum me beneficium recepisse putabo/q̄ꝫuis tot sint tua erga me merita vt silere potius q̄ꝫ amplius petere debeam Sed facio sicut rustici qui postq̄ꝫ vident se non posse obligationibus sa tisfacere/curant vt obligationes ipsę q̄ꝫmaxime sint/Domini quoqꝫ id solent querere vt seruos suos q̄ꝫobligatissimos habeant Vale et me tu um tuissimum facito Ex wienna die secunda Juniȷ Anno domini Mil lesimo·cccc·xliiȷ·

Commendat rouarelle negocium·

Eneas siluius S plurimam dicit Magnifico domino gasperi slick imperiali cancellario Guido tabellarius apostolice sedis ad me hodie venit/litterasqꝫ michi ex roma reddidit iohannis

campisij et petri noxetani qui michi ex tota humani generis societate sunt amicissimi Hij venerabilem et ornatissimum virum bartholomeū ronarellam secretarium et cubicularium apostolicum magnopere com mendant Utque res suas iuuem non suadent tantum sed cogunt/quale negocium sit non scio Sed id magnificentie tue scribitur tum per eun dem bartholomeum tum per alios audio illum tui germani causam to to conatu promouisse dum res ecclesie frisingeñ rome tractabatur/Ai unt preterea hunc esse apud summum pontificem magno loco/virum que et litteris et virtutibus ornatum Quibus ex rebus si quid apud te roboris meis inest precibus peto rogo et supplex oro vt rem huius viri expeditam reddas si modo est que possit impetrari Nam et graciam red des homini bene merito/et amicis meis qui tui sunt serui plus com placebis quam si montes auri reddideris/ Hic eos in hanc rem affectos vi deo Tuum est morem seruare vetustum qui felicitatem tuam soles in acquirendis amicicijs collocare Recessum regis suumque transitum sicut iussisti et hamistoni et ceteris socijs significaui Deboldus in balneis est/hospes dubius est venturus ne ad te sit/ego dissuasi quia et tu huc venturus es Uale optime Ex wienna die tercia Junij Anno domini Millesimo·cccc·xliiij·

¶ Congratulatur episcopo nouiter assumpto et qualiter viuat admonet·

Eneas siluius imperialis secretarius S p d Reuerendo patri et claro principi domino iohanni de aich electo eysteneñ Fecis ti benigne pater optime quod in litteris tuis quas huc ad amicos misisti de tuo successu mei quoque memoriam habuisti Nec em̄ eneam tuum que tibi obuenerāt bona ignorare voluisti quia sciebas tuo gaudio solide gauisurum Ego igitur vir prestantissime gracias in primis op timo et maximo deo refero qui te dignis honoribus extulit Post hoc laudo magnopere capitulum tuum/singulosque canonicos qui sue proui sorem ecclesie non vt plerique faciunt indoctos imperitos inexpertos in ertesque assumunt/sed te virum sciētia iuris et omnium litterarum pericia clarum/in rebus agednis diu versatum/apud principes etiam singula ri solercia preditū elegerūt Utinā horum exemplū et alij sequerent Nem pe non sic laycorum impressionibus ecclesie terrerentur si earum guberna cula apud eos essent quos studere sapientie contigisset Postremo tibi admodum regracior qui fact9 maior non despicis me minorem vt ple rumque fieri solet Mos em̄ hominū est vt que infra sunt semp contemnāt

Hinc vulgo prouerbium est/ societates hominum dirimi quociens ali um alius dignitate vel opib9 excedere cepit Sz ista inter plebeos contin gunt qui non in virtute sed vtilitate omnem vite rationem ponunt Vi ri autem boni ꝛ virtutis amatores vt magis eleuantur eo magis ami corum meminerunt Nec enim affricanus iunior lelij vnqꝫ oblitus est aut eum peruisecit qꝫuis ipse duos consulatus cum summo populi deli derio suscepit/ille vero candidatus ex peticione deiectus fuerit/Nec pe ritheus architam neglexit qꝫuis ipse fortunatus/ille vero captiuus es set sed libertatem amico inpetrauit/Amicicia namqꝫ que inter virtuo sos est nec varietate fortune/nec tempore diminuit. Ita inter nos esse video bonitate tua Quia licet iam inter antistites ecclesiarum ꝛ seculi ꝑncipes sublimatus sis/qui modo priuatus fuisti/nō tamē mei memoriā ponis Sed inter varias ocupationes que in ꝑncipijs dignitatū adep tarum euenire solent/inter magnas curas interqꝫ diuersos strepit9 de me scribere nō neglexisti Judicium est hoc michi maximum firmam es se stabilem ꝑpetuam et immortalē beniuolenciā nostrā Verū ꝑsul amā tissime qꝫuis ego michi gaudeo q amicū honorib9 auctum ꝛ in sublimi positum video tibi tamen an gaudere debeo hereo Nam tuam dignitatē tuasqꝫ diuicias/multe cure multe anxietates multi metus sequentur Nec enim augeri opes possunt q̄n et labores crescant Omnis potentia subiecta est inuidie Qui eps est in specula sedet/omniqꝫ oculos in se cō uersos habet Si bene facit/fecisse debitum dicitur/si male linguis om niū carpit Addo q nemo tam sancte viuere potest q̄n aliqui se offensos putēt Nichil est michi crede in hac vita mortali duri9 qꝫ pontificatū ge rere In quo si deo places hominib9 displices/Seruare medium arduu um est/Vtcumqꝫ sit nauigandum est hoc pelag9/ꝓ salute omnium seruiē dum est rei publice Nec em̄ nobis nati sum9 vt plato dicebat/sed ort9 nostri partē amici partem patrie vendicant Ego autē addo partē quo qꝫ deberi eccl'e/Et si nos totos obligatos sibi dixerim que nos xp̄isto regenerauit non errauerim Exinde cum te intus et in cute nouerim mo derationemqꝫ tui animi sciam/nullum mihi dubium est q̄n tuus honor ꝑpetu9 duret/cū tua sit virtus eterna Et q̄a magistratus virū ostendit vt bias inq̄t in hoc pontificio tuo prestantes animi dotes que latebant manifestabis Sed omnia hec cum labore multo diuersisqꝫ anxietatib9 facies/In omnibus hijs tamen moneo te precor obtestor ne magis po pulo qꝫ tibi viuere studeas Metire tempus tuum/et aliud rei publice tribue/aliud tibi retine Relaxa nonnunqꝫ curas/animumqꝫ oblecta Scipio leliusqꝫ de quibus supra memini/qꝫuis magni essent viri/

et rem publicam suis ingenijs ac studijs sustinerent/nonnunquam tamen in laurentem agrum exeuntes sic se ocio quietiqz dabant vt conchas vmbelicosqz legentes ad magnam diei partem iactu lapillorum oblectarentur Oportet sic agere michi crede presul insignis Nam qui semper seria tractat quamuis non est mortuus tamen viuens moritur Tu ergo qui iam maximam dignitatem adeptus es/effice ne te magis dignitas possideat/quam tu illam in potestate habeas Multi sunt modi quibus animus relaxatur Interdum libris indulgendum/interdum venatibus non prohibitis ac piscationibus/Multi sunt modi menti secessus Cura vt fideles comites habeas cum quibus non aliter quam tecum ipse loquaris Inter omnia hominum oblectamenta/nulla maior voluptas est/nulla iocundior/nulla securior quam cum fideles amici inuicem coeunt/ Deniqz ita est nullius boni vt seneca dicit sine socio iocunda possessio est/Quanto quis maior est quanto dicior/quanto potentior tanto fideli amico magis indiget Tibi hec pluribus verbis dico quam opus sit Tu hoc partim legendo/partim inter homines viuendo didicisti Fac ergo vti optime scis Ego michiipsi congratulor quod te sic sublimatum audio Scripseram tibi nuper de miseria curialium longam epistolam/sed tu iam in eo statu es vt hijs scriptis non indigeas Curabo tamen vt epistolam videas Nam quanto maiores sunt illorum anxietates qui principibus seruientes tedia subeunt curiarum / tanto magis letaberis cum te hijs liberatum videbis/Apud ytalos anthonius massanus ex ordine minorum magnus verbi dei predicator fuit/Cuius sermo tam populo acceptus erat / vt ad magnam diei partim absqz cibo audiretur Callebatqz homo et in grecis et in latinis litteris Hunc sua virtus generalem ordinis magistrum fecit / post episcopum massanum Non tamen tot dignitatibus auctus sermones deseruit Me presente senis predicare de paupertate cepit / multaqz incommoda pauperum multasqz miserias in medium adduxit Exinde quid dicam inquit Tot sunt paupertatis tedia vt nichil supra Ego quidem gracias deo refero qui per episcopatum hijs liberatus sum Hic ergo et tu dicere potes Nam episcopatus ex miserijs curialium te extraxit quod tam michi iocundum est quam tibi vtile Tu vide vt diues factus sis non pauper Iam tibi facultas est qua potes quammultos ditare Cura homines dignos promoueas Non tamen sic te lege hac astrinxeris / quin etiam pro tuo libitu aliquibus non excellentibus omnino benefacias Is cui scripsisti de tua promotione multum in te sperat Vir bonus est et tui amantissimus Fac vt eius noticia non sit apud te infructuosa Inter alios autem quos dignos et

virtute prestantes ad beneficia ecclesiastica promoueris/si vnum vel alterum minus dignum subleuaueris non erit reprehendendum/quia non vituperatur qui errat semel sed qui nimis errat Concedendum est aliquid amicicie atque consuetudini non tamen cum preiudicio veritatis quam platoni pretulit aristotiles meo iudicio magis fame quam veritatis amore Michael phullenstorf secretarius regius ex tua promotione mecum letatus est valde Nec ego quemquam scio qui hanc dignitatem in te collocatam non magnopere commendet Vale ex wienna die.xxi.octobris Anno.1445.

Redarguit arguentem et veram scientiam dicit scire mori.

Eneas siluius imperialis secretarius Viro bono et amico constanti frederico tergestinorum cancellario S p d Questus es me tibi non scribere quamuis michi scripseris aliquando Dicisque id esse signi nec constantis nec veri amici me fungi officio/sic enim referunt qui ex te huc proficiscuntur Facis sicut mancipia solent que vbi peccarint prius clamare et vociferare incipiunt quam domini/crimenque aliquod excogitant quod heris asscribentes/obliuionem suorum peccatorum inducant Sed erras non paciar tuam negligentiam inultam Nec propterea excusatus eris quod prior conquestus Scio ego has artes/noui has versucias/calleo has tegnas/nec me penitet bastum esse Nichil agis mi frederice dum me accusas qui numquam ad me scripsisti post quam abste recessi nisi paucula verba quibus amici tui causam commendabas Ego vero ad te sepius scripsi et antequam irem romam et postquam reuersus sum Si ergo me vincere vis non querendo sed scribendo id facies melius/nunc tamen missa hec facio veniamque do/si modo in futurum aliter agas Ego nunc quod ad te scribam non habeo aliud nisi me tuum dixerim tibique velle complacere te colere/te amare te obseruare vincere tuumque bonum statum/valitudinem optimam et tuorum felicem successum optare Sed ista vetera sunt et tibi notissima/et inter amicos minime repetenda/qui magis factis quam verbis cognoscuntur Causa tuorum ciuium nondum est terminata Ego libenter viderem harum litium finem qui vrbi tergestine ac ciuibus omnibus sum affectus Nec placet michi videre bonos illos viros ac sue rei publice amatores tociens huc trahi Nec rursus libenter audio postponi negariique nostro principi que debentur / Quod si essent mediatores qui studio pacis intenti que sunt pacis consulerent non tam diu res ista penderet

Melius est michi crede de suo iure aliquid eradicare cum pace / q̄ₚ to tum litigando consequi At ista viderint qui plus sapiunt Ego michi viuere volo non semper alijs Jam regia magestas beneficia michi lar gita est quibus possum honeste viuere Sequestrabo me tādem ab hijs curiarum miserijs Et quia senectus adest vrgetq₃ mors cogitabo quo modo bene moriar Id enim est recte philosophari/id est scire/id est es se sapiētem Nam qui iura nouit et astrorum cursus ⁊ pluuiarum ven torumq₃ causas et argumentandi rationes/et mensuram terre ⁊ carmi nis ⁊ orationis vires et omnem armoniam Is tamen nichil scit nisi mori scit Ultima humanarum artium mors est Qui omnia recte fecit et in fine deficit hijs frustra operatus est Insulsus poeta est qui actum quintum negligit Sic qui mortem nescit bene concludere demens est/ Curandum est ergo michi vt finem bonum faciam Satis vixi Satis puer ⁊ iuuenis fui Satis mundo seruiui/ymo nimis Jam hora me ad monet redeundum est in viam Faciam nisi fallor Idem tibi censeo faci endum q̄uis in eam rem iam dudum accintus fueris persuera Coniu gem tuam probam mulierem et honestissimas filias tuas/atq₃ filium tuum adhuc adolescentem et que iuuentus imperitat facientem iubeo saluere et incolumes esse cupio Idem iacobus facit qui iam est pleba nus insignis ecclesie seseq₃ tibi commendat Vale et bononium apium vestri senatus principem meis verbis salutato Ex noua ciuitate kl' julij Anno·lxxi·

Consolatur amicum super amice fuga et capitolio agrippinensi·

Eneas siluius imperialis secretarius Johanni vrunt secretario insignis ciuitatis colonie S p d Plura tibi per hos dies scrip si si litteras meas suscepisti letus sum/q̄ₚ si secus accidit egre fero Multa enim fuerunt que alienas manus incidere noluissem/Ut cumq₃ sit pauca modo vt ex me recipias velim amicorum more qui tris tia dolent et leta gaudent que amicis accidunt Johannes secretarius norenbergeñ vir bonus doctusq₃ et tui obseruantissimus ad nos iam reuersus est/aitq₃ te mestum reliquisse Nam et capitolina clades te quedam affecerat Nescio quid ex capitolio fugerit quod animum conturbarit tuum Is retulit suo in recessu te adeo dolentem fuisse / vt ne verbum effari posses Non intellexi virum Dicebat enim in ca pitolio fui / Illuc iohannes sepe delicias ibi habuit / Aufugerunt doluit non inueniuntur / nimis perplexe locutus est / Non potui

quid verum esset agnoscere/solum te mestum percepi nec ꝯsolationem recipere vach mi iohānes quid nam hoc esse potest Ego te virum noui Vbi nam mutatus es Quid est ꝙ sic te queat alienare Viri est sic suas rationes ꝯstituere vt nichil noui possit accidere Animaduertenda sunt omnia futura ⁊ ꝑparandus est animus ad ea ferenda si accidant mala Nam que ꝑuisa sunt min⁹ feriunt iacula Si amicus mortuus est/mo riturū sciebas Si perdite opes sunt/sciendū erat hec fortune bona/ad nutum fortune ponenda fore Si amica recessit/considerāda fuit insta bilitas mulierum quarum voluntas in horas mutatur Nichil incerti⁹ animo femineo Nullus amor femine durat diu Fallax est animal mu lier vanum crudele absq; fide plenum dolis Verum cum omnibus infi deles sunt femine/senibus quidem infidelissime sunt Tu mi iohannes in vesperum pergis/Nichil est quod tibi cum feminis conueniat/Veri sui es ⁊ fabule Nulla te sequitur nisi questus causa Absit hoc maledic tum a te genus/quod et bursam exhaurit ⁊ animam occidit Nempe mi iohannes si abijt femina non te lesit sed alium lesura recessit/gaude quia fugit Ego hec dico ꝙ michi sic videt̄ iohannes norenbergeñ iudi care/nescio an verum sit Si aliud est teipsum cura/Nichil est tam acer bum qđ tempus non minuat Consule tibi iohannes ⁊ merorem pone Nam qui tristat̄ ob rem perditā seipsū cruciat ⁊ tamen qđ ꝑdidit non recuperat Et vt tusci dicūt Centū libre mesticie debiti summā non exsol uunt Vale ex wienna die xx nouembris Domini Anno·1ccc·

Dicit suas epistolas multas esse et tamen se laudari cupit·

Eneas siluius S p d Domino iohanni schindel singulari astro nomo viroq; ꝓbatissimo Reuersus nunc ad cesarem insignis miles procopius rauensteyn tui meiq; amantissimus retulit quod michi summe voluptati fuit/me tibi dilectum esse measq; litte ras quas sepe ad amicos scribo tuo iudicio admodum commendari Vtrumq; apud me mirum est/Quid em̄ in me est quod a te viro lau datissimo diligi debeat Quid rursum ep̄le mee in se habent quod lau de dignum videat̄ Nichil ego vnꝗ̄ erga te boni operatus sum/Mores mei ꝯmunes sunt viuo vt vulgus hominū facit Nulla singularitas in me est/nulla prestantia/nulla virtus que non alijs ꝯmunis sit Ep̄le mee plane sunt/apertū stilum habēt/currenti calamo picte sūt Nichil hijs ꝯmissum quod in sermone vulgari non cadat Non est in illis orna tus non lepos non grauitas/Rude sunt et solum animi mei iudices

Cur ergo vel me celas vel illas magnifacias non scio nisi q homines
sunt quidam tanta bonitate prediti vt omnia laudent / econtra quoqꝫ
malicia tanta quorundam est vt omnia que vident queqꝫ audiunt vi
tuperant Tu inter primos numerari vis et sapis certe qui laudando
potius q vituperando vis excedere / Verum tua laus q michi asscribis
et si meritum excedit meum / michi tamen iocunda est Quis enim
non potius indignam laudem q dignum vituperium ferat At quia
laus ea demum dulcis est que a laudato viro processit / magno me
munere donatum arbitror / dum tuis me verbis extolli audio / Du
mus enim omnes cupidi laudis Et vt cycero dicit / optimus quisqꝫ
cupiditate glorie trahitur Lemiculus ille demostenes etiam susurre
mulierculę aquam ferentis oblectari se dicebat / dum audiret se tran
seunte Hic est ille demostenes qui et senatum et theatrum sue ora
tionis vi moderatur Oblector ergo et ego dum me tuis verbis com
mendatum audio q̄uis non sim his quem tu iudicas Pleriqꝫ hoc vi
tuperarent / vellentqꝫ potius contemni q laudari / Verum ego has
laudes tuas non ad iactanciam quia michi sum conscius / sed ad inci
tamenta virtutum recipio / daturus operam vt talis sim qualem me
predicas / ne fama quam de me vulgo prebes omnino sit irrita Plu
ra in hanc sententiam dicere possem / sed absit hoc loco disputatio /
facessant argumenta Agamus inuicem vt amicorum est Nunq ego
te vidi / neqꝫ tu me vti arbitror vidisti / sed tua fama facit vt te vnice
obseruem / nam seculi nostri precipuum decus censeris / qui et syde
rum cursus et futuras tempestates et pestes / et steriles et fertiles
annos solus vere predicere noris Hinc ego te amo colo obseruo sum
qꝫ tuus Nam virtus huiusmodi et quos nunq vidimus amare nos
facit / Hinc veteres illos fabios / scipiones / fabricios corumcanos ce
terosqꝫ virtute prestantes qui multis ante nos seculis vitam exuerunt
etiam mortuos diligimus / sicud et fundatores nostre fidei vel aposto
los vel martires singulari deuocione et affectu veneramur / Virtus
namqꝫ sui natura amabilis est / vicium vero odibile Tu ergo vir pres
tantissime iure a me amaris quia tua singularia et prestanti virtute
nostrum ornas seculum / me cur tu diligas non scio / vt tamen dilige
re non cesses oro et obsecro / magnifacio namqꝫ tuum amorem et or
nari me tua dilectione non ambigo Perseuera igitur nam et si non
sum quem reris / is tamen sum qui diligentes me reciproce diligo to
tisqꝫ viribus amo Vale ex wienna vicesima nouembris Anno domini
·lxxi·

Hortatur legatos regni hungarie vt ladislaum absqꝫ conditione regem recipiant·

Eneas silvius S p d Dyonisio sancte romane eccl'e cardinali archiep̄ō strigonen̄ patri et dn̄o colendissimo Si quis me roget p̄stantissime pater cur ego natus in etruria de statu regni hungarie loqui p̄sumā/respondebo me hominē esse/ et vt therentianus ille chremes dicebat humani nichil alienum a me putare/ Dicas me ytalum scire plures scire plures mei generis homines hoc in regno et opibus et honoribus auctos ad magnam gloriam euasisse/ Dicam me legisse hystorias inuenisseqꝫ hungaros multis victorijs claros nomē ad astra tulisse/ atqꝫ idcirco sicut natura iubet eorum me virtutibus affici Quid plura xpristianum me dicam sollicitudinemqꝫ habere vt xpristiana religio in tuto collocetur Quod sane fieri non potest nisi et murus eius qui est hungaria sit incolumis Dum igitur anxius nec aliud hoc tempore magis opto q̄ꝫ tue legationi bonum finem imponi Verum dum hec mecum sepius animo reuoluo/ multum hoc ex tua et collegarum tuorum voluntate dispositioneqꝫ pendere reperio/ Nam cum vbiqꝫ id eueniat vt tunc res bene concludantur cum nuncij qui eas tractant voluntarij promiqꝫ sunt/ q̄ꝫto hoc magis nunc sperandum est si vos inclinati et affecti sitis/ qui non solum legati estis regni sed ipsum quodammodo regnum in potestate habetis/ quia qđ per vos fieri contigerit nemo dubitat apud alios quorum nomine venistis haberi ratum Sunt igitur hee cause que me reuerendissime paternitati tue scribere nonnulla compulerunt/ que et in bonam partem recipi precor et alijs collegis tuis comunicari/ quia et si vestrum acre iudicium que regno vestro conducant optime videat/ non tamen qđ exteri sentiant negligendum est Loquor autem cum dignatione tua tam q̄ꝫ ceteri ex collegis audiant In principioqꝫ meorum verborum id illud fundamenti loco recipiam quicquid homines ex suo arbitrio faciant id sibi vtile iudicare Nam quod sibi damno sit/ nemo sciens volensqꝫ facit/ Vos igit̄ hungari viri clarissimi qui huc venistis/ in conuentu pestiensi prius fuistis ac cum ceteris regni baronibus et accolis ladislaum regem petere decreuistis/ nunc legationem explentes dari vobis regem cum sancta corona deposcitis Coronari denuo regem vultis/ homagia sibi prebere / et ipsum exinde in aliquo regni loco sub tutela frederici cesaris sui patruelis constitui Hec est si recte teneo summa vestre petitionis/ Quod minime conclusissetis nisi et regno et vobis singulis id putaueritis expedire Quid ad hec responsurus sit cesar non scio

Id tamen scio quia et suam quoqꝫ vtilitatem ⁊ patruelis commodum cesarea maiestas intuebitur Nec scienter aliquid permittet quod suo et patruelis statui posset obesse Si quis ergo vult inter cesarem ⁊ vos fieri plenam concordiam is ea afferat que sint vtriqꝫ parti accommoda Nemo enim sermonis ornatu et verborum lenocinio plus suadet ꝙ vtilitas/Cum ergo hijs in rebus que nunc aguntur et vos hungari vestrum commodum sequamini et australes suum/Libet michi pauca de statu condicioneqꝫ vestri in medium referre/sic enim que sint vobis vtilia melius intuebimur/nam ⁊ apud australes in eadem sententia sepe rationatus sum/Vos quod ex pura mente sinceroqꝫ corde premittitur benigna fronte ⁊ letis animis audite/et que vobis sint vsui ꝙuis longe melius prospicitis me referente notare non pigeat Status regni hungarie prochdolor non sine graui damno totius xpristianitatis confractus quassatus laceratus et omni splendore nitoreqꝫ pristino denudatus est Tantaqꝫ mutatio in regno vestro a paucis annis citra facta est vt si quis procerum antiquorum iam ab inferis resurgeret hungariamqꝫ intraret nullatenus suam patriam recognosceret Apud historicos veteres repperi vestrum regnum florentissimum quondam fuisse et hominibus et opibus beatum Cuius tanta longitudo latitudoqꝫ fuit vt ab andrinopoli mariqꝫ pontico vsqꝫ in austriam/et a polonia vsqꝫ in sinum adriaticum protenderetur In cuius ventre septem amplissima regna claudebantur que a corona hungarie tamꝙ feuda dependebant vt merito quidem non tantum regem sed archiregem hungariam habere dixerim Nec sat fuit tot gentibus hungaros imperare/sed ex se quoqꝫ emiserunt qui omnem illam ytalie partem que olim gallia transalpina vocata est Hodie vero ab ipsis hungaris longas barbas ferentibꝰ lumbardia dicitur occuparent Ex vobis insuper duces exierunt qui et almaniam et galliam et hispaniam inuaserunt / Nec gens fuit orbe toto que vestrum tunc regnum lacessere auderet ita venerabile et clarum erat vbiqꝫ terrarum hungarorum nomen At nunc lacerum ꝙ sit vestrum regnum ipsi scitis Circumspicite totum/Veneti qui quondam profundo ciuitatis sue tributa pendebant iam dalmaciam magna ex parte tenent/Turchi qui trans hellespontum formidare vestros arcus solebant in ipsis hungarie visceribus grassantur Poloni moldaniam sui iuris fecerunt Nec bohemi sine porcione vestrorum dominiorum sunt nec teuthonici Quid scismaticos et heretiros referam per hungariam debachantes/Quid tristia bella per vos cum turchis gesta

Quid animas pene infinitas ex regno hungarie quottannis asportari Quid abigi pecora et omnia in predam duci Quid monasteria mag naq3 dei templa vbiq3 apud vos ruere O regnum olim opulentissi mum/o auream prouinciam/o terrarum decus/quomodo sic abijt co lor optimus Vbi vigor ille tuorum hominum vbi reuerentia quam ti bi omnes gentes impendebant Vbi maiestas regia/vbi gloria Quid tibi tot victorie profuerunt si tam cito in triumphum duci debebas Quid romanorum ducum restitisse potentie iuuit si nunc nullorum vi cinorum impetus ferre potes Heu fortuna heu rerum vicissitudo Q̄z ci to imperia variantur q̄ cito mutantur regna q̄ repente dilabuntur po testates Regnum hungarie cuius vix simile sol vidit sic dissipatum est vt vix inter se partes vlle cohereant Que autem tante mutatio nis et ruine causa non est intueri facile quia occulta sunt iudicia dei Non minus hodie q̄ olim fertiles agri sunt/non minus fecunda pecora assunt/vinearum prouentus reddunt vsuram effosse auri et argenti mi nere/sensati homines sunt/industrij/magnanimes/multarum rerum experti/Littere tam vigent q̄ vmq̄ Non possum ego de ceteris loqui quos non vidi De vobis qui hic estis illud possum dicere quod de quo uis hominum genere dici potest Video enim vos corpore proceros forma decoros/viribus robustos/sermone gratos/ꝛ in omni conuersatione ac ceptos Quid igitur est quod regnum vestrum tantopere depressit cum nec vires vestris hominibꝰ desint nec ingenia sicud ex omnibus audio qui vestram regionem peragrarunt/ Sunt fortasse nonnulla peccata que deus punire vult q̄admodum in veteri testamento factum nonnumq̄ legimus Ob quam rem considerandum est diligenter vt si quid erra tum est emendetur/vt per opera pietatis diuina maiestas mitigetur quam propter iniquitatem aliquam constat iratam esse Nec miremini si dixerim inter vos aliquid iniquitatis esse Nam nulla est omnino prouincia iniquitatis expars/Ceterum cum hijs pie ꝛ misericorditer de us agit quorum delicta in hoc mundo punit Deus enim homines pro fi lijs habet/et quos diligit arguit et castigat/vt per multas aduersita tes ad opera pietatis inducat Quos autem nichili facit delicate et de liciose patitur viuere/quia non putat emendatione sua dignos Cum ergo regnum vestrum deus multis plagis afflixerit signum est quia vos amat et saluos esse desiderat Nunc vestrum est vt omnia emen detis in quibus cogitare potestis offensam esse maiestatem diui nam Inter alia vero que deus egre tulit forsitā illud ē q̄ regi ladislao infanti cephano sine crimine nō vti par fuerat fauorabiles exstitistis

Nam quamuis plerique vestrum ex magna causa illum reliquerint/quoniã sibi quisque consulendum putauit regnum tamẽ totum excusari non potest/Utcumque sit videndum est vt deus placetur vbi offensus est Ut et inde medela prodeat vnde vulnus fuit illatum Nempe quantum ego ymaginari possum ex deo datum est vt regnum hungarie ad suum verum et legittimum regem ladislaum reuertatur sub cuius auspicijs integrari possit et ad pristinum reduci nitorem Bona est equidem vestra deliberatio probanda recta salutifera sancta/Uerum quia et ante desertum ladislaum ymo et diu ante sigismundi potestatem regnum vestrum declinare cepit / nullam ego causam vestre ruine maiorem arbitror quam discordias vestras Namque sicud res vestre per concordiam creuerunt sic per discordiam sunt diminute / quoniam nulla potestas durare valet vbi dissensio regnat Romani tam diu magni et rerum domini fuerunt quam diu in caritate vixerunt Ubi vero ciuilia et intestina bella suborta sunt/mox et romana maiestas defecit Hic et athenas et spartam et carthaginem domestica deleuerunt odia Ciuiles autem discensiones / inuidia et ambicio alunt / que pestes in regno vestro crassantes omnium contentionum vestrarum et omnium malorum causa fuere Et vtinam non etiam hodie inter vos hij essent morbi Namque si depositis simultatibus intestinisque odijs concordes essetis et vnanimi voto ad commune regni bonum intenderetis/nichil esset quod vestri vicini contra vos auderent Nec enim prouincia vlla est que si viros habet et filij vniti sint/suum non possit tueri statum Difficile monumentum est amor ciuium Inpugnabilis est ciuitas quam vnitas populi tuetur Quod si parua regna sterilia paupercula per concordiam sese tuentur nec vicinorum impetus timent / quantomagis gloriosum regnum vestrum amplissimum ditissimum et omnium rerum copia habundans insultantibus resisteret hostibus si omnes in vnum barones regnicoleque concurrerent Sed sunt connexe inuicem nescio quomodo iusticia atque concordia / nec vnquam altera sine altera reperitur nisi fortasse ad modicum tempus In malo etiam quidam conspirauerunt / sed hij non possunt diuturni esse / quia nullius criminis est longeua societas Qui diu concordiam appetunt hos necesse est in virtute iacere fundamentum / Dicam plane quod sentio nec vos egre laturos puto quod in bonum finem eloquor Liquidum est apud me idcirco vestrum regnum in magna parte vastatum esse quia concordia caruistis Concordia vero propterea vos deseruit quia iusticiam non amastis /

Veſipſi poteſtis reminiſci multis in locis apud maiores veſtros iuſtici am fuiſſe neglectam Noſtris vero temporibus magnum illud fuit ꝙ la diſlaum deſeruiſtis infantem et nullum habentem qui ſuum ius tueret niſi deum/ q̄uis nonnulli veſtrum neceſſitate magis q̄ voluntate ab eo defecerint/ quibꝰ nichil eſt imputandum ſi metu graui periculſi vite ſue conſulere voluerunt Nec enim hij hodie ſumus qui pro iuſticia capita noſtra ponamus Diximus iam cauſarum aliquas regno que veſtro ob fuerunt q̄tum nos opinari valemus/ Apud deum fortaſſe motorem om nium in cuius manu ſunt omnia regna mundi alie ſunt quas ignora mus Nunc de remedijs tranſigendum eſt vt eam inueniamus quam querimus vtilitatem Nempe viri p̄ſtantiſſimi ſi regnum veſtrum vul tis inſtaurare/ vultis enim non ambigo contrarijs artibus enitendum eſt Querenda iuſticia eſt/ habenda concordia/ iungendus amor/ ladiſ laus qui verus rex eſt repetendus/ iuuandus fouendus vt violata in eo iuſticia reſarciatur Dicitis forſitan/ fruſtra hec loqueris cum iam ob eam cauſam hic ſumus Sed hoc haud ſatis eſt Nam et legatio veſtra conditiones quaſdam habet/ quas poſſibile eſt ceſarem nō admittere/ quid tunc facietis quid ſi non detur puer ad albam regalem quia non videtur ceſari faciendum/ quid ſi negetur coronacio noua/ an infecto ne gocio recedetis/ Hic deliberandum eſt/ hic conſulendum/ hic videndum eſt ne iuſticia deſeratur et ne quod expedit regno veſtro negligat Sci tis quia ius gentium eſt neꝗ electionem neꝗ coronationem regnum dare ſed ſucceſſionem Et ſi quibuſdam in regnis electio regem facit id certe apud vos non eſt Nam et apoſtolice ſedis ſententia eſt ſucceſ ſionem in regno veſtro locum habere ſicud et bonifacius diffiniuit et ve tus obſeruatio docet Eſt igitur vobis ad iuſticiam conſeruandam ladiſ laus in regem habendus/ qui ſigiſmundi nepos alberti et elizabeth fili us/ auito paterno ⁊ materno iure regnum vendicat Ninus patri nino ſucceſſit apud aſſyrios/ Apud macedones philippi ſucceſſor alexander extitit Apud hebreos ſalomon patris dauid ſolium tenuit Apud ro manos cum prole careret iulius/ adoptiuum filium auguſtum ſucceſſo rem habuit Apud traianos laomedontam patrem ſecutus eſt priamꝰ Apud francos pippini ſedem poſt obitū karolus magnꝰ accepit Apud gothos autem qui et ipſi veſtri generis fuere almas patri ſuo gapt ſucceſſit/ Sic et alberto regi veſtro par eſt ladiſlaum ſuccedere filium/ niſi ⁊ pietatem et humanitatem ⁊ omnium populorum gentium nacio numꝗ iura velimus peruertere/ Verum ne propoſiti noſtri metas egre diamur cū iuſtum ſit ladiſlaum apud vos regnare videamꝰ an etiam

vtile existat Stoycoꝝ sententia est nichil vtile fore quod non sit idem honestum Nec vt michi videtur false arbitrantur stoyci quia nichil est vtile quod turpe sit/vix eri potest vtile esse aut non potest Nam turpia et viciosa caduca sunt mutabilia fluxa curas semper atq molestias afferentia/Que iusta sunt et honesta ea manent nec vnq̄ mentem turbant/Sed disseramus hec alio modo Sunt vt accepi sunt nonnulli qui nec vocandum ladislaum tentur/nec cum cesare quicq̄ pactitandū Quidam vero honestum aiunt vti iam factum est vocari ladislaum Quod si non detur per alium modum regno consulendū censent Apud hosce homines minima est de iusticia mentio Vtilitatem solummodo sectantur/Sed nesciunt quia nulla est sine virtute vtilitatis possessio/ Discuciamus ergo istorum opiniones respondeamusq contrariantibꝰ Ego quidem tunc vtile putarem regno vestro negligi ladislaum si sine ipso et concordes esse possetis ⁊ ab hostibus regnum tueri Qꝫ si hec absint/quid vobis esse vtile queat examinemus ista Si pacem in regno et concordiam vultis habere aut populare regimen aut regale habendum est Dimitto nunc illam aristotilis quam in politicis de modo regē cōsiderationem habuit Nam ad hec duo possunt omnia referri Quid vos obsecro inter hec eligetis Quis vestrum est qui populare regimē audeat suadere Omnes vos qui hic estis nobiles estis At in regimine populari omnis nobilitas suspecta est Surgunt plebei et equato iure rem publicam administrant quicquid excellit amputant Respicite ciuitates que in communi gubernantur Nullus in atrio nobilis est/mercatoris sunt omnia Ego non puto q̄quam vestrum sub artificibus potiꝰ esse velle quam sub regibus Vestrum preterea regnum vsq in hoc eui semper sub auspicio regum gubernatum est/nec decet nouitatem vos velle nunc agere que mater erroris esse consueuit Exinde cum regnum vestrum vndiq bellis flagret necessarium est regem habere ad q̄ omnia referant̄/Vbi pax est multitudo regnare potest Vbi sunt bella nisi vnꝰ sit qui dirigat omnia corruunt Cum cymbri cum trecentis milibus armatoꝝ ytaliam peterent/vrbes ytalie que tunc erant libere/sponte sua romanum sibi prefecerunt Romani autē marium ducem omnium constituere Nec enim sine principe frementibus armis possunt prouincie defendi/Vos ergo qui cum turchis assidue bella geritꝭ necessarium est regem habere Sed hic quoq de rege deliberandum est Aiunt nonnulli multos esse in regno et sanguine claros et virtutibus preditos quos reges esse nequaq̄ dedeceat/quod ego non negauerim Nam ⁊ ex vobis qui hic estis non iuerim inficias corona dignū fore/siue claritas generis

siue forme decus/siue animi magnitudo et probitas requirat Uerum cum nō possit nisi vnus rex fieri/inter vos autē plures sint dyademate digni/ sitq3 magna equalitas inter vos/ q̄s non vidit magnā inuidiam nasci si q̄s vestrū in regem sublimet Inter impares nunq̄ inuidia deest/nec equo animo quisq̄ sui similem sibi p̄ferri sinit Sunt inter vos diuerse voluntates/et vt comicus ait quot capita tot sententie Quis vnq̄ sibi suadeat tot p̄latos tot proceres tot ciuitates tot incolas in vnū ɔsentire q̄s ex hungaria p̄ficiat in regem/Addite q̄ inimici vestri circūstantes turchi vires mox vestras contemnerēt audientes ex vobis esse creatum regem Cum preterea scirent vos ab omnibus xp̄icolis destitutos/⁊ a germanis p̄sertim quoꝝ sanguinem p̄ iniuriam reliquissetis Quid vltra An putandū est regem bosne desposcumq3 rascie ⁊ alios hungarie magnates/q̄ vix sigismundum ludouicum ue regem sup̄ se ferebāt/iam vnū ex vobis equo animo sibi dominātem pati Taceo ciuitates que in parte sunt ladislai/ Taceo domum austrie et comitem cilie que nunq̄ ab obedientia pueri recedent Quo circa non video quomodo ex vobis eligi rex possit qui et hostes repellat et regnicolis pacem prebeat Nemo extra regnum/nec quo pacto ex alijs gentibus regem habere possitis video Nec enim eo deductos vos arbitror vt ex infidelibus regem accipiatis/q̄ multis non dicam annis sed seculis fidem xp̄i proprio sanguine cōtra infidelium impetus defendistis Polonia que vobis regem dare voluit/in eo iam statu est vt vix regem suum habere possit In almania quicūq3 sūt p̄ncipes regio digni fastigio ladislao regi artissima iuncti sunt ɔsanguinitate Nec quisq̄ est ex hijs tam regnandi cupidus vt proprium sanguinē ledat Bohemia ladislaū recipit Cetere nationes r̄motissime sūt/ex q̄bus si regē velletꝭ habere/⁊ si p̄sonā haberetꝭ/auxiliū tn̄ p̄ tot regiones tot gentes tot terrarū marisq3 spacia non possetis habere Sed concedamus esse aliquem vel in germania vel alibi q̄ vestro vocatu regnum accipiat vt sit verum q̄d vsurpare cesar solebat ex euripide/si violandum ius est regnandi causa violandū est in ceteris rebus pietatem colas/ An preterea pacem habebitis/an turchis resistere poteritꝭ/an vtilitatē quā vultꝭ seq̄mini Num hinc australes/inde turchi vestrū regnū infestabūt Num partes in regno erūt q̄ nihil ociose fieri p̄mittēt/ Sane viri prudētissimi ⁊ alto sanguie nati si pacē in regno vultꝭ habē/inimicosq3 turchos p̄cul arcere/nec populare habendū est regimē/nec est ex vobis rex assumendus/nec in alia gente querendus q̄ in austria Hic est de quo locutus sum et q̄ vos accersitis ladislaus alberti filius In quo si nobilitatem queritis nemo est eo in orbe toto nobilior

cuius paternum genus ab ipsa iulij cesaris stirpe diriuatur Hic enim domus austrie inicium habet/in qua plurimi romanorum reges fuere/ que et bohemie ⁊ polonie et alijs regnis persepe reges dedit/Maternū genus ex regibus vestris prodit/mater illi regina vestra elizabeth fuit Auus sigismundus imperator proauus karolus quartus/exinde iohes rex bohemie/ac henricus septim⁹ cesarum/qui post translationē impij apud germanos fuit excellentissim⁹ Vbi nam tanta nobilitas/tantaq₃ sanguinis claritudo Certe hic potissime ex omni xpristianitate dignus est qui vobis generis claritate pollentib⁹ rex esse debeat Hic inter vos natus est ⁊ in ipsa infantia coronam vestram adeptus Nemo in regno vestro ius habet nisi puerulus iste Hic vobis teuthonicos omnes ami cos reddere potest atq₃ bohemos ꝯiungere Hic pacē vobis intrinsecā red det Hic despotum ⁊ comitem cilie in vnum vobiscum ꝯiunget Hic vobis fredericum cesarem patruelem suum affectissimum faciet Hic omnia dominia austrie/hic ducē burgundie ꝯsanguineū suū et francie domū sibi ꝯiunctā in vestrum auxilium cū opus fuerit aduocabit/In hoc pu ero regia maiestas relucet Iam in puerili etate liberalitatem ostēdit/ ac prudentiam pre se fert singularem Forma illi egregia et plus ꝙ di ci possit decora Iamiam paternam magnanimitatem et auitam saga citatem indicat/Breui tempore grandiusculus erit ac per seipsum loqui equitare ac gubernare poterit Cum hoc exstirpare scismaticos de regno poteritis/cū hoc turchos repellere/dalmaciā vindicare et quicquid alie num est ad coronā reducere/paceq₃ sancta ⁊ optima frui Quo circa cū tanta et tam euidens vtilitas appareat si perseuerare cum ladislao rege volueritis/ꝙuis non puto vos vllo pacto absq₃ desiderata conclusione recessuros/vt tamen oraciuncule mee destinatum finem imponam cir cumspectiones vestras oro precor obsecro ⁊ obtestor vt hec tanta regni commoda ꝯsiderantes cū cesare nostro ꝯueniatur/nec in eo vim facia tis/Sed quid est qđ ex vestris peticionib⁹ diminuat̄ dūmodo rex reg ni vestri aliquo modo sit maiestati cesaree acceptus Nam nec cesar ip se qđ iustum fuerit denegabit quia etiam de sua vtilitate agitur/tum regnum vestrum amicum habet Nec moueant vos institutiones in pes te facte Nam et vos ipsi potissimi auctores earum fuistis Nemo non modeste accipiet si quid per vos ꝓ regni pace fuerit immutatū/Pala tin⁹ autē ⁊ qui cū eo senciūt allegare pestiēses ordinatioēs nullo modo pñt qui ab eisdē multis iam modis recesserūt Sumite igit̄ animū viri prestantes/concludite cum rege quocunq₃ modo potestis Dicite demum nullius vos regis nisi ladislai dominatum passuros/Amplectimini

iusticiam pueri Respicite que vobis vtilia esse ostendimus Efficite vt et hungaria tota per vestram operam se quietam et pacificam intelligat redditam/ et puer ipse ladislaus vester hungarus suum regnum per manus vestras vestraque studia recuperasse cognoscat Vt cum virilem togam acceperit te cardinalem quem eum baptisasti/ te vispretinen episcopum qui patri suo seruisti/ te nycolaum vaynodam qui militem eum creasti/ te ladislaum bauum qui sanguine sibi coniungeris/ te eskram qui eius partes indefesso animo semper defendisti/ te emericum qui auo suo carissimus fuisti Et vos omnes legatos presentes tamquam suos tutores/ suos defensores suos parentes veneretur/ ac honoribus dignitatibus opibus et omnibus officijs et beneficijs super ceteros regni proceres ex animi iocunditate prosequatur Wienne kl' julij.1447.

Dampnat verbosa volumina.

Eneas silvius Mariano sozimo S p d Attulit michi vir perbenign⁹ ludouicus tuas litteras et que sibi commisisti seriose retulit Vidi libenter ipsum tui causa/ et tuas litteras que vnice post meum ex te recessum apud me sunt auide legi Quod michi mandasti non potui absoluere vt forsitan cito voluisses propter recessum regis festinum qui raro vno in loco moratur In dies tamen ero tui memor et quid fecerim alijs litteris tibi significabo/ Res enim huiusmodi longum habent tractum/ sed postquam cepte sunt non facile dimittuntur nec tantam habent variationem vt nostre Tu tibi persuadere debes me tuum esse semper/ cupereque morem in omnibus gerere Et vtinam in loco esses quo te et tua doctrina vti sepius possem Gaudeo te patremfamilias factum et rogo diuinam maiestatem vt soboles ex tuis lumbis orta similis sit tibi Comentarios tuos super decretalibus et si facundos arbitror miramque scientiam pre se ferentes/ videre tamen non cupio quia terruit me librorum numerus cum eos in quatuor et viginti volumina distinctos scripseris Mos est legistarum vt longi sint Hinc ouidius verbosas dicit leges/ et juuenalis de causidicis scribens libellos inquit eos in fasce sequi Tu tamen qui et oratoris et poete et iurisconsulti locum inples debebes ista metiri et modum pagine facere nec scribere in immensum/ quia et scribenti labor est et legenti fastidium Tuas sortes si quando ad me miseris auide videbo quia illarum codices non dixisti esse admodum numerosos De rege aragonum que scripsisti ex alijs quoque audiui Deus illi iter faciat ad suum desiderium quia vir est victoria dignus/ nec qui dominetur par est in orbe sibi/ Ego illi afficior propter suas

virtutes nunq̄ tamen vidi eum Tu vale ꝛ andream iuris interpretem hugonis filiū q̄ apud te esse audio meo nomine saluū dicito Ex gretz viij decembris Anno 1443

Suadet conduci marianum sozinum.

Eneas siluius S p d Johāni maers cācellario austrie benefactori suo Alloquet te vir bon⁹ ludouicus lator p̄sentiū in re mariani sozini senen̄ vtriusq̧ iuris doctoris excellentissimi q̄ libēter in hac temporis tribulatione ad germanie p̄tes se trāsferret et ius wiēne legēt Quaē si vides ad eam rē esse modū supplico vt me instructum facias et ego regi referam Michi enim res videtur vtilis et vniuersitati et patrie ꝛ regi Nam cum ille sit ex primis ytalie doctoribus mlti remanebunt wienne qui nunc paduam studij causa vel papyam p gunt/et omnis bauaria suevia franconia ꝛ bohemia et etiam hungaria iuris ediscendi causa wiennā petent Rex vero in hijs que iuris sunt ꝯsulere ipsum poterit Et si qn̄ opus habuerit ducet eum quocūq̧ voluerit Ideo si vides viam ad hoc patere fac me certiorem Et confide quia hominem perliberalem ꝓmouebis nō doctum in iure solum sed omnis doctrine peritū Eius virtutes ex ludouico pleni⁹ ꝯnosces Me plura dicere ꝯmunis patria vetat et amicicia qua illi sum iunctus ne has res p̄ferre veritati videar Sed ꝯfido multos esse in germania qui virum noscunt qui eius discipuli fuerūt qui me succūbere nō sinent Tu ꝯmunis boni amator ꝛ honoris regalis es/quid in hac re potes ostende Vale ex gretz die viij decembris Anno 1443

De bacho et aliquid de amore.

Eneas siluius strenuo militi dño ꝓcopio bohemo S p d Sunt michi certa q̄ scribis nec vnq̄ aliter ratus sū Noui em̄ mores militū inter quos magni sit fides q̄ ex eo ē dicta vt cycero vult quoniā fiat qđ dicit Tu vero vltra miliciā etiam lrās es sortitus quaꝝ magna ps fidē ꝯmendat Decipe autē inter vicia ponit Scio igit te retentū esse cū sp̄ates ꝓficisci/nec ego aliud rat⁹ sū/sed ꝯmendo te qui rescripsisti causam remansionis et felicem te puto qui neq̧ montes neq̧ lutū neq̧ glaciem aut niues experiri voluisti/q̄q̄ hec omnia tollerabilia existimarem si bachus apud has gentes tractabilis esset qui rudis est asper indomitus amarus nil habet in se suauitatis Vetustas bachū qm̄ dulcis essꝫ et hominē affabilē redderet in numero deoꝝ collocauit Hic vero eumenides cum cerbero et hydra locandus esset Quid tibi

de mulieribus dicam Comprimam me ne fiam inuidiosus ne aliquis ex nostris socijs q̄ rutilam credūt esse lucrechā me in dies arguat qua si eoꝝ amori derogauerim Sꝫ amor cecus est Ideo papi florentin⁹ lucernā quandā sic adamauit vt pendentē ex angulo quocūqꝫ iret ferret secum ⁊ obuiantibꝰ quibuscūqꝫ ostentans nunq̄t pulchra lucerna esset percunctabat̄ Sic iuuētus nostra ethiopem quasi niue sit cādidior colit Facit hoc inopia Nam et monoculus rex est inter cecos/ Satis dixi Tu wienne degis vbi veneris chorus late patet Sed caue ne vincaris verbis aut blandicijs alicuius/q̄a postq̄ꝫ inescatus est homo derelinq̄tur/estqꝫ derisui Nullam ames nisi vxor ducenda sit De pecuniola mea laudo illam apud cancellarij fratrē deponas regi/Ero tuus fidelis nuncius et hodie vt puto Nec michi hoc erit ꝓ te facere arduū Utinā seruire tibi ampli⁹ possem Nam meritus es vt te omnes ꝓmoueant Vale et intra bohemiam noli tam diu esse vt obliuiscaris nostri Qd respōsum rex dederit p alias lrās efficiam tibi notum Ex gretz die nona decēbris Anno·1443·

De mutatione consiliorum et incerto curalium statu·

Eneas siluius Gasper slick cancellario imperiali S p d in lrīs alijs quas cū p̄sentibꝰ mitto significaui tibi maiestatē regiam diem sancti georgij delegisse in quo vellet petere norenbergā ⁊ sic in ꝯsilio ꝯclusum est Sꝫ non est sibille folium aut immutabile factū qd in ꝯsilio decernit̄/ Uiuim⁹ nos in dies et sepe qd heri placuit hodie displicet Ita gestū nunc est Termin⁹ em̄ q̄ erat ad sanctū georgiū receptus nunc in ascēsionis dominice diem commutatus est q̄ ni fallor ad mayi xiiij diem pergit Est hic apud nos de interuallo hui⁹ anni nō parua discensio quoniam nouem alij/octo alij/ et rursus alij septem ebdomadas ponunt Ideo sum ego dubius hereoqꝫ Rusticorum regule sūt que feriam quartā diem cinerum dicunt esse post incensionē lune q̄ a festo purificacionis habetur Certiorqꝫ michi indoctoꝝ norma videtur q̄ꝫ disciplina doctorum Non tamen absqꝫ dubio sum Sed mitto hec et ad rem venio Michi hec mutacio suspecta est Vereorqꝫ ne derisui sit principibus qui dietas alamannorum infinitas aiunt Puto autem regem idcirco terminum hunc amplexum q̄a mox instet alius cum bohemis receptus ad natiuitatē beati iohannis que habet̄ in iunio/quasi p hunc modū intendat rex vnū mensem norenberge morari/imperijqꝫ et eccl'e facta terminare/atqꝫ exinde pragam ire Nescio tamen an bene

metiti sunt terminum qui hanc excogitauerunt Ego vero neque regem ad diem venturum neque mensem ad tot negocia sufficere vereorque ne dum vno itinere duo negocia volumus absoluere negligamus vtrumque Sed faciat me deus falsum vatem potius quam verum cum tanto damno Ex hijs animaduerto conuentionis huius continuationem non habituram locum sicud apud vos erat statutum quia nimis durum esset tam diu expectare/Exinde intelligo chiemensem episcopum vocari et te etiam accersiri Et quia episcopus huc quam cito aduenturus est suadeo vt et tu nichil tardes/scis quid expediat/propter ecclesiam frinsingensem tu potuisti sentire quis sit animus chiemensis in hac re puto vtile fore vt non tardior sit tuus quam suus accessus Credo me plane comprehendis Comes goricie iam triduo hic est et eius consors Dispeream coniugium vna ingressi sunt vna edes incolunt vna per oppidum pergunt Si hic se amant vt foris significant beata societas est mirandumque spectaculum Nuper virum vxor captiuum habuit/in vinculis coniecit/ac hoc tidi criminis reum dixit Nunc vnus lectus vtrumque recipit et vna poscit mensa Mira res si tantum odium tam cito poni potest Inter alios si hoc accidisset nec vir vxori fidem reconsiliate daret/nec vxor viro iniuriarum vltionem verita Sed hic fortasse non vt volumus sed vt quimus agendum est Exitus quis sit vtriusque mens patefaciet Albertus regis frater tardius sperato venit Is enim nescio quam ob causam petrum rotre suum cancellarium apprehendit et coniectum in vinculis compedibus ferreis alligauit Sic vir infelix multorum laborum fert premium Nemo est qui speret ipsum liberandum Principes namque huiusmodi fere omnes sunt vt quos capiunt nunquam dimittant Aut enim reus est qui captus est et luere penam debet/aut innocens/ et vt videatur nocens tenetur ne principis crimen pateat/ne vel ille dimissus iniurias questum eat et vlcissi se studeat Beati qui procul a curiarum tumultibus degunt et contenti sunt que adest fortuna Nos animorum impulsu et ceca cupidine ducti regum atria petimus/ principum in oculis versari volumus Quibus si milies cum periculo capitis seruieris/modicum vero aberraueris mox perijsti Nichil enim violentius est aure tyranni Suspiciosi omnes sunt tamen curiales inuidi proximique nedum si assit sed si absit quis criminari delictum Pereunt omnia seruicia si semel speras non recte Et sunt nonnulli qui seruum citius perdunt cum maiora sunt obsequia Nam cum videant se multa illi debere punire potius delictum cupiunt/quam obsequium premiare Sunt tamen plures qui ducis alberti factum probant et michi quoque ita persuasum est Nam princeps ille tum sa

piens est tum mitis/nec absq3 magna causa in tantum virum iniecit manus Sed ceterę vtilius fuerat plebem suam curare/nunc queritur q illa sibi auferat Et aiunt q̄dem irregularē esse hominem priuandū q3 eccl'a in qua vellet nunc vt existimo petrus deo seruire Sed q̄a dum facultas fuit voluntas defuit nunc voluntatem facultas deserit Nemo contentus est qui cupiditati terminum non ponit Qui vero nimios optat honores ⁊ nimias poscit opes/is sibi excelse turris tabulatum erigit vnde altius cadit maioremq3 det ruinam Quam opinionem faxit deus vt sicut nunc non habeo sic perpetuo fugiam Tu vale et q̄uis huc reditum tuum videamur dissuadere q̄primum redito / quia et rex noster michil tiranni habet et tu non cum eo sed cum alio creuisti / nec nunc augere sed seruare statum queris Ex sancto vito kl' januarij Anno dm̄·1443·

Consulit que sunt agenda in causa frisingeñ ecclesie·

Eneas siluius Gasperi slick cancellario imperiali S p d Pauci admodum sunt dies q̄bus p gasparē sacerdotem nuncium tuum de singulis quoad potui plene scripsi/nec rem frisingeñ aut aliam scriptura dignam pretermisi Volui namq3 potius scriptis omnibus longitudine tediosus/q̄ pretermissis quibusdam breuitate odiosus esse Sed aduenit mox german⁹ tuus henricus frisingeñ electus et cum eo simul reuersus nyperg/Ipse autem electus idcirco huc profectus est quia litteris tuis instructus erat vt pro oppidorum possessione instaret Nam et tu regi ad eam rem scripseras/sed erat adhuc nescius eorum que gesta erant/nundum em̄ littere mee ad eum peruenerant quas sibi super hijs scripseram Retuli autem ei seriem rerum ⁊ regis responsum michi datum et sibi scriptum/quo percepto agnouit electus se frustra pfectum huc Accessit tamen nyperg tamq̄ singularem amicum quo cum in via sepe contulerat de negocio/Narrauit sibi que in causa essent acta consiliumq3 petijt Is dixit se velle regem alloqui et cuius mentis esset perscrutari An mutari sententia posset Accessitq3 illum heri cum iam nox ruisset celo petijtq3 vtrum in re frisingeñ vellet aliquid agere cum frater cancellarij adesset Rex autem iussit mox electum accersiri quo veniente surrexit ex cubili et nonnullis passibus obuiam processit / Tum electus dixit se huc venisse regraciaturum maiestati regie ex cuius munere promotus esset / supplicaturumq3 vt possessio daretur in plenitudine gracie /

gratie/et ad hoc se monitum tuis litteris inquit Rex vero habito conci
lio dixit se iam tibi in hac re rescripsisse teqꝫ vocasse et postq̄ reuerteris
rem hanc absoluendam Gratias ꝓ responso electus egit/subiunxitqꝫ
se scire nonnullos venturos esse etiam viros magnos qui partem alte
ram ꝓmouerent Ideoqꝫ se supplicem petere ne quid in eius preiudiciū
illis responderet Ad hec dictū est regiam maiestatē cancellariū expec
tare nec se velle in eius absencia aut illo inscio de hac re ad cuius vis in
stantiam aliquid agere Dixeruntqꝫ cancellarij henrice licet scriptum
sit cancellario vt veniat tu tamē sibi rescribito ⁊ mittito proprium nun
cium omninoqꝫ ipsum adhorteris vt q̄ festinanter veniat tum pro re
bus huius ecclesie frisingeñ tum pro negocijs regijs in quibus sua pre
sentia est necessaria Nam multi casus possunt accidere qui ꝓmū nunci
um impedirēt Annuit henricus michiqꝫ dixit bonū esse vt lator p̄ntium
anderlinus huic se itinere accingeret/qd michi quoqꝫ ex vsu visum est
admodū necessariū quia nescio quā diligentiā habebunt college tui ad
mittendum litteras/Dum hec agerentur venit ex romana curia osilieñ
eps̄ pruten⁹ q̄ nosti/per hunc putabat henricus bullas sue ꝓmissionis
transmissas sicut iohānes tolner sibi p̄ antea scripserat Accessim⁹ ergo
diuersorium eius percontati sumus an bullas afferret Is retulit se fu
isse ordinatum vt ipse afferret sed cum expeditio eius longior videre
tur placuisse romano pontifici vt tabellarius suus guido nomine ad te
illas deferret/qui cum quindecim diebus eum precessisset miratus est
non esse nobis traditas bullas deditqꝫ henrico litteras sibi et tibi di
rectas ex roma bononiaqꝫ transmissas Quibus apertis cognouimus
verbum eius verum fuisse/sicud et tu ex ipsis litteris agnosces Nam
ipsas tibi cum presentibus destinamus Nos vero opinamur bullas
easdem ad te vel dominum iohannem carnaial conualasse Nam guido
ille vt accepimus ad apostolicos nuncios litteras habuit Quod si sic
non est aut venecijs sunt apud mercatores/aut guido corruptus ad
uersarijs eas vendidit/vel sinistri aliud accidit Tuum est percunc
tari diligenter/nam maxime expedit has litteras haberi in quibus
fundatur ius Nec putat henricus australes moueri posse vt castra
tradant nisi ostendantur bulle/ Ideo curet tua magnificentia eas
omnino secum afferre si apud norenbergam inueniri possunt/alioquin
opus erit iterum eas ex curia suscipere/Nunc autem ne mireris q̄ nū
cium ꝓprium destinamus/causas subiungemus Nam prima est q̄ rex
sic desiderauit ⁊ consiliarii ꝑsuaserunt· ¶ Scda est quia videm⁹ regi ne
cessariū esse reditū tuū in multis arduis negocijs/qui egre feret sibi te

deesse cum opus est Exinde qui vult principis graciam is in aduersis seruiat Nam in secundis plures inueniuntur seruitores quam sit necesse Post hec videmus instare periculum in ecclesia frisingensi nisi veneris ci to Quod si veneris bene omnia dirigi posse confidimus/nam et rex bene affectus est et naypergk adiutor Magister autem curie scripsit in fauo rem tuum/et sicud sepe dicitur presentia recipit/absencia perdit/Vlteri us scimus dominum treuerensem venturum qui cum sit alter homo quam so lebat nec multum tibi afficiatur/timemus ne quid in hac re sicud pro certo intelleximus aggrediatur/et in alijs quoque possit tibi obesse Scis quid velimus dicere et que alias temptata sunt/Dominus etiam ali us vocatus est vt nosti per alias litteras quas neutralitatis amator et bauariorum fautor non suadebit tibi dari possessionem Dicet pericu lum esse et quod non poterit publice clam tractabit/nisi fortasse per te sit norenberge persuasus Accedit ad hec alius tibi notus qui et ipse clanculum electo suo fauet/et quamuis nunc absit cito tamen reuertetur/ nam in prouinciam non patuit sibi et suis collegis accessus/Itaque om nibus hijs ex causis duximus mittendum esse nuncium vt si alie litte re negligantur/hee saltem te compellant teque ad veniendum inducant quia nullatenus supersedendum est Intuere aliud quod ingerit ad scri bendum Allocutus est henricus quendam regium consiliarium qui se ostendit sibi affectum Sed quantum ex eius dictis comprehendimus is magno impedimento fuit ad possessionem habendam Inquit enim nul latenus se regi consulturum possessionem dare qui periculis videretur/ sed suadere vellet vt omnes custodirentur introitus huius ecclesie et ex inde clam subueniretur henrico ad litem ducendam donec per iusticiam terminaretur causa Sed concilium quam perniciosum sit cernis/quasi ho nestius sit principi seculari bona ecclesiarum absque vllo titulo detinere quam ius habenti concedere Sed non videt oculatus homo quantum dedecus rei resultaret et quantum infamie/et vt per hunc modum magis se odiosum bauaris redderet qui se hostem faceret/et quantis molestijs se subiceret Nam castritenens nunc per concilium/nunc per electum/nunc per prin cipes rogaretur restituere et interim quoque bona ecclesie dissiparentur Sed addidit homo concilium magis insulsum Ait enim si castra in manu sint regis / pro quacumque parte declaratio fiat impetraturum re gem vt henrico ecclesia conferatur Qua re nescio an aliqua dici stulci or possit/nam hoc manifestum est in contrarium agere Solet enim quando fiunt declarationes obedientiarum illis consuli qui sunt in pos sione Et cum aduersarius iam corpus ecclesie et dyocesis in possessione

habeat/henricus vero nichil/quis dubitat meliorem futuram partis aduerse condicionem cum iura semper possessionibus faueant/Voluit insuper ille comparationem facere huius ecclesie ad patauen̄ propter quam albertus multas expensas subluit ꝛ tandem succubuit Sed non aduertit vir meo iudicio non imprudens ꝛ suo valde sapiens ibi albertum ei fauisse qui nullum ius habuit/et se pape opposuisse/Nunc rex habentem ius tuetur et papam secum habet concurrentem Post hoc intelligo quosdam esse qui tractare concordiam vellent vt cederet henricus parti aduerse cum aliquibus emolimentis et spe alterius ecclesie/quod tam decet te facere q̄ famam ꝛ nomen perdere Nam cum grato animo erga te fuerit eugenius ac domum tuam hac prouisione decorauerit et preter omnem consuetudinem bullas absq; obligatione miserit/quid tandem dicere poterit si eius gracia relicta cum eius hoste ducissimo reconsilieris Plus hinc ignominie redundaret q̄ ex prouisione receptum sit honoris Hec non attingo profundius quia melius me nosti/et cum hic eris lacius hec agitabimus Post hec mittit tibi henricus procuratorium ad resignandum prebendam suam ratispo nen̄ Itaq; rogat vt quando illac redeundo transis/capitulum accedas/rogesq; vt alium germanum tuum eligat in canonicum et liberans henricum absolutione statutorum quiescere velit vt solum francisci nomine detur pecunia/quod existimat per te non egre impetrari posse/qui apud eos dilectioni es et reuerentie/De via vero per quam tibi rex conueniendus sit non possumus aliquid certi scribere/sed nobis expedientius videtur wiennam vt proficiscaris Ad regem de nouitatibus scripsi in alijs litteris omnia Post illa venerunt ex finibus hungarie regis polonie ꝛ domini cardinalis epistole/magnas et felices nouitates referentes/sed aliud rex aliud cardinalis scribit/plus ille hic castius Exemplum earum tibi cum hijs mitto De ytalia nichil est plus noui nisi quod refert ostien̄ conuentum habendum esse inter omnes principes et comitates ytalie papa ꝛ aragonum rege interfuturis/sed non dum est de loco conuentum/Id si fiat non parui momenti erit Nos illis de rebus nichil olfacimus Vale feliciter et reuertere absq; mora/viarum discrimina vt nosti astute cauendo Suadet nappergt vt omnino venias cito si tuum honorem et exaltationem optas Henricus hodie wiennam versus pergens a nobis est abiturus Ex sancto vito die quinta Januarij Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimotertio.

De remendis politicis et aliquid de petro noxetano.

Iohannes campisius enee siluio imperiali secretario S p d Litteras dedisti pridie ydus octobris ex wienna ad me pferendas/ ego illas rome ydibus nouembris iohanne nostro tolner restituente accepi Habeo gracias humanitati tue de tua erga me beniuolentia qui vti saluti mee timuisti istinc patriam et meos repetentis/ita et sospitati mee gratulatus es cum primum ex meis ad te litteris accepisti Denas me sospitem scias aduenisse/res meas fuisse itineri commissas quod non nisi tua diligentia et mathei nostri opera peractum esse timo ymo certum michi persuadeo/me cogit vt ingentes tibi et illi gracias et quantas ex animo possum agam Et si ex venecijs nondum de illis quicquam senserim scripsisti me parce res tuas apud insubres attigisse In quo nonnichil accusari a te videor Scripsi causas cur me diolanum non accesserim/quippe qui sciuigum fortum apud romanam curiam cum englimo abesse / et item cum nanariam non ierim ratio apud me fuit et concilium non condemnandum / Si michi credis me excusatum habebis/si minus doleo te ex mea quam michi asscribis negligentia molestiam vllam accepisse/Tue tamen humanitatis fuerit et nostre inter nos veteris beniuolentie et familiaritatis veniam michi concedere/etiam si minus vti vis in re tua ocio sus fui desiderium tuum et politica aristotilis conuersa quam primum in tanta locorum distantia licuerit assequaris curabo / ipsa alia aut alia via vt iubes explere Nec me pecunie timor afficiet / Vtinam non me magis mea que tibi vtinam soli nota esset non me magis inque sollicitaret aut afficeret egestas A qua tamen si me summi pontificis dicta et heri mei amor et gracia non fallunt magna ex parte leuari puto Et fortassis ipse de hoc aliquid ex me sentias prius quam hec littere hic ad me ascendant Sed ad rem nostram venio credidi bene et quod amici et mei officij esset facere si te prius de precio libri admonerem/vt et ipse diligentiam meam in perquirendo libro agnosceres et ego constantis animi tui libelitatem cernerem/ Si quidem istiusmodi librum qui meus fuisset habuissem iam dudum dono ad te mittere curassem Proinde ne credideris voluisse me aut velle in eo quod michi tecum sit negocio indemnitati mee consulere. Sed quod ais si minori precio quam scripserim haberi nequit libet id auri conferre/minus te quam voluissem liberalem ostendis Nam verbis illis admoneor librum illum quanti minoris emam/quod argumentum est animi

paulo plus ad nummos ꝙ oportrat affecti Ego vero vt scias ꝙ libere in te tua pro vsu nostre familiaritatis agere possum curabo pro viribus et ingenio meo vt librum ꝙ optimum habeas Ita tamen vt me non imprudentem emptorem iudicare possis/ tolner noster ita michi notus est vt nota magis nulli domus sit sua/et iam cum eo ea de te locutus sum/ libro reperto et empto concilium capiemus ⁊ quod melius visum fuerit vt desiderio tuo satisfiat sequemur/De petro noxetano nostro nisi me fallat memoria scripsi ad te aliquid posterioribus quas nundum acceperas/quasqȝ nunc per mathiam campsorem accepisse debuisti qui ad reuerendum dominum meum legatum iam diu reuersus est/ꝙ si nichil scripsi simile certe vt scribis monstri est nisi forte debilitas oculorum meorum id effecerit Noxetanus noster optime valet/in dies ditior et tamen vir melior ⁊ magis amicicie cultor euadens/Heri mortem quam certe humane et grauiter tulit fert sapienter Solus viuit vt idem corpore et animo liber Edes conductas non superbas sed liberales habet/pueros quoqȝ et equos quibus cum rome vti necesse est Quid autem officij gerat me rogas/ymo quid officiorum rogare oportuit/Et scriptor apostolicus est et abbreuiator/est lector contradictarum/causas nonnunꝙ sollicitat Unde lucra ex hijs omnibus capit Est preterea in amicos liberalis ⁊ ociosus ⁊ adeo officiosus vt inde me conscio plura iam damna et incommoda receperit que tamen idem nichilipendit/In te vero me teste eo perseuerat animo quo semper fuit fortunis tuisqȝ honoribus tam letus ꝙ dici a me non potest Sepe de te est inter nos amicus sermo/sepe te presentem ⁊ conciliorum nostrorum perticipem fieri optamus Sepe dum a laboribus laxare iuuat animos ꝙtum inter nostras occupationes licet/fiant nobis ob tuam absentiam quem continuo recolimus iocunda solacia Qꝫ ad te nichil scripserit tuis epistolis vt scribis prouocatus miror admodum ⁊ apud illum maximam de hoc ipso querelam proponam/et si forte in nostra taciturnitatis lege confidit Deinde aduerti que grauitas de generoso animo/ scripsisti qualis fuit alexandri tui exitus// Item que de hanibale quoqȝ breuiter scite tamen a te dicta sunt Vale feliciter et tibi felicem ac cornicis vitam qualem theofrastus moriens et naturam accusans optauit que hominibus tam breuem dedisset tribuat omnipotens deus/ Post hec noxetanꝰ noster cum apud fratrem petrum querelam quam dixi ex me ppp ositam audisset / multa hilaritate fusus et risui vix finem faciens ac verba tua iterum atqȝ iterum relegens(ostendi enim illi tuas ad me litteras)excusatum apud me fecit/

scripturumq3 omnino ad te pollicitus est/confessus palam binas dum taxat ex te lr̃as accepisse/Vegius tuis prosperis rebus exultans saluũ te ex animo iubet Idem facit et iacobus caluus venerabilis vir centesi ciuis et canonicus seneñ homo quo natura neq3 meliorem genuit neq3 suauiorem in cuius pectus animam credo profilijsse meam/et ita vt aristophones poeta ait ex duobus corporibus vnam factam esse inter nos animam Is ingꝫ salutes tot tibi mittit (placet em̃ michi sic apud te loqui) quot sunt auis in corpore plume Hec ad scripsi modo rebus sic exigentibus/et vt tibi parerem qui iussisti ne legem taciturnitatis nostre seruarem/⁊ q̃ꝫtum licuerit scribam ad te crebrius eo tamen pacto vt lex ipsa taciturnitatis firma maneat que est vt liceat nobis ad inuicem non scribere/Vale iterum et me sine fine quod etiam atq3 etiam rogo atq3 obsecro commendatum fac magnifico gasperi/in eiusq3 amore ⁊ gracia perpetua conserua Rome ydibus nouembris Anno domini·1443·

¶ Cur senes ad rem attenti sint et aliquid de nouitatibꝰ turchorum·

Eneas siluiꝰ S p d Summo philosopho iohãni campisio Aliorum lr̃as que ad me scribuntur semel dumtaxat lego/idq3 cursim/ tuas cum reperio nunq̃ꝫ satis legisse videor Redeo iterum atq3 iterum/nunc istam nunc illam perticulam attingo/egre illas ex meis abire manibus sino Facit hec ornatus scribendi et raritas/tum qꝫ cum illis tamq̃ꝫ cum teipso loquor/quo nemo michi suauior est Nunc cum guido tabellarius tuas michi litteras redderet q̃ꝫtum voluptatis acceperim nõ possum coniunctim exprimere/sed partes epistole tue singulas referentem me magis intelliges/et q̃ꝫtum attuleris gaudij intuebe ris melius Pretereo res insubres/nec enim michi suasum est te quicq̃ꝫ absq3 consilio facere tametsi iocans magis q̃ꝫ arguens de parcitate fecerim verbum Quod de politicis scribis admodum placet Nec te mirari oportet si tibi librum empturo prospicere volui Non em̃ diffidere est amicicie sed ꝯsulere quando viam ostendimus seruandi argentum Qꝫ vero minimis me pauloplus affectum dicis q̃ꝫ oporteat facis amice q̃ me admones ne quid auaricie in me sit Te quoq3 in hoc pl̃m prebes cuius est q̃ꝫq3 vicijs purgare Sed scis om̃s nos cũ senesci muꝰ vt terencij sentẽtia est ad rẽ fieri attẽtiores/quanto ab re sit q̃ minꝰ restat itineris eo plus sicud cycero querit viatici parare Credo id accidere quia multas perpessi calamitates in iuuentute illarum meminimꝰ/

timemusq; ne reuertamur in eas/Animus iuuenis sanguine feruens ebullit furit insanit/nil pensi habet non pecuniam pendit quoniam se facile lucraturum sperat Nunc bella metitur/nunc mercaturam cogitat/nunc regales curias meditatur/credit amari/credit sibi ab omnibus subueniri si opus fuerit/Vetulus spiritus sit q̄ rare sunt amicicie/q̄ fallaces amores/q̄ lucra difficilia Scit temporalia bona sine quibus negat aristotiles plenam felicitatem in manu esse fortune/que si amiserit illa in vita recuperare non potest Ego mi iohannes satis multa probaui pecunias quasi fimum contempsi/Nunc cum illas vellem nusq̄ apparent Video verum esse quod iuuenalis inquit Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat res angusta domi Si michi puero vt virgilio et tollerabile fuisset hospicium/potuissem et ego cantare sub antro pierio quod non potest sana paupertas facere Michi curandum est vt viuam vtq; auro non caream quo nocte dieq; corpus eget Da igitur veniam si emptor q̄ minimum cupio/nam et qui vendit q̄ maximo optat vendere/Age tamen vt vis fiat/nullibi tibi ero aduersus/tam et si disputare interdum placeat/Tuum est curare vt aristotiles veniat quouis precio emptus Nec doleat hic philosophus vendi/Nam et platonem venundatum legim⁹/q̄ q̄ venditio hec quam peto etiam cycero mi et virgilio sit accepta Nam qui scribunt nil aliud volunt nisi vt post obitum sepissime vendant Tu tamen alijs litteris inuenisse te aiebas venalem phm/nunc te inuenturum dicis Sed ille forsitan senis mānsit/ideo alium queris Qr michi scribis bona te verba ex summo pontifice audisse quibus spem concipis fortune melioris magna leticia intellexi scio enim honore atq; bono quouis te dignum Tu tamen scis diuicias plerumq; indignos comitari/easq; vt philosophi volunt qui minus sunt digni possident Ideo tibi minus spero/sed potest summus pontifex fatum vincere et presertim si vt scribis adiutor sit reuerendissimus dominus tuus meusq; Dico meum quia michi apud illum noticia est et putaui me aliquando ab eo diligi Itemq; nunc puto nisi vel suus mutatus est animus/vel que interciderunt negocia me sibi alienarint Credo te meum sermonem capere Ego tamen illi afficior virtutemq; suam miror et colo/Nec ex eo aliud peto nisi vti bonum tuum querat qui vno verbo statum tuum potest mutare Ipse philosoph⁹ nisi phm amat desinit esse quod est/nec ego tanti eum faciam/Oportet nonnunq̄ fortunam vincere/eiq; resistere pro viris claris De noxetano satis fecisti desiderio meo Non solum enim quid officiorum gereret michi exposuisti sed ipsum quoq; ad me scribere compulisti Ago tibi propterea gracias/

Video tamen non concordare que scribis hijs que ab eo accepi Is se ino pem scribit tu eum diuitē dicis Sed credo te ad veritatem loqui ipsum ad opinionē Nemo diues est cuius cupiditati non est satis Tu qd suf ficere homini veris id diuicias dicis Is quia non habet auri montes pauperem se putat Ego plus tuis litteris de eo q̄ꝑ suis sum gauisus Nam si te non audiuissem prius moleste tulissem eius scripta Diligo namq ipsum et omnis acerbitatis sue sum perticeps Sed tu me le uas magis magnis angustijs quando bene illi esse dicis Non dicam plura in hoc quia si scribo puto eum apud te risurum quando expuen tes miseriam deambulatum itis meiq memores estis/siue coliseum pe titis/siue pontem emuleum vel cum termas visitatis dioclecianas aut illa sanctorum templa/Jacobum caluum resaluto et bene illi esse cupio/nam mei aliquando amicus fuit/et nunc est nisi amicicia potest frangi Multa michi de conte nostro senensis venerabili cubiculario apostolico scripsisti que omnia iam dudum michi wienne retuleras Et ego vera esse sciebam qui virum illum nobilem conterraneum me um a teneris annis noui Puto tamen te illa p̄sente ipso scripsisse qui tam efficax fuisti Sed quid dixi puto Certa res est Nam tuip se in duobus corporibus vnam esse animam dixisti Quod igitur scri bis nedum illo p̄sente scribis sed ipse scribit Non ergo dicam sibi vt aliud significet Nam quod de te dico de ipso dico/si tu me habes et ipse habet/testis est aristophones tuus/Vegium michi salutes di cere voluptati est/nam et illius memor sum Sed optassem que fortu na sit eius siaud de petro scire/timeo namq sibi Nam omnes poete ia cent/surgunt q iuriste Justicia summa putatur scientia iuris/Poeta vero exurit intactam paridi ni vendat aganen Arbitror tamen quia potius est virum illum deum respicere et aliquid iam tribuisse quo sit sibi tuta senectus a tegete et baculo/Nichil modo plus esset scri bendum nisi quod te scire volo cardinalem sancti angeli cum rege polonie atq despoto iam intrasse bulgariam quo in loco bassa tur chorum cum xx milibus equitum obuiam venit/premissisq leuis ar mature militibus xpistianorum exercitum infestabat Tum iohannes transiluanorum dux qui hungarica lingua dicitur vaynoda receptis de cem milibus equitum et peditum moranam flumen traiecit/relictisq impedimentis bassam petebat prelium inituris/Timuit bassa re trocessitq Johannes vero vrbem nysam profectus est/eamq militi bus cinxit/nec magno negocio expugnauit Exinde relatum est bas sam cum exercitu reuersum bellum petiuisse/quo accepto obuiam

iohannes percepit Dumqꝫ in propinquo fuit structis aciebꝫ certamen iniijt Mira res ex turchis duo milia cesa dicuntur/capta quatuor milia Ex xpristianis solum decem cecidere Quibus pro xpristi nomine certātibus bene putandum est obuenisse/signa militaria nouem intercepta sunt/multa preda asportata ⁊ spolia ditissima Reliqui quos fuga morte eripuerat incolarum insultu perijsse dicuntur Hec acta sunt ad diem tertiam nouembris sicud regi nostro per ipsum cardinalem et regis litteris scriptum est Aiunt hoc magnum esse inicium et spem summam qua turchi ex europa pellantur/quod faxit deus tum propter xpiane religionis augmentum/tum propter nomen ⁊ gloriam cardinalis ipsius q̄ dignum honore quouis dico cum fidem catholicam defensurus tantis discriminibus se obiecit Vale et amicorum quicquid habeo salutem dicito Ex sancto vito in carinthia decimaquinta Januarij Anno dn̄i·lxxx·

De monte veneris·

Eneas siluius S p d Georgio lollio iurisconsulto fratri suo Venit ad me heri lator presentium ex me quesitum an veneris montem apud ytaliam scirem Nam ibi magicas artes tradi dicebat auus auidus et herus suus qui saxo est ⁊ summus astronomus Dixi me scire portum veneris q̄ alij venerij dicunt qui est prope lunam inter ligusticos montes/quo in loco tres noctes egi dum basileam peterem/Jnueni etiam apud syculos montem fore qui herix appellatur veneri sacer / sed in hijs nichil inueni magicum tradi Jnter conferendum autem venit in mentem locum esse in vmbria que prouincia ducatus dicitur / non longe ab vrbe nocsya vbi preruptus mons ingentem speluncam facit per quam aque fluunt / Jllic memini audisse me striges esse et demones ac nocturnas vmbras Vbi q̄ audaces animi sunt spiritus neq̄ audiunt alloquunturqꝫ ⁊ artes ediscunt magicas Hec nō vidi nec vidisse curaui/Nam quod peccato discitur melius est ignorasse Sed saninus iuris ciuilis peritus qui apud camilliam inter publica diuersoria domum habuit/hec michi vera esse asseuerauit/lacum nominauit/et locum descripsit/sed ita ex memoria fugierunt que labior est anguillis Jdeo te rogo si saninus viuit hunc virum ad se ducas sibiqꝫ eum commendes/nam et ipse michi ⁊ tu in hoc rem gratissimam facietis/Js enim q̄ nuncium hunc mittit medicus est ducis saxonie homo tum diues tum potens Post hec opus esꝫ me nōnichil scribere patri ceterisqꝫ ↄsanguineis/sed tempus non patit̄ et occupationes impediunt/

Tu tamen mea eris epistola diceſqȝ omnibꝰ michi bene esse et sospitē ducere vitā Rogabis etiam patrē meū vt filiolū florencie natū de q̄ m̄ scͥpsit tollat alatqȝ Nam mlta occurrūt ex quo iohānis nostri filiū verū puto Sic patri scͥpsi/nescio litteras an meas susceperit Ideo hoc tibi scͥpsisse volui vt meū animū senciat ille p te Nouitates quas michi scͥp sisti intellexi Ad summum ꝙ dicis papam fuisse senis dum scriptum est cesari in rebꝰ eccle/scio q̄d significet Sed id nō satisfacit/q̄a nichil gerendū est qd postea sit excusandum Me puto plane habes Genitrici tue et patri scis quid velim meo nomine dici/tibi arbitrium do idqȝ de omnibus Maternus amor et sororia dilectio quid petat vt ego nosti Finge te esse me/et quod tunc velles id facito Vale optime ex sancto vito in carinthia die xv Januarij Anno·1443·

Agit gracias de eo ꝙ negocium suum commendatum habetur·

Eneas siluiꝰ nycolao arzimboldio doctori prestāti ac ducali con ciliario S p d Suscepi non multi sunt dies lrās tuas quibus michi spem facis velle te curā suscipere vt preposituta mea mihi restituatē/qua confictus morte spoliatus sum/Id michi carissimū fuit nec aliter de tua erga me caritate putabam/memor noticie nostre flo rencie et alterius consuetudinis quam habui mediolani tecum Proin de cū sis magnifico cancellario fratris loco ⁊ ego illi non nichil acceptꝰ sum credidi hoc quoqȝ michi ꝓdesse Accedit illustrissimi p̄ncipis ducis honor/cui non potest ad laudē cedere me seruulum suū qui sibi non vul gariter in multis rebꝰ officiosus fui tam impie spoliatū teneri/⁊ nūc p̄ sertim qn̄ tanto p̄ncipi seruio ꝙtus ē impator/apud ꝙ possum nōnunꝙ eidem duci vtilis esse Si passeris est aliquod officium apud aquilam hoc credidi ⁊ te animaduertere/nec deceptꝰ sū ꝙtum video et ꝙtum m̄ scribis aut velle curare rem meam dicis Ego magnā spem habeo in te vt quod facto opus est pro tua summa prouidentia prosequaris/Vtqȝ omnino studeas ꝑpositurā meam ad me redire Quod nisi opera tua fiat/ nullius alteriꝰ auxilium spero Scribit maiestas regia in fauorē meū Exemplar scriptorꝫ hijs inclusum mitto Cum hoc poteris audaciꝰ meū negociū aggredi Scriberet tibi mei causa ip̄e cācellariꝰ si adessꝫ/ꝫ iam mensibꝰ tribꝰ abest/missus ad ꝯuentū norenbergen̄ meqȝ hic suo loco dimisit Is autē infra mensem reuerterē/nam conuentio illa prorogata est ad diem ascēsionis et rursus ꝯuocati sūt p̄ncipes/ꝓmittitqȝ rex omi remota exceptione in eam diem personalem accessam Noua autem

que libenter cupis audire non habeo multa Hoc solum est noui Cardinalis sancti angeli q̄ apud hūgaros militat lrās p hos dies maiestati regie misit quaꝝ tibi copiā facio vt eas illustrissiō principi comunices meq; sibi ꝯmendes Si qd vlteri⁹ emerserit nō negligā tibi significare et maxime vbi sciuerim vel ipsi pncipi vel tibi me placituꝝ Ex sancto vito xx Januarij·1443·

Quomodo sit vxor ducenda et quomodo principibus seruiendum·

Eneas siluius viro pstanti fratriq; colēdo petro noxetano S p d

Magnas habeo grās campisio nostro q̄ te michi scribere ꝯpulit sed maiores tu illi habere debes q̄ eius opera ad te reuersus es Namq; cū soleres omnium esse humanissim⁹ diu extra te fueras nihil michi scribens/qua re nescio q̄ potuerit immanior esse Sꝫ viuat felix campisius q̄ te humanitati reddens/me vita donauit Eram enim iam exanguis morti q; proximus nichil tuarum suscipiens litterarum/sed iam rediuiuus sum factus scriptis tuis tam et si nulla scribis raucida Nam quicquid tibi molestum est id michi quoq; acerbum esse debet/ Sed credo plus alijs q̄ tibi de te ſfacis vt virum prudentem decet qui de se parce loquitur et omnia sua imminuit non vt miles traso auget Tu te pauperem dicis/campisi⁹ diuitem asserit nec castellanus negat In hoc duplex ratio esse potest Aut em̄ nimis appetis/aut iactanciam vitas/ne te diuitē scribens venari gloriam videaris Ego siue paup es siue diues tantūdem te facio Non em̄ vnq̄ fortunas tuas sed te amaui et illam quam in te scitam virtutem cognoui Si diues es petrus es et virtus tua est eadem/Nec ista immutata sunt si paup es/q̄a nulla ex virtute spolia casus ducit Oz vero patrem tibi esse atq; sobolem dicis Credo vt sunt/et pietatꝭ est hijs subuenire Qui hoc nō facit is iam nec pius est nec bon⁹ sed immanis belua Quid em̄ immani⁹ dici potest q̄ illi opem negare a q̄ susceperit vitā O mi petre nimis est arctū patri quo sum⁹ obnoxij vinculum/q̄uis aliquoꝝ vesania eo pcedat vt non solū negare parētib⁹ victum audeāt s; etiā eos vinciāt cedāt atq; trucidēt Sed hec ptereo/Illud autē risum michi excussit qd de philocio scripsisti Siue hanc volumus antiphilam dicere Visus sum therencio loqui dum tuas perlegi lrās/nunc michi panphilus nūc eschin⁹ nunc climia videbaris Sed accedit tibi credo nō sinistre quando bene moratam virginem sortitus es que tuis ꝯuenit morib⁹/que non ad suam sed ad tuā sit victura ꝯsuetudinem Nec tu michi de paupertate dixeris/Vxorem

namqz ducturus non aurum sed feminam sibi maritat Vxorem castam formosam et fecundam Volo hec si assint/michil plus exigas Sunt mi chi certe mi petre multa cum diuicijs vicia Alie temulente sunt alie superbe/contumaces adultere maliloque/nunq̄ viris pacem dant/alie deformes egrote steriles Hec tua non habet mala Quid minimum que ris vbi sunt maxima Tute illam probas et solam accusas inopiam Paupertatis sit laus q̄ tibi satis est/qq̄z officijs lucrosis prees Marchio saluciarum et nobilium ꝛ potentum fastidia fugeret/porcariam puellā quam in nemoribus venationi dans operā repperit matrimonio sibi cō iunxit Cuius vita omnes illustres feminas inferiores esse monstrauit Quid tu dicas aut ages quando principes non verentur paupertatis domꝰ amplecti connubia Ego tibi mi petre si sic est vt dicis/si tibi morigera est puella et tuo gustui conueniens non suadeo vt nupcias protrahas Tibi melius q̄ alijs euenit qui periculum fecisti anteq̄ nuberes Alij se pe decepti sunt Vxores ducunt anteq̄ ꝓbent Et esto viderint et faciem laudent/multi sunt occulti defectus qui post p̄mos hymeneos in lucem venientes perpetuis cruciatibus viros affligunt Ego de peregallo nos tro faciam coniecturam qui plures se vidisse amasseqz feminas ait/qua rum exinde potitus tedium magnum suscepit/nec si maritandꝰ sit vxo ri se iungendum affirmat cuius consuetudinem nesciat Loquor tecum aperte scioqz animi tui partem qui michi dixisti eam velle coniugem ducere que se tibi debere plurima fateretur Ecce iam habes tota quod mente petisti vide vt tibi sis conformis Ego si quando dulces reuisam lares et amenam ytaliam repetam (quod in dubio est) michil me fecis se putabo nisi ꝛ te conueniam et vxorem ꝛ liberos honorificus aduentꝰ Non enim is sum qui pompam ducere possum Non accidet michi tan tum hera fortuna vt cum fastu ꝛ gloria sperem me patriam posse reuer tere/satis michi fuerit si mendicus redeam/Dat erit si mea pecunia vi aticum coemero/quod magis sperem michil est/in hoc habeo supis gra cias Suasisti exinde vt parti tue faueam si non alia ex causa saltem propter te Hec est adiuratio quedam que nō suadet tantum/sed etiam cogit Tu tamen nosti me principi seruire qui nullarum est partium/ quiqz medium tenens vnioni studet/nec fas est seruos aliud velle q̄ do mini cupiant Michi sanctum videtur regis propositum cui et faueat de us supplex oro Nec si mens regia locum habueit sors tua deterior erit sed q̄admodum puto longe melior/quia tunc diues est curia et officia les opulenti quando est vnio Quam si deus daret posses ꝛ me ad te vo catum facere Sed nescio quando hoc erit Interim me regi insinuabo

regi parebo regem sequatur/quod is volet et ego volam/nulla in re aduersus ero nec attingam aliquid quod statum respiciat quia periculosum est de aliena re publicam curam gerere Ego peregrinus sum Consultū michi esset gnatonis officium suscipere Ayunt ayo/negant nego Sed hoc alienum est a me Ipsi si fuerint sapientes laudem ferent/si stulti eorum quoque dedecus erit Nulli inuideo gloriam/et nullius dolere infamia volo Quod mandatum fuerit scribam/non addam non minuam Nec videri volo prudens/neque stultus/tacebo/et parebo libens Si secus agerem non esset michi ex vsu/nec te velle scio aliquid me agere quod posset obesse statui meo/ne qui est paruus fiat nullus Non dicam plura nisi quod te rogo de magistro thoma summo theologo et conterraneo tuo aliquid scribas/et quid de nupcijs sequatur Vale ex sancto vito die xvi Januarij Anno·1443·

De rebus tridentinis·

Eneas siluius Francisco bassio doctori eximio S p d Accepi te mediolanum petisse quoniam tridenti non erat tutum esse Probo consilium tuum licet michi damno sit Mauis fuisset incommodum meum si quid illic tibi detrimenti contigisset Fugiendi tumores sunt et maxime ciuitatis illius que tot habet voluntates quot homines Nichil illic iam erat quod per te geri possit quia non exaudiuntur leges inter arma/nec vox aduocati inter turbarum concentus resonat Jam illi classicum intonuit venerunt athesini ad tria hominum milia et agros vastare tridentinos ceperunt Non tamen absque cruore iniuriati sunt Ceciderunt ex athesinis complures captique et vulnerati non pauciores Rex auxilio tridentinis est/spesque habetur nepharios emulorum conatus non transituros absque pena/quia nulla temeritas tuta est et nulla iniuria stabilis Sed de hijs satis Ego vellem litteris tuis instrui quomodo res meas dimiseris tum de plebe tum de p̄bенda et quomodo huius anni redditus sunt expositi/vt sciam vxor an debitū habuerit/vellem quomodo certiorari/quid p̄ me vlterius sit gerendū dū abes Exinde scribit rex illustrissimo principi duci mediolani in fauorē meū/petitque preposituram michi restitui Oro velis promotor rei esse Scribo nycolao arimzimboldo q̄ adiuturū se prosponđit Hunc adire velis et ad meā causam hortari Dic gumfortū secretariū cui alias scripsi/vt vel vna vel alia via finis detur Ego totū tibi committo Quicquid feceris ratū apud me erit Laurentius rocella multa promisit sed nunquam rescripsit Credo eum plus verborum habere quam factorum Tua est alia consuetudo/plus facis

et minus dicis Ideo michi satis est significasse quid velim Persuadere non est opus psuaso Reuerendū patrem epm nouarieñ q̄ spero mihi auxilio futurū ipsi vt me comendes in spe habeo Vale optime Ex scō vi to in carinthia die xvi Januarij Anno·1443·

Dubitat an vxorem ducat cum sit inops·

Petrus noxetan⁹ scriptor apl̄icus Enee siluio poete et amātissi mo fratri S p d Cognoui ex lr̄is quas estate decursa p nycolaū castellanū ad me dedisti/et itē ex hijs quas noster cāpisi⁹ ex te nup recepit admiratum te fore q̄ tecum diu tacuerim Idq3 ppterea factum putare videris quia vir magnus ⁊ diues euaserim Sic em̄ scribis Ego vero irriderei scriptis huiusmodi me verer/nisi tu⁹ erga me singularis amor michi foret exploratissimus Nam pro tua in me beniuolentia et caritate maxima quicquid ad me scribis in bonam recipio partem Si tamen vt tibi persuasum est vir magn⁹ et diues essem non solum lr̄is sed donis quoq3 te semper visitarem nec q̄q̄ spernerem/ et te p̄sertim q̄ plurimi facio atq3 vt meipsum colo amo ⁊ obseruo Sz q̄a condicio mea tam tenuis est vt nec amicis nec michi prodesse valeam/taceo nec amicorum aures obtundere audeo nil preter verba offerre valens/Dum vixit cardinalis sancte crucis cuius memoria nunq̄ ex me delebitur/spes erat michi non mediocris que tota cum illo cecidit/ Scriptoriam sicud nosti et item officium ↄtradictaꝝ pecunijs emi/quarum pars amicorum fuit mutuo michi ↄcessa ⁊ eam cū iam restituissem et sperarē aliq̄d ex hijs officijs cumulare ecce infelix ⁊ inopinatus cardinalis obitus quo humi prostratus sum Oportet namq3 ꝓprijs sumptibus me viuere ⁊ ex sudore manuum mearum Et p deum immortalā/ enea mi suauissime hodierna lucra vix alimoniam prebent/ Nosti fluctuationes curie Si pacata foret ecclesia et integram dominus noster haberet obedientiam viuere ex hijs officijs possem Scribens tamen ab ortu ad solis occasum tamq̄ copijsta/ Incumbunt preterea multa onera que non omnes norunt Pater adhuc viuit grandeuus ⁊ pauper qui a me nullo pacto est deserendus Est et filia que michi florencie nata est ex puella quam nunq̄ cognoscere potui cū esset virgo ⁊ optimorum morum nisi promissione data matrimonij Et licet nec testis adesset nec animus occurreret/vrget me tamen conscientia/⁊ p̄sertim cum iterum grauida sit et prope partum inhumanum puto eam deserere Est enim bene nata honeste nutrita et omnes bonas partes haberet si adessent opes/sed pauper est Existima nunc humanissime frater q̄bus implicer

curis Equidem vix valeo respirare/Que omnia ad te scribere dimiserã ne te dolore afficerem Utrumqꝫ est non despero tamen nec desperabo vnq̃/quia iuuat deus in se ꝯfidentes Ego te oro saltē mei causa q̃ ⁊ aio et corpore sũ tuus ⁊ ero dum viuã/parti vt nostre faueas q̃ntum potes Poteris autē si voles plurimũ/nec te penitebit in posterũ Quo animo erga te sũ campisi⁹ noster tibi scribit Ego tui tunc obliuisci potero dũ moriar si sensus cũ morte pereũt Venis vidi nobilē ⁊ clarissi^m patrē tu um optimũ ⁊ tibi humanitate ⁊ ceteris nature atqꝫ animi dotibꝯ sileꝫ/ multaqꝫ tũ ipse tũ ceteri necessarij quibꝯ habũdas obtulerũt q̃a me ti bi amicũ sciebãt/fuissemqꝫ hijs vsus si necessitas incubuissꝫ Tu si vnq̃ has ptes repetas qđ dij faciãt etiam si vir maxim⁹ sis casulã meã intra re dignaberis et qđ fuerit appositũ ꝯmedes siue vxorē ducã siue ipsa ca ream Interea si q̃d ad me scribis in mẽsa medicoꝝ expони lrãs iube Et vale optime ex roma die xviij nouembris Anno·1443·

Leges variabiles esse dicit·

ENeas silui⁹ S p d Johãni cãpisio philosopho Meas lrãs iam te arbitror inuenisse quas p venecias mẽsis est ad te misi In il lis te rogatũ feci politicũ aristotilē vt michi coemeres sicud wi enne interlocuti fueram⁹ Credo id tibi mẽti esse ideo breuior sũ tantũ ex pecto cupide vt volumē veniat Vidi bullas eccľe frisingeñ cancellario missas q̃ illo absente michi reddite sũt Ea res multũ ꝑderit parti vestre Nam libertas inter ceteras ꝟtutes maxime hoies allicit Non erit im memor cãcellari⁹ hui⁹ rei ita dicito cardinali tarẽtino/cui etiã me ꝯmissuꝫ facito Habebit põtifex maxim⁹ ⁊ ip̃e cardinalis in reditu cãcellarij lrãs regraciatorias q̃q̃ magis sunt facta q̃ verba spectanda/sed nec facta deerunt Obligatus est cancellarius manibus pedibusqꝫ cognoscere hoc beneficium Et nisi fallor id faciet Ita velis tu suadere ⁊ cardinalibꝯ et pape Exinde meis verbis poetã vegiũ saluum dicito ⁊ petrũ noxetanũ cui do lrãs Et amicoꝝ quicq̃d me habere scis tum p̃sertim ꝯterraneum meũ conte Et caue ne ampli⁹ legere taciturnitatis obserues q̃a tempi leges seruiũt ⁊ iuxta oportunitatē mutant̃ Ego nolo legē meã maioris esse roboris q̃ sinodales sũt sanxiones q̃ in dies infringunt̃ Nulla ciui tas municipalia iura imppetuũ seruat/⁊ spartani ⁊ athenieñ ⁊ romani in dies ꝯtrarias ediderũt leges Qđ inter omnes variat̃ inter nos deꝫ immutabile vt sit Vale et q̃ntum tacendo p̃termissum est sermonis tan tũ scribendo restitue Ex labaco qđ est vindelicũ inter carnes oppidũ die xviij Februarij Anno·1443·

Relegat continentiam ad philosophos.

E Neas siluius p p d Petro noxetano scriptori aplice & fri amātissimo Satis ad te supioribus diebus scripsi tū de mea erga te volūtate tū de vxore quā etas ducturus Nunc addendū michil est nisi q̄ te rogo vt rescribas successum rerum et an adhuc vir si es Nam si sic est dabo tibi onus vt me quoq̧ virum aliquando facias/ si qd inueneris opinioni mee conueniens ego nō intendo vitā omnē extra ytaliam degere Et adhuc caui ne me sacer ordo inuolueret Neq̧ em̄ satis scio an continere ppetuo possim Continētia namq̧ et si magnope laudanda sit verbis tn̄ q̄ factis etate nostra pbabilior est/et phis magis q̄ poetis conueniens Quicquid sit rescribe petitionibus meis & me tui status scium facito/et confide me nō tantū mei q̄ tui boni cupidū esse/gaudere omni tua fortuna Postremo omnes vias si que inueniri possint vt aliquādo teuthonicus eneas fiat ytalicus Vale ex labaco carniole die xviij ffebruarij ·1443·

Pollicetur suam diligentiam in rebus cancellarie apud senatum venetum.

A Ndreas donatus eques venetus Enee siluio poete doctissimo p p d Nuperrime lrē tue m̄ obsignate fuere/quas libēter plegi & eo libencius q̄ clarius salutē magnifici gaspis cepi q̄ michi ppe domū clarissima est Vidi pterea ex ipsis lrīs qd de re pecuniaria quā cū hoc senatu agere habet ad me scribis/qd ue nuncij vestri huc pfecti sapienter attulerint luculencius pcepi Deus qdem michi testis est quē animū quā mentē quā diligentiā in omnibus comodis eius semp habuerī habeā et habiturus sim cetera ptermittēs modo satisfacere & inseruire possem sue magnificētie cui p eius sūma in me beniuolentia quam magni facio obnoxius sum/Nec me vllus labor grauaret aut ponderis q̄titas aut verborum prolacio que passim maxima est in re publica/ex quibus quandoq̧ aures aliene obtunduntur Omnia namq̧ in me concurrunt ad rem ipsam bene & optime conficiendam/q̄a nisi a me ita magnum fieri possit q̄ beniuolentie et dignitati sue gerere morē michi satis esset/ sed sicud scit eius magnificētia q̄ nouit mores huius rei publice cuius voluntati maiores et minores sucumbunt sum ciuis huius ciuitatis & q̄q̄ et auctoritatis & dignitatis locum aliq̄ teneam tum deest michi potestas aliquid faciendi sine auctoritate et mandato huius senatus qui regimini omnium presidet Indulgeat ergo magnificētia sua si ita sufficienter votis eius non satisfit/cognoscit em̄ rerum causas quibus

tes ipsa defertur/quod tamen differtur non aufertur/ Semp autem in ea te et ceteris me pmptissimū habebit qui omnē opam curā et studiū adhibere nunq̄ desistā Qd reliquū quidē est a nuncijs vestris sententiā et opinionē meā clari9 viue vocis oraculo senties q̄ eius magnificētie referre poteris/cui me obnoxiū ꝯmendatū facies Vale felix ex venecijs die xij Januarij Anno·lxxx·

De politicis aristotilis ꝛ de regio poeta ꝛ leonardi aretini morte·

Johannes campisius enee silvio poete doctissimo ac serenissimi dn̄i regis secretario S p d Eram animo nimis pturbato cū m̄ hodie mane ad scolas basilice pncipis aplor̄ noxetan9 noster litteras tuas restituerit presente conte nostro senen̄ vnico vite mee et angustiarum mearum solacio atq̃ refugio Illis lectis non potui hila ris per id tempis non fieri/tum q̄ ex alijs tuis ex sancto vito ad vicesi munsextū decembris ad me litteris dubius factus extiterā/ne mee et noxitani ad te littere minime peruenissent/tum q̄ pter scripta tua cū te michi attulerunt q̄ semper optime noui/nam ꝛ amiciciam tuam so lidam esse ostendisti et libertatem loquendi inter nos vt libet constitu tam esse probe atq̃ egregie declarasti Ex ipsa quoq̃ verborum tuorum copia ꝛ facilitate ꝛ rerum pondere quas nescio an dicam grauius an or nacius an potius modo vtroq̃ attigisti Exhibitus es michi rethor et poeta nobilissimus de hinc quidem grauis doctissimusq̃ philosophus Cum iterum atq̃ iterum epistolam tuam relegissem/quinymo vt vnū dico quod forte ridebis pphetam te certis in locis epistole tue de meip so affirmare possem quorum locorum ppheciam libenter aperirem Sed omnia tam litteris mandare quam coram explicare licebit Habeo enī que vt verbo tuo vtar michi expuenda essent que tamen apud noxeta num non expuere non potero quo cum officium et omnes horas dice re et licet ꝛ iuuat Nosti enim q̄ sit in celebrando officio et libens ꝛ re ligiosus Librum politicorum vt alias ad te scripsi senis inuenerām sed rome nondum inuenire venalem potui/et sic non illi inuenien do exactissima diligentia intendere quod michi credas velim Non est certe rome illa librorum venalium copia que florentie genti lium presertim et horum maxime quorum est noua aretini traduc tio Tu tamen certe habe me voti tui implendi gracia non quieturum nisi faxim vt librum hunc q̄primum licuerit habeas Et quia dif ficillimum experior inuenire venditorem / nec etiam facile est ha

tere qui illum mihi nisi ad breue commodet statui scriptorem inuenire qui librum ipsum veloci manu bona tamen littera transcribat Et transcriptum mediolanum mittam ad figherium vel anthonium vt iubes / aut per aliam viam illum ad te deferri curabo quemadmodum iohanni tolner melius videbitur Habeo gracias humanitati tue qui magna leticia intellexisti vt scribis concepisse me spem fortune melioris Uerum nimis poeta in postremo sermone fuisti/presertim cum dixisti te michi minus sperare De noxetano nostro sic est vt scripsi / non muto sententiam / quoniam non illis est fortunis aut honoribus quibus eum dignum censeo / Tu recte aptissime locum illum de ipso facetissimeque attigisti / Uerum vt verius de homine amicissimo nostro accipias / ego et si dixerim me non mutare volo tamen moderari sententiam Nam non est res sua tam ampla quantam forte ipse superioribus ad te litteris scripsi vel tu ex eisdem accepisti / et si vt affirmaui pueros et equos pascit / nam neque sunt hoc tempore in curia huiusmodi lucra sed habundantia vt aiunt cordis locutus sum Caluum nostrum tui nomine resalutaui vt iussisti Fuit illi resalutatio iocundissima et gracias habet ingentes et tuum se esse professus est Contes noster quod iocunde litteras tuas totas legerit/ et de te quam auide audiuerit quantoque in sermone de te fuerimus non est vt vltra tibi aperiam quando quidem iam tibi per me cognitum extat vnam esse illius et meam more aristophanis animam / Uegij nostri Fortuna si ad eum spectes aut admodum tenuis est aut nulla / si ad tempora nostra quibus vere vt scribis dicere possumus / exurit intactam pauidi ni vendat / aganeη Eam vel magnam dices vel minimam Nam preter id quod sacras summi pontificis edes et quadram colit datarius est / quod minus tamen haud est illi lucrosum volenti se quod constanter facit bonum virum conseruare Que res facit vt ex eo officio neque dicior neque diues fiat / emolimenti tamen aliquid habet quod abbreuiator est / et nouissime sancti petri in vrbe canonicus factus extitit Hec vt dixi ad hominem parua sunt Uerumtamen vt maiora sint quam que ipse post tot et tantos tamque varias tot annorum labores mereri potuerit quam michil certe preter defectus et rerum omnium quibus reliquam vitam tueri possim tenuitatem ne dicam indigentiam possideo Quo nemo certe est philosophior si modo philosophi est bonorum externorum omnino nichil habere Ex hijs et ex principio epistole vbi me fuisse animo nimis perturbato affirmaui scio negaueris me philosophum/et recte Nam et si sapientum amator sim / et michi placeat ipsa sapientia/et philosophorum studia me aliquando

delectarint ac delectarent si michi adessent facultates/tantum tñ abest
vt me phm censeri ab vllo abs te etiam velim vt nichil a me mag⁹ sit
alienum/ Neqꝫ illam stoycoꝝ aut peripateticoꝝ sapientiam attigisse
me vlla ex parte experior/vt vel nulla quod stoycorum est/vel modera
ta quod peripateticoꝝ animi perturbatio mentem attingat. Dum em̄
de numero mortalium/quorum vt quidam poeta apud cyceronem in
quit/Nemo est q̄ non attingat egestas morbusqꝫ De rebus legati et
exercitus pannonum in turchos iocundissime legi Tam et si illa vobis
iam diu vetera sunt que de euersione sophie ciuitatis in cineres noua
certa accepimus apud quos et fama est sed nondum carta captam esse
andrinopolim primam citra mare magni turchi sedem/captum quoqꝫ ⁊
eius filium/ac ipsos turchos adeo in fugam esse conuersos vt finem non
dum faciant fugiendi De quib⁹ rebus iam apud vos nunc fortassis idē
rumor vt ita dicam volitat Noxetanus ad te scribit Vale rome die sep
tima februarij Anno·lxxx· Hec iam diu scripta ⁊ ad te ferenda fue
rūt Verum comperi ex iohāne tolner nunciū iam reuertisse Vnde effectū
est/vt postea vsqꝫ in hanc diem tabellariū non habuerim cui has com
mittere potuerim Interea vero temporis cū librum politicoꝝ venalē nul
lo modo reperirē/tam et si multoꝝ ⁊ maxime librarioꝝ aures obtunderē
Vix inuenire licuit qui librum michi commodatum faceret nisi ad val
de paucos dies decreui vt librum ipsum politicorum potius habeas qua
lemcumqꝫ ipsum habere possum et id q̄ cito/q̄ nimium differendo expec
tationem tuam vehementem et onestissimam offendere/ Itaqꝫ a cardi
nali de columna exemplar habui et scriptorem satis eruditum inueni
qui celeriter vt fidem dedit hoc opus absoluet/absolutum curabo ad
iutorio tolner qui nuncios patrie nouit et mores vt q̄primum illud
habeas / Erit autem liber hic in papiro propterea q̄ scriptorem
nondum habere potui qui in pergameno ipsum scriberet / ea litte
ra et eo tempore quo conueniret ⁊ oporteret Nam vt dixi non possum
diu exemplar tenere Scriptum ergo mittam et deinde si malueris
alium pulchriorem habere q̄ munus meum exiguum tenere/faciam
vt iusseris Sed re uera nichil mentior dum tibi quas dixi in hac
re difficultates predico / Vt autem non ignores quibus in finibus
me mea teneant facta/fui hactenus nauigans inter spem et metum
fortune melioris Verum nunc quatriduo spes redire cepit et quidem
paulo maior q̄ adhuc apud me fuerit Nam cum pro me fortuna ro
garetur audiui ammonitas esse feras et talia sunt responsa vt credi
possit me posse certius q̄ antea sperare Sed vale/nam dum tecum

libenter loquor inepte ineptius ineptissime tibi homini aptissimo scribo Verum dabis familiaritati nostre et mee de te fidencie veniam Rome 27 marcij scriptor iam dimidium librum politicorum scripsit Cum absolutus fuerit tolner noster vir certe bonus curam habebit illum ad te per nuncium fidum transmittendi Vale Datum vt supra ¶ Clausis iam litteris meis et illis iam nostro tolner destinatis qui illas ad te deferri curaret/reddite fuerunt mihi littere tue date in labaco vindelico vt scribis oppido xviij februarij Quod de libris politicorum aristotilis scire optas ex litteris meis presentibus intelliges Ex hac cedula mortem leonardi accipies aretini et in eius officij locum suffectum esse pogium apud illam florentinorum democraciam Placuit michi et bene a te factum est quod de receptis bullis ecclesie frisingensis et de futuro optimo imperialis cancellarij animo cum id rediens rescierit aliquod grauiter certe scripsisti laudata etiam summi pontificis et sacri senatus liberalitate Fui itaque in ea apud dominum meum Is te vehementer de multis laudauit et cupere se dixit re ipsa ostendere quod sit plurimum virtuti tue affectus/et quod grato erat animo quod illum constanter amas Quare si quicquid ex eo cupis fac vt sciat inuenies te apud eum non paruum neque postremum locum tenere Et quoniam iubes cauebo summopere pro viribus ne legem nostre taciturnitatis obseruem presertim cum sciam te multum hanc abiecisse cur a me seruari non debeat Vale datum rome feria tertia post diem palmarum qua die litteras tuas accepi ex conte nostro Infinitas et gracias et salutes habe Apud regium nondum fui Ad noxetanum nostrum nunc pergo vt ab eo litteras ad te capiam si paratas habuerit/quas cum hijs meis ad te mittam Vale iterum Non potest non prodesse mihi cum ad me scripseris vt in litteris tuis aliquid adicias verborum quibus veluti calcaribus quibusdam herus meus ad michi benefaciendum vrgeri a te velle videatur/et si optimo sit erga me animo Vale vt supra.

¶ Dicit amicos constantes esse debere et laudat defunctus aretinus.

ENeas siluius Johanni campisio insigni philosopho et amico singulari S p d Vellem tibi per singulos dies aliquid scribere/nec michi vel stilus ẽguis vel preciosa videretur papirus Iam enim penitet me legem taciturnitatis promulgasse vt sit qua michil mundanum perpetuo placet Sed cogit me vti silencio raritas nunciorum Perpauci sunt qui ex hijs oris ad te veniant aut si veniunt ignoti sunt michi Vix quater in anno qui ad te proficiscantur inuenio Hac re factum est vt litteris tuis inuitus distulerim respondere

Nunc autem quia tabellarius certus romam petit habebis ex me res
ponsũ eneamq3 tuũ loqui tecũ accipies Scribis te meis lr̃is recreatũ
quas apud basilicã sancti petri noxetan⁊ noster tibi restituit Placet te
ↄsolationẽ recepisse ꝫ indiguisse ↄsolationis nõ placet/nollẽ em̃ aliq̃d
tibi accidere qd molestũ foret egeretq3 medico Qꝫ amiciciã meã ↄmen
des solidamq3 dicis non audio inuitus Nam et si me nolim laudari
quia non sum laude dignus/hoc certe sine rubore dicere possum me post
q̃ꝫ amare accepi pertinaciter continuare Non sum in capiendis amici
cijs facilis/nec quemcumq3 dignor amicũ Superbus sum fastidiosiq3
stomachi Nisi melior me sit nemo me habet amicũ Sꝫ vt tarde ad ami
ciciã venio sic recedo sero Tenax sũ amicoꝝ Neminẽ adhuc amaui quẽ
nunc habeã odio Sentio igit̃ tecũ dum me stabilem dicis amicũ/teq3
certũ facio nunq̃ꝫ me tuam beniuolentiã exituꝝ vel noxetani quos michi
piladis et orestis loco delegi Scio tamẽ tecũ venturũ esse contẽ qui ps
est altera tui Sed neq3 hunc vito quia conterraneus meus est ⁊ virtu
te plenus et alter tu Qꝫ mea scripta ꝓbas extollisq3 facis amice Ego
quia omnia dico et scribo que vel in animam vel in buccam veniunt nõ
arrogo michi tantum Et quippe si alteri scriberem non essem adeo ver
bosus/tibi cum scribo michil verior/quia tu lima es et quod erratum est
emendas aut tegis Omnia nuda sunt Cum de prophecia legerẽ quam
scribis cepi dolere ⁊ irasci fortune que semper cecis ambulat oculis et
eos potissime facit locupletes q̃ minus sunt digni Dicebamq3 in eam
En perfida cur non aliquãdo aperis oculos virosq3 bonos ꝓuehis Cam
pisius iam annis quatuordecĩ curias seq̃tur vir prestans tũ litteraꝝ pe
ricia tum virtutis operibus/quid tu hunc preteris negligisq3 An tibi
dignus videtur quem semper paupertate premas Et vbi oro melius q̃ꝫ
in hoc viro collocabis diuicias Non hic aurum claudet sed vtetur in
vsusq3 tum necessarios tum vtiles exponet/Ad hec audiui vocem mihi
correspondentem Ne mirere fili Non fortuna est que viros bonos pe
cunia priuat Sed habent ipsi minimi nescio quid sensus Sunt em̃ am
bitiosi ⁊ honoris cupidi Non teneri sed tenere volunt Hic tuus campi
sius non vellet auro subesse neq3 argentũ venerari/sed essent apud eam
pecunie quasi ancille/nunc huic rei nunc illi seruientes At ipse quietẽ
amant libenterq3 apud auaros sunt/qui eas scrinio claudentes sin
gulis horis visitant et honorant nec alibi cor habent q̃ꝫ cum eis Dis
pliciut michi vox q̃ꝫuis vera caneret Sed vbi tuam epistolam interius
legi meliorẽ spem reperi quã ipleri nõ min⁊ q̃ꝫ tu cupio Timor tñ nũq̃ꝫ
aberit nisi postq̃ꝫ michi scripseris gaude mi enea q̃a iam sũ ex numero

beatorum Aristotelem vt habeam ꝙ celerrime cognoui te librarium
conduxisse Iamqȝ illum ad medium scriptum esse/q̄ vt in calcem finit⁹
erit ex iudicio iohānis tolner viri boni ⁊ amicissimi nostri ad me mitte
tur Non laudabo diligentiā tuā q̄ ⁊ si maxima est non tn̄ maior est ꝙ
postulet amicicia Librum auide moueo si mitti wiennam potest is mihi
erit acceptus vt ex norenberga reuersus hic reperiam qd diu quesitū ē
Qualis sit noxetan⁹ ⁊ nūc agnosco et alias audiui Vellem tuā manere
priorem sententiā q̄a nullo bono indign⁹ est Ipse me rogauit vestre vt p̄
ti fauerē/si non alia ex causa/sua saltē q̄ ex officijs curie viuit Sed mi
ror illum iam mee oblitū esse fortune Nam ꝙ vobiscū non sum vestri
causa facio vt fecundior sit vobis fortuna/dum partē sequor vobis adū
sam Nichil aduersi tulistis Si ad vos deficiā mox fortune impetū senti
etis/q̄a non vult esse vbi ego sū Suade igit̄ petro ne petat qd sibi noci
uum est Ego p̄cijs magnis essem rogand⁹ inimicicias tenere Nouit
hoc petr⁹ dū basilee simul essem⁹/Vegiū inuenisse sūmi pontificis grām
gaudeo ne cogat̄ aganē paridi vendere/ꝙuis suadeo sicut et mea callio
pe desertis agarippe fontib⁹ iam migrauit in attica Sed respiciat illū
oro micior lumine si non fortuna is qui fortune imperat deus Si quis
gallus datarius esꝫ neqȝ pertusam lenam gereret nec auro gemmisqȝ
careret Que de cardinali sancti angeli scripsisti et andrinopoli capta cog
noui non fuisse apud nos certa Sic enim dicebas Sed illa apud nos
somnia reputantur Nam ⁊ si magna fuerit nostrorum victoria nunꝙ
andrinopolim puentū est/Nec tam insignis tunc triumph⁹ fuit ꝙ nūc
est metus ingens Aiunt em̄ turchos iam magna vi reuerti/nec modo
expectare sed inferre bellum decreuisse Quare factum est vt hungari q̄
prius supbissimi erant/nunc paululum humiliati inducias biennales
cū cesare fecerint que ⁊ illis vtiles sunt/ne dum turchis resistant a ter
go timeant/ et nobis accommoda ne dum petim⁹ norenbergam tumul
tibus patrie reuocemur In norenberga quid futurum sit neqȝ dicere ne
qȝ coniectari possum/quia quot homines tot sententie Rex infra decēdi
um iturus putat̄ Albertus et sigismundus austrie duces Comes salli
ceus et Dominus walsensis p̄ter familiam solitam regem sequent̄ Om
nis germania illuc conuenit Velint superi vt bonum sit qd tanto conatu
queritur Soror regia hodie huc venit mansura apud wiennam dum
rex abest Res athesis ex placito parcium norenberge componi debent
Item suicenses Leonardum aretinum ex te primum sensi obijsse Dent
eius vmbre tenuem et sine pondere terram superi / spirantesqȝ crocos
et in vrna perpetuum ver Qui lacium ornauit litteris Quo nemo post

lactanciam cyceroni proximior fuit Gaudeo pogium eius locum apud florentinos tenere/sed maluissem potius locum non vacasse/ne tanto splendore caruisset etruria Multos adhuc grecos nobis dare latinos potuisset Sed instat omnibus suus dies/nec indoctum nec doctum mors preterit Felix qui sic viuit vt michil timeat mori Ventus est hec vita mi iohannes Jam me tedet mundi huius Nec aliud opto nisi vt me vendicem tecumque sim vt philosophemur inuicem/quis te negem philosophum Credo si simul erimus aliquando stoycos pre ceteris ymitari studebimus qui sunt euangelio propinquiores Sed timeo ne pro quiete laborantes semper labori subiciamur Reuerendissimum herum tuum cardinalem tarentinum me amare michique bene cupere maximifacio/illique vt me dedas peto sibique dicito me tunc ab illo diligi cogniturum cum te suis fauoribus vel ditatum vel extra miserias positum sensero/quia quod tibi prestiterit et michi datum putabo In eccl'a frisingensi maxime lites sunt Cancellarij tamen frater maiorem castrorum optinet partem Norenbergensis conuentus litem huiusmodi aut dirimet aut ampliabit Conti et iacobo cal uo etiam si tacuero salutes vt dicas volo quia in medio cordis meis sedent Tu vale et aristotilem cum tempus fuerit mittito nulla pecuniarum anxieta te turbatus Ex wienna xxv julij Anno·xlv·

De bello turchorum et hungarorum in quo rex polonie et cardinalis sancti angeli ceciderunt·

Eneas siluius imperialis secretarius S p d Illustrissimo principi et excellentissimo domino philippo marie anglo duci mediolanensi pa pie anglerieque comiti ac genue domino Et si fauoris michi non multum hactenus tua celsitudo impenderit que post traditam eccl'e sanc ti laurencij maioris mediolanensis possessionem/spoliatorem meum preter ius et contra litteras regias in meum fauorem sepius scriptas tuetur/ In tantum tamen celsitudini tue sum deditus vt pretermittere nullatenus possim quin nouitates ad nos delatas eidem significem/que tam et si non huiusmodi sint vt audiri libenter debeant expedit tamen et secunda et aduersa cognoscere Accipe igitur ex seruulo tuo que apud nos noua feruntur Quindecim aut eo plures sunt dies quibus huc fama delata est/fama malum inquam quo non aliud velocius vllum mobilitate viget et que vires vt vir gilius ait acquirit eundo Hec igitur maximum et nobilissimum prin cipem wladislaum polonie regem qui regnum hungarie occupauerat in bello cum toto exercitu prostratum vulgauit Quia tamen multe ve nerant littere nullusque certus auctor habebatur ficta res credita est/

nec multum post epistole ex hungaria misse sunt regem polonie supera tis afflictisqꝫ turchis victorem reuerti Eratqꝫ non parua trepidatio ne sicud est victoria sui natura insolens et superba/rex idem cū hungaris aduersus austriā et styriam castra moueret Jamqꝫ vir magni nomīs dyonisius archiepiscopus strigonieñ et alij qui ladislai regis partibꝫ fauent/auxilia romanorum regis efflagitabant Studuerant enim q̄ regem polonie apud hungaros manu tenebant conflictum eius regē/ siue ꝙ redeunti regi q̄uis fugato consulere volebant/siue ꝙ statum su um eo melius interim putabant posse dirigere Sed nichil est menda tio instabilius/nichilqꝫ veritate constantius Aduenerunt enim hodie mirabile dictu est ex diuersissimis remotissimisqꝫ regionibus vna in hora diuersi nuncij/non tamen diuersa sed eadem noua portātes Scrip sit illustris cilie comes/scripserunt ex partibus transiluanis alij et rursus alij et hungarie barones nouitates istas regie maiestati/que licet xpristiano populo lugubres sint et admodum nociue non tamen taceri debent/sed tanto diligentius inter xpristicolas diuulgari q̄to catholice fidei maius imminet periculum/Nisi religiosissimi principes in vnum conuenientes de medijs resistendi sancte crucis inimicis et hostibus xpristi cogitauerint· Noua igitur ista sunt Aiunt om nes nuncij vno ore regem polonie cum cardinali sancti angeli mul tisqꝫ hungaris / sed pluribus walachis et bulgaris atqꝫ rutheniis in romaniam vsqꝫ profectos tot bellando successus habuisse vt non longe ab andrinopoli castra posuerint/Quod postq̄ turchorum im perator accepit collecto in asia exercitu quadraginta milium pug natorum mare traiecit / Classis namqꝫ in hellespontum ad prohi bendum ex asia in europam transitum hac estate preterita missa vt illi referunt iam retrocesserat/patronis eius pecunia et asiatica ga za corruptis/quod michi non sit verisimile nec persuaderi michi poterit tanta perfidia vsos illos fuisse vt xpristianum sanguinem mahumetis auro venderent Jllud autem credibilius est deficiente commeatu clas sem vlterius non potuisse procedere/sicuti iam suis lrīs timere se iulia nus cardinalis significauerat Vtrumqꝫ sit liberum mare turchis patuit Qui transeuntes in greciā iunctiqꝫ suis cis mare manētibꝫ cū magno exercitu xpīanos aggressi sunt Nec nostri detrectauere certamē/sed in ipsa sancti martini festiuitate bellum commissum est qđ tam atrox ⁊ aspe rū fuit vt raro inter mortales tale fuisse puteť Diu plūs anceps extitit diuqꝫ viribꝫ vtrimqꝫ paribꝫ est pugnatū Atqꝫ dū nostri ꝑ xpo et illi pro mahumeto contendunt tam acres vtriusqꝫ partis animi fuerunt vt

cesis inter vtrumq exercitum circiter quindecim milibus hominum cū pugna par esset adhuc cessare noluerūt/sed q plus sanguinis fundebat eo ferociores vtrimq acies turmeq p̄liabant/Defecerūt tn̄ vtrisq vires fessisq brachijs nec versare gladios amplius/nec arcus tendere valebāt Que res q̄escere ambas partes ad magnā horam coegit/donec resumptis viribus ac spiritibus redeuntibus instauratū est p̄lium In quo vicit ad extremū turchorum siue virtus fuit siue fatum/siue quia numero plures erant Affirmant q ex bello fugerūt patrum nostrorum memoria nullum tota in europa tam cruentū bellum fuisse commissum/nec pauciores ex turchis quam ex hungaris cecidisse Et si verus est rumor octuaginta milia virorum in hac pugna sunt cesa De rege polonie incerta vox est/quidam occubuisse eum ferunt quidam captum putant Illud inter omnes constat regem polonie ad hungaros non esse reuersum Nec desunt qui eum in facie vulnus suscepisse inter preliandum asserant Quo fit vt adolescenti tam nobili tantiq animi admodum condolendum sit/qui non suo iudicio/non enim propter etatem aliena regna cupiebat sed suorum suasu ex pacifico regno in alienum non ad pacem sed ad bellum/non ad opes possidendas sed ad mortem vel captiuitatem est tractus Murmur etiam est in hoc prelio virum nostri temporis tū eloquentissimus tū prudentissimus iulianum cardinalem sancti angeli cecidisse ac suū illum nobilissimus spiritū ad omnia quecūq ageret diuinitus aptū exalasse Quidā astruunt cū iohanne vaynoda/transiluano viro magnifico et nisi timiditate victus aufugerit animosissimo cum paucis euasisse qd magis optauerim Sed mors sua michi probabilior est q non fuit in bellis fortunatus Nam et aduersus bohemos cum exercitu profectus fugatus est/nisi forsitan et idem sibi nūc accidisse arbitrari volumus Sed assueuit fortuna quos vno ex bello fugatos fecit/in alio intrepidos reddere Quecumq sors eius fuerit/non puto male actum cum eo qui pro xpisti fide pugnauit Pro qua si est mortuus vt isti ferunt/nulli dubium esse debet quin ad eum transierit cuius causam tutabatur Occisi cum eo sunt agrien̄ varadien̄ episcopi et alij complures regni proceres/quorum nondum nomina sunt transcripta Plures in hoc prelio illustres anime vel in celum vel ad inferos transierunt Insignis est hic annus multis cladibus Nam et suicen̄ apud basileam cesi sūt et delphinas complures alamanie ciuitates occupauit/et rex francie tullum verdunumq cepit/Nycolaus picininus vita functus est et alij complures magni viri mortui sunt/qui tue dominacioni quam michi sunt nociores/Hungari iam incipiunt ladislaum regem repetere Res noua

est ⁊ recens nec magis explicanda q̄ tradita sit Noua in dies certiora mittent̄/que non omittam scribere si sciuero meas litteras in conspec tu celsitudinis tue acceptas esse et non magis aduersarium meum q̄ me in ecclesia sancti laurentij que mea est consoueri Ex noua ciuitate die xiij decembris Anno·1888·

Fedus inter venetos ⁊ ducem mediolani factum esse·

Iacobus de arzinboldus doctor Enee siluio poete singularique a mico S p d Gratissimum fuit nuper ex tuis intellexisse litte ris te esse sospitem et eo dignitatis gradu pronectum esse quo serenissimus dominus noster romanoꝝ rex dignum te officio secretarij iudicauit Et recte quidem vt cetera omnia pro summa sua prudentia siue fidem siue doctrinam siue multarum et maximarum rerum experi entiam fuerit contemplatus Ego certe ita hoc augmento tue dignita tis gaudeo ac si eodem mecum parente genitus esses/quando quidem ex ipso presertim tempore vna viuentes familiaritatem et beniuolenti am diutina consuetudine ⁊ honestis actoribus hausim⁹ Te semper ger mani fratris loco dilexi Potes igitur summa ꝯfidentia omni opera mea vbicumqꝫ sensuram illam cognoueris ad augmentū aut ꝯseruationē rei vel honoris tui non min⁹ vti q̄ fratre et optimo amico faceres Ego q̄ de preposittura michi addidisti onus libens et amplector ⁊ ad exitum vsqꝫ perducam/vires aut ingenium modo non defuerint Interim cura bo ea sarcina que reliquias quasdam mee legationis habet me expli care/Dehinc quicquid fieri poterit quid ue facto fuerit opus te meis reddam certiorem litteris Vale et vbi aliquid ocij fuerit si res digne occurrerint quas dietim cumulatiores euenturas confido fac me perti cipem Ego quid scribam nunc nichil aliud dignum habeo q̄ esse deo iuuante inter illustrissimum dominum meum et ducem illustrem li gam factam non reconsiliationis modo omnium preteritarum iniuria rum rubiginem extergentem/sed societatem amiciciam et quod ipse ego desperabam talem animorum vnitatem vt vnius incommoda ab alterius damnis secerni non possunt Vale ex mediolano die xiij octo bris Anno dm̄·1888·

Cur prolixe scribat ⁊ de pace ecclesie concilium ⁊ plu res nouitates exponit·

Eneas siluius S p d Magnifico gasperi slick cancellario impe riali Sex et decem dies apud nos est gasper quem tu et college

tui semper rebus ecclesie ad regium culmen destinatis Is regem in op pido greteñ conuenit Et quia illic absolui negocium suum nequiuit vsqȝ huc secutus est curiã neqȝ adhuc finem habet vllum Grauia nam qȝ negocia magnum habent tractum et in vltimis reseruantur Ego p ipsum gasperẽ eplas tuas recepi/quib9 nunc responsurus/esse breuis non possum Nam ⁊ referenda sunt gesta plura et tu de multis instrui cupis que paucis verbis ɔplecti non queo Nec em̃ ego ille sum cuius hodie festum colimus q̃ apocalipsim scribens tot verba posuit quot sen tentias/sed accidit quod oratio q̃ dum breuis esse laboro obscurus fio/ atqȝ idcirco ꝓlixitatem in me rephendi q̄ꝫ obscuritatẽ cupio Scribo em̃ vt intelligar/Nec michi soli scribo sed hijs qui legunt Et quia plures sunt da michi quod edippi sermonẽ apertum habeam q̄ꝫuis longum.Sȝ iam veniendum est quo volum9 Binas eplas in re frisingeñ eccl'e scrip sisti regie maiestati/easqȝ ambas sibi reddidi/responsum exegi De pri mis quid successerit iam rescripsi/ Secundas presente vlrico in regi as manus dedi que mox legende vlrico dedite fuerunt Et vidi regem in earum auditione satis attentum/qui et hec verba subiunxit Conci liarij mei dicunt periculosum esse in hoc negocio quicq̄ꝫ agere/sed opor tet nonnunq̄ꝫ etiam cũ periculo res aggredi Quod dictum spem michi fecit possessionis habende/Vlricus quoqȝ admodum letatus est sperans opera sua hanc rem concludi/Vltimo dixit rex velle se ad concilium hoc deducere/sed q̃a in crastinum abiturus erat michil illic factũ est Scis p hos montes non esse diuersoria vt in vrbib9 insignia nec escaꝝ copiã/ cancellarieqȝ nostre malũ iter patere inter milites Hoc fecit vt nostri p diem post regem ꝓficisci vellent Ego vero timẽs ne inter eundũ res frisingeñ tractaret̃/putãsqȝ bonã esse p̃sentiã meã vt adirẽ cãcellarios et amicicie tue memoriam facerem/accersito iacobo ⁊ vno familiari/re gia castra secutus sum Sed michil in via gestũ est qm̃ nusq̄ꝫ rex q̃euit At cũ essem9 in burgo iudeoꝝ videns q̃a ɔcilium tenebat̃ ɔmonui regẽ tui vt memor esset Qui postq̄ꝫ inquit quiete erimus me commouefaci to Hoc autem infra triduum erit/et sic vsqȝ huc producti sumus re in fecta Ego interim auisamenta nonnulla confeci que michael ex lati no vertit in teuthonicum/heriqȝ regi optuli petens in concilio legi iu beret / rem frisingeñ expeditioni daret / Conuenetam autem concilia rios quosqȝ singillatim et verbis que michi ydonea videbantur sum allocutus Sed verum est quod dici solet / bonos consulares malum collegium Omnes vno se ore et tuos esse ⁊ causas cordi habere dixerũt Conciliarij vero p̃ntes hij sũt magister camẽ Johẽs eberstorf Walter9

zebinger/Lupoldus aspach/ceteri absunt Inter hos res gesta/Legitqз magister vlricus instructiones quas feci et quarum copiam cum pre sentibus magnificentie tue transmitto Relatus fuit tuarū litterarum tenor sed omnia in vanum transire Hoc em̄ michi demū responsū est re gem in p̄sentiaꝝ certis ex causis velle supsedere/rogareqз tuā magnifi centiā ne egre ferret/quia boni respectus essent Mandatūqз est vlrico vt lr̄is regijs te ad curiā aduocet/Hec in causa frisingeñ· Persuadeo michi tuam absentiam hijs rebus admodū nocuisse/q̄a p̄senti dat̄/ab senti detrahit̄ Et verum est tritū sermone ꝓuerbiū Facies hominis fa cies leonis Omnes hodie simulati sumus amici/amare fingimus non amamus Atqз idcirco vbi ades subseruio tibi obsequor/quicquid iubes facio/vt videar te diligere/Vbi absis nihili te pendo/q̄a vel non redibis/ vel si remeaueris dicam me fecisse omnem diligentiam et alios in cul pa fuisse q̄ res tua non sit expedita Ita certe adulatores sumus/non a matores/nec fictus amor inter habentes aliquid habet vigoris Credo me plane intelligas Sed fingendum est postq̄ omnes fingunt Nam et ihesus finxit se longius ire/Vt homines sunt ita vtamur Extrahen dum est ex petra mel ⁊ oleum de saxo durissimo Existimo in tuo reditu omnia resarciri Cum em̄ regis anim⁹ bon⁹ sit necesse est vt reliqui sub sequant̄/q̄a qd̄ illū velle sciunt non audent dissuadere Que autē causa sit ꝓpter quam rex dicat se nunc supersedere non scio/nisi propter muta tionem athesis Forsitan intendit bauaros duces aduers⁹ plebem illā in sui fauorem trahere/et ob eam rem non vult nunc ipsis displicere/si tibi possessionem tribuerit De bullis aplicis quas plumbatas iam esse in austria dicis nichil scribo/quod si verum esset iam henricus me com monuisƺ Sed videt̄ michi rursus instandū apud iohannē carnaial vt lr̄e veniant Rursus rex scripsit ꝯcilio vt circa ꝯfirmationē ptis aduerse supsederet Idqз ad ꝓpositū venit Obijt em̄ per hos dies brixineñ ep̄s/ vt q̄ mane sospes erat in sero sepultus est Gen⁹ mortis felicissimū si be ne illi cū deo fuerit/si min⁹ miserrim⁹ transitus Quis tam iustus est vt ꝯfessione non egeat Quis mund⁹ a peccato/Nichil michi ꝯscius sum apl̄s inquit/non tamē in hoc iustificatus sum/q̄d nos dicam⁹ Absit a nobis mortis subitanee casus/deturqз spacium penitētie tanto magis q̄pto plus delinq̄m⁹ Ob hanc necem scriptū est et ꝯcilio ⁊ pape metro politanoqз/ne circa ꝓuisionem brixieñ huius ecclesie quicq̄ agant pri usq̄ cogitauerint in quem prelatum regius animus inclinetur Ne ue electum aut postulatum confirmēt aliq̄ Ego puto eccl̄am illam duos habere sponsos/nec tertius forsitan aberit/Illi em̄ canonici eligent/nec

papa carere suo iure volet/et in eius inuidiam cõsilium dabit tertium Felix vxor tot maritos habitura/si modo id potest fieri vt non sint ad ulteri/Hoc malum facit ecclesiastica diuisio/ad quam tollendã nimis sumꝰ torpẽtes/Vidi q̃d reges scribũt ex lrãꝝ exemplis/nec despero rem posse bene conduci si aggredi velimus negocium Omnibus enim vt vides displicet scisma/omnes abhorrent/Viam autem sopiendi hoc malum karolus rex francie nisi fallor et tutam ꝛ breuem ostendit/vt fiat conuentus principum vel eoꝝ oratoꝝ in cõmuni aliquo loco/Ibiqꝫ vna recipiat̃ cõclusio p omnes Ad hoc autẽ pagendũ opus esset rursus scribere cunctis regibꝫ vt oratores suos argentinam vel cõstanciam mitterent pleno mandato suffultos ad pacem eccl'e pertractãdam Fienda esset rursus expensa que anno preterito facta est vix trecentoꝝ aureoꝝ Parum plus cõstantinus in cõgregatione nyceni concilij exposuit Hec via non posset claudi/nec papa nec cõcilium impedire possent tamq̃ hoc absqꝫ ipsis fieri nequiret Licet enĩ principibus secularibus cõuenire aliquando inuito clero/et tamen illic fieri vnio possꝫ Nam ille papa indubitatus esset cui oĩs p̃ncipes obedirent Non video clericos qui velint pro ista vel illa parte martirium ferre Omnes hanc fidem habemus quam nostri principes/qui si colerent ydola et nos etiam coleremus/et non solum papam sed xp̃m etiam negaremus seculari potestate vrgente/q̃a refriguit caritas ꝛ omnis interijt fides Vtrumqꝫ sit pacem desideramus que siue per illud concilium siue per conuentum principum detur michilipendo/Non enĩ de nomine sed de re contendendum est/Voca panem si placet lapidem ꝛ da michi dum famesco Non vocet̃ cõcilium/vocetur cõuentus/vocet̃ cõciliabulum/cõgregatio/sinagoga/michil interest dum scisma depellat̃ Ideo michi admodũ placet qđ rex francie scribit eiusqꝫ sentẽtie inherere Nam videt̃ regi nostro pmittere huiꝰ cõgregationis vocationẽ Nobilis ille q̃ secum fuit cui et instructiones dedisti reuersus est sed nullat attulis lrãs/Nunc ad res athesis reuertor que turbulentissime sunt ꝛ nescio an regem moueant Nam semp vniꝰ est vultus Licet res sua gerat̃ Me certe cuius minimũ interest ymo nihil nisi regis causa maxime cõturbat Oratores ex athesi greti venerũt/eoꝝ peticio fuit vt sigismundus et thesaurus remitteret̃/q̃a iam p̃teriisset inscriptionis tempus Postq̃ in athesi venisset sigismundꝰ conciliarios dari sibi patria si vellet et iure iurando astringere Cumqꝫ si cum eoꝝ consilio sigismundus vellet patriam suam regi cõmittere vel duci alberto parituri essent Hec legatio eorum fuit Hijs responsum est regem non teneri ad hec secumqꝫ sigismundum vnanimem fore/Oratores

in athesini missos hac de causa quorum responsum expectatetur Cupere tamen regem vt athesini mitterent aliquos cū potestate tractandi concordiam ne res in tali disturbio perseuerantes magni alicuius mali forent origo Cumqꝫ hijs remissi sunt oratores/puenerat eos constancieñ episcopus/qui se mediatorem interponere cupiebat Huic licet non magna fides sit prebita propter fratrem qui nouandis rebus causam dedit/multa sunt tamen commissa/eiqꝫ mandata est concordie practica Jamqꝫ in athesi se recepit quid egerit non scio Oratores regij non sunt admissi sed expectant in rubeo burga vbi clausura est/Wilhelmus illic numerat pisces qui per flumen transeant Multum enim ocij habet Idipsum et college faciunt/q̄q̄ et aliquando luditur alea pernox Rustica illic plebs in armis est ꝛ aditum quasi sepulchrum domini custodit/non tamen dormit vt pylati satellites/sed die noctuqꝫ bibit/Receperunt enim athesini ducales redditus et cum hijs plebem in armis alunt/nullusqꝫ aditus caret custode. Sententia omnibus vna est aut sigismundum recuperare aut in libertatem se vindicare/qui si non satis sua sponte insaniunt. Swiceñ instigatores habent qui se adiutores nephandi propositi repromittunt Tridentini adhuc in fide manent q̄uis per alios in dies stimulentur Dicunt se id acturos quod eorum episcopus iusserit Ex cuius iussu adhuc regi vsqꝫ ad menses quatuor sunt obnoxij Rex ad eos nō habet aditum nisi dominia venetorum/et per viam hanc mittent nunc oratores illuc Dicunt aliqui comitem galeaseum cū peditibꝫ quadringentꝭ tridenti esse ꝛ partem regis tueri/qd michi non est omnino apertum/Sunt qui putāt obitum brixieñ epi accommodū esse/qm̄ is occulte mala hec fuerit orsus/Me alia sentētia tenet/Arbitror enim euestigio principes factionis accurrisse brixinam ibiqꝫ operā dedisse vt ex eoꝝ sententia fiat eps/Jnterea vero iam arces custodiri per eos Sed licet quilibet opinari/vaticinari paucis/quoniā futuroꝝ euentum solus nouit deus Humane mentes in tenebris degunt/nec videre sed argumentari possunt ex preteritis et instantibus quid sit futurum In eoqꝫ sepe falluntur vt qui per vitrum vltra inspiciunt aut in aquis iactant visum Hec scripsi kl̄ Januarij putans me statim missurum litteras Nunc quia superē spacium adiciam reliqua Junior comes cilie huc heri aduenit Dux albertus horatim expectatur/similiter et comes goricie cum eius vxore Accepi goricie comitem feuda suscepturum quod si fit non michil ad cancellariam veniet Cum hijs vt coniecto vtqꝫ percepi tractabitur de modo intrandi athesini Aiunt em̄ quidam p terras goricie accessum patere/athesinosqꝫ timere comitē cilie/Age

tur quoq̧ vt subodero q̄ hic ciliē in curia perseuetet Sed nemo hijs in rebus vtilior esset tua magnificentia Nemo hic est q̄ sciat quales ha biti sunt tractatus cum comite isto et ad registrum recurritur Vxor co mitis quare huc adueniat nescio nisi questura iniurias viri quem aiūt vltra q̄ dici possit iniurium Quod eo minus licet quia vir etate ꝯfect⁹ et forma ineptus consortem pene diuinam sortitus fuerat Qua si bene vsus fuisset nemo esset beatior eo Inter humanas namq̧ felicitates hec vel maxima est vt coniugem q̄s pulchram sortiat̄ ⁊ bonam/tum qđ est 3ᵐ fecundā sicud hanc esse referunt Quidam rentur eam ideo diuor cium petituram q̄a vite sue timeat/q̄uis coniunx mirum inmodū blan diat̄ Dum hic ambo erunt alcius rem inuestigabo Hec satis ad res co rinthianas/nūc in hungariā ꝑgo Scripsi dudum tibi ꝯuentionē certā indictā fuisse p̄ hungaros Et ambe partes bude ꝯuenirent ac de regni ꝯmodo transigerēt Quod michi admodū displicebat ꝓpter locum in q̄ nil agi posse cernebam/nisi ex arbitrio vnius partis/timebamq̧ nos trum infantulū iure priuari suo Sed respicit illū deus Et q̄a humana destitutus est ope/ex alto repperit auxilium Nondum ꝑdita spes/nec tā felix est aduersarius q̄ fama predixit Scias igitur me esse animi tui Plus mihi placet hodiernū ouum q̄ gallina crastina Nescim⁹ q̄d vesper vehat Qđ habem⁹ tenendum est Ideo tibi supplico in hac re vt me adiuues vel scriptis vel verbis siue dietis/quod omnino curare debes/ Non mei causa hoc dico Ego em̄ parui momenti sum Sed ꝓpter ratio nes p̄dictas ⁊ vt tristes sint q̄ te abesse sunt leti Non potui adhuc scire p̄ quā viam tibi redeundū sit/sed sciens mox scribā Nam si rex rediret in austriam aliud iter est/aliud si supius transferret De lr̄is arelatēij alias tibi scripsi Cum illarū videbis copiam credo me non magnopere dicere errasse aut si error est veniam meretur Tu vale optime cū liberis et ꝯiuge q̄bus relictis ad nos reuerti cura Ex sancto vito q̄nto kl' Ia nuarij Anno·xxx·

Remedium ad resarciendum eccl'e pacem

Eneas siluius S p d Reuerendo in xpristo patri domino siluestro ep̄o chiemen̄ domino suo Non miror q̄ ad me nichil scri bis q̄a nichil me indiges Id mirandum esset si ego ad te nō scri berem qui et gracia tua semper egeo ⁊ beneficia complura accepi/Vna tamen res me reddit excusatū q̄a inaniter scribere hominis est abutent̄ ocio/et lr̄is/hac de causa tacui hacten⁹ Nunc vero res se obtulit q̄ mihi scribendi materiam prebuit Vidi nuper exemplaria litterarum quas

reges imperatori nostro scribunt in rebus ecclesie/perpendiqz omnes egre ferre scisma quo xpristianus populus impresentiarum conturbat/ Multumqz demiratus sum regis francie iudicium quod concurrere cum tuo cognoui Memini enim cum alias simul essemus/deqz hac ipsa re fe remus sermonem quonam pacto ecclesia pacari quiret/dixisse te/Ego si cesaris essem loco/vellem cunctos rogare principes vnum in locum mitterent oratores/qui plenam potestatem haberent res ecclesie compo nendi Nam quod principes facerent et populus sequeretur ⁊ clerus Ec ce quia rex francie cesari nostro congregationis huius vocationem sua det/Vos qui rem habetis in manibus amplecti hoc debetis regiqz nos tro et electoribꝫ suadere ne oblatam negligant viam/quia salus hinc pendet maxima Nec hic oportet vel papam requirere vel concilium/Ve lint nolintqz illi/principes conuenire possunt seqz in hanc vel in illam par tem declinare At non erit concilium/hoc concilium nō sit quid ad nos Non de nomine sed de re questio est Satis est si scisma de medio aufe ratur Vocetur quocumqz nomine qui aufert scisma Stultus quidam senis debitorem in iudicio traxit tanꝙ is negaret debitum qui solidum se suscepisse fatebatur cum stultus xij denarios peteret Apud seneñ ta men idem est solidus quod ⁊ xij denarij Sic et in re nostra stultus erit qui tolli scisma per conuentum principum negauerit q̄a concilium non vocitetur Illa congregatio vocetur synagoga vel conuenticulum/non curo dum pacis exinde sequeretur effectus Sed tu ⁊ college tui in eum po estis vbi hoc geritur bellum/et in hac area vbi hec palea teritur Vi de vt fabam bene cudatis/ne dum scisma ecclesie tollere curatis/diuisio nem in imperio inducatis Hec non dico vestri causa quia rectum scio ꝓ positum vestrum/sed vt laboretis ꝙ germania vnius animi sit/vnumqz papam colat et in vnius fidei sinceritate gradiatur Hec volui scripsisse quia gauisus sum regis francie sententiam conuenire cum tua Tu tan tum stude vt illi sit locus nisi quid melius interim cogitasti Vale opti me et me extra memorie sinum noli abicere q̄a tuus sum quantuluscū qz sum Ex sancto vito Anno·xxx·

Laudat legatum qui pecuniam neglexit·

Eneas siluius Domino thome hessewach sacre theologie ma gistro S p d Litteras quas ad me nuper misisti regie maiesta ti ostensas effeci/vt que foret erga te mens illius persentirem Placuit regi diligētia tua dixitqz te melius fecisse ꝙ hij qui dationem pecunie suspenderunt Is vt nosti pauca loquitur/sed ex hijs paucis

plura colligi queunt Naturam eius nosti et mores/cogita quid hec ver ba importent/tu tamen nullatenus hesitare debes quin bene agendo gra tus principi sis Fecisti enim vt virum decet bonum/⁊ comunis commo di zelatorem/qui rem publicam sue prefert Potuisset scandalum gran de contingere si remansisses pecuniam expectando/cum omnia monumē ta apud te forent quibus in conuentu agendum erat Nunc res bene di recta est et iam pecunie tibi misse sunt ⁊ ampliores mittentur Quomo do autem in reliquum sit producendum ex apicibus regijs cognosces Vale ⁊ me tui amoris participem facito q̄q̄ non putem me fore illius exptem Ex sancto vito in carinthea Anno·xxx·

Laudat amicum qui diligenter amici curauit rem·

Eneas siluius Francisco bassio iurisconsulto S p d Accepi tres litteras tuarum vnius sententie/Exponebant enim michi rem gestam omnes apud sacantanos deinde suadebant vt con sensum principis domini sigismundi circa ius patronatus impetrarē quia sic res mea inuada foret Ego tuum erga me animum qualis esset iam dudum habebam perfectum Sed in dies superas opinionem meā/ et nedum querele michi locum eripis/sed facultatem quoqꝫ referendi gracias aufers Gaudeo ego me talem amicum esse sortitum cuius plu ra sint erga me beneficia q̄ nedum premiare non possum/sed etiam nu merare Tu autem conscientia tua letari debes quando sic amici nego cium geris vt tuum putēs Rata sunt apud me omnia per te gesta nec vllus me grauat sumptus miror qꝫ te non plura exposuisse/Volui quod suadebas a sigismundo impetrare sed terruit me nouitas apud athesi nos certa/timuiqꝫ ne rex egre ferret tamq̄ quod esset a se gestum rueret putaui differendum donec cancellarius reuerteretur Interim ex parte regis rogatus sum hanc plebem vt aduersario dimitterem q̄a de me licet vellet sua maiestas michi prouidere Hoc rex ad preces aliquorum fecit Respondi me velle cancellarium expectare qui me promouerat et facturum quod ille iuberet Sic nunc res se habet Sed hoc sepultum esse oportet ne quid perrochiani persentiant/quos stude in deuotione seruare/Ego adueniente cancellario quid sucgesserit tibi scribam/Mi sicram litteras ad te et ad perrochianos vt suasisti/sed audio nuncios regios qui illas deferebant non esse dimissos/arbitrorqꝫ litteris meis transitum non patere Ideo has confeci vt scires me tuas suscepisse/et quo in statu apud nos esset negocium Quid vero vlterius expediat mic hil dicam/quia suis non est mineruam docere/Vnum tibi notum volo/

vt scias res capitulares melius dicere/ conventionem scilz norenbergen ad festum ascensionis prorogatā esse quo tpe iterum rex p suas lrās affirmat Ultra non dicam plus Nec hoc dicere nisi iam hic publicū esset Vale et me canonicis recōmissum effice Cum deus volet erimus simul et vitam ducemus beatā extra curie clamores atqz miserias Ex sancto vito in carinthia 3° kl' januarij Anno·xxxx·

Dicit divitibus non conducere bellum·

Eneas silvius Nycolao veneto canonico tridētino S p d Scribo frācisco bassio lrās quas cū hijs mitto Sz accepi virū tercio re paulsū tridēto abijsse patauiūqz petisse/ qa nō placet sibi vrbem incolere plenam tumultibus sicut nunc tua ciuitas est que obsidionem expectat Laudo ego consilium suum Nam q potest in pace viuere is damnandus est si se ingerat bellis Nemini bellum est vtile nisi cui stat' psens est grauis Franciscus vir diues est et sua fortuna contentus Capit certe rumores fugiens et lites ex qbus nichil lucrari potest Scit aliud esse hoc iudicium q̄ illud ex quo ditatus est rote Nam hic manibus causa defendit/ illic lingua Tu scis vbi est/ ideo rogo meas lrās sic habeat vt mitto/ et in eius absencia me tuearis/ ne q̄d innouet in canonicatu quē illic habeo Et sic te in re mea habe sicut de tua pbitate et aiciciа spero Non puto has tribulationes diu mansuras q̄a intendit rex nobis auxilio esse atqz fauori Vale et me tuum puta vbicumqz sim Ex sancto vito Anno·xxxx·

Commendat eum qui pro sanguine claro pugnat et pro iusticia·

Eneas silvius Magnifico galeazio comiti de archo S p d Accipio te venisse tridentū militariqz manu regis ptes tueri Id q̄z rex accepit ac ppterea te amat colitqz/ maxime res huiusmodi tibi et domui tue honori erit et vtilitati q̄ptum sencio Perge igitur et dum occasio adest virum q̄s es te demonstra/ multorz virtus iacet quia campus deest vbi se ostenderet Tibi facultas est qua tum animum tum ingenium patefacias tuum Res quā tueris iusta est et p sanguine claro aduersus plebem et incertū vulgus pugnā habes Vide vt piculum facias tui monstresqz sanguis illustris q̄ptum obscuro pstet sis is q cerberis Rex de te bene sperat/ opinionē suam imple et omniū q apud se sūt Sic cū sis magnus poteris fieri maximus Hec scripsi q̄a te amo et videns tibi bonum nomen esse cupio vt illud maneat augeaturqz Fratri

tuo me dede et michi vt soles amorem tuum ↄmunicatum fac Vale ex sancto vito die prima Januarij·1ꝛꝛꝛ·

E Neas siliu? Johāni peregallo scriptori aplico fratriqꝫ amātissimo S p d Veteres sūt apud me lrē tue quibꝫ nō respōdi qm̄ nunc in syria/nūc in carinthia/nunc in carniola miter medios barbaros seuasqꝫ nationes constitutus nunc apud hystriam et super oras superi maris cum tergestinis versatus/nullum habui cui committere lrās possem ad te perferēdas Nunc q̄a nunci? dat basileā petiturus statui nonnichil ad te scribere vt et me viuum scias ꝛ sospitem ac tui memorē Nec em̄ possum obliuisci tui sempqꝫ tua dulcis ymago mēti herет mee Habe igit̄ has ex me lrās et illum timorē quem de aduentu familiaris tui indueras abice Nichil est em̄ qd ampli? illinc vereare Vidi eum/sanumqꝫ vidi/Apud quē tui causa visus amice sū/velut eius soci?/q̄tum intelligo vos reuisere ipe manere decreuit Ego vtriqꝫ abitū psuasi At vbi non pfeci liberum dimisi arbitrium/q̄a nil iuuat calcibꝫ murū tundere aut eos ventis dare Fiat qd eis placet/nichil est qd in damnū vergat Tuus ille frater cautus est sibiqꝫ magis q̄ voluptati viuit Nec breue gaudiū longe prepōnit vtilitati Tu te mirareris si hominem cerneres/si quādo abibit nichil piculi Nem? magnū est wienna multeqꝫ inter diuersas quercus ad fontē sūt vie/Obloqui p̄t aliq̄s/eloqui non p̄t/nec tuis dictis amicicie ꝛ monitorio plenis dicta esse nolo q̄to famulo ↄueniūt De me āt tibi vt psuadeas cupio Nec em̄ grā minor aut spes est deterior solito Qd michi scpsisti de absolutioē cuiusdā homicidij sicut philipp? noster optabat nō p̄t nūc impleri Veniet homo norenbergā Illic pfici res poterit Nec iam hic dubiū sit q̄n rex vadat/quo in loco spero res vniuersalis eccl'e sic dirigi vt ꝛ tu ꝛ omnes qui bonū ↄmune cupitis ex snia iudicetis euenisse/Idqꝫ mei noīe dici cupio cardinali sancti calixti viro bono ꝛ veri amātissimo Cui ꝛ me ↄmēdes peto/et vna viris theologia plenis francisco ꝛ andree minoris ordinis pfessoribus/Quibus si nunc lacius non scribo vt veniam dent ora quia officio meo parere me conuenit/nec enim alia causa secretarius vocor nisi vtqꝫ audio queqꝫ video digna silencio in abditis mei pectoris claudam Scriptorie officium qd illic habeo si emptorem reppererit precium michi rescribe/et si fieri p̄t vtiliter illo me leuem/quia non sum eius animi vt ad vos redeam De tridentino arbitro: te audisse non nichil Hic fama est athesinos tridentū obtinuisse Veritas adhuc nubilosa est Francisc? noster decan? illinc abijt/qm̄ postq̄ vidit sapiēti sue sentētie

locum non esse recedere potius irrisus voluit q̃ manere dampnificatus/ Ego nō spero illam rem m̄ vtilem esse/nec vsq̃ in rebus eccl'asticis sū fortunat9 Laurenti9 rotella michil mei causa mediolani obtinuit Non sua culpa meam em̄ causam exacte ꝓmouit Sed nosti patrie mores Nolo in illū dicere q̄ potest ꝑscribere/Longe man9 ꝑncipū sunt atq3 timende/et etiam ꝑncipes ꝑuatoꝝ hominū sūt indigni Ego nullū faciam pluris q̃ teneat Tu vale et michi sepe scribe meq3 sepe visita/q̄a michil est qd tuis scriptis in oculis meis extat accepci9 Andreā pauigaliū ⁊ iacobum cerneriū tam affectuose meo nomine iube saluere q̃ me scis illos amare Gasparē nouarieñ arbitroꝛ cū auunculo repatriasse si tamē illic sit ne mee salutationis expars maneat facito Vale ex noua ciuitate xvi aplis Anno·lxxx·

Qꝫ homines deberent se moribus coaptare nec subtilitate iuris vtendum esse·

Eneas siluí9 Stephano cacie nouarieñ iuriscōsulto S p d Reuers9 ex vindelicis inueni munera q̄ m̄ viennā barbat9 ex te detulerat tam ꝑciosa vt mittēte magis q̃ recipiente sunt digna/ Mos hic alexandri fuit q̄ dona semp ex se metiebatur Ago itaq3 gr̄as q̃q̃ ferre tale ornamentū vbi mos nō est minime deceat Scis q̄a non regiones nobis aptāde sūt sed nos ipsis regionibꝰ ꝯformes reddere debem9 Ego tibi ad hec v̄sus mediolanū scripserā q̄a te reliquisse ꝯciliū rumoꝛ erat Nunc vero admonit9 pegalli lr̄is basilee te esse didici/qd m̄ eo graci9 est q̄ te possum meis scriptis sepius visitare/qdq3 id tibi et honorabili9 et vtilius puto q̄a frugifer illic camp9 est ⁊ pauci messores Et q̃q̃ plures essent tibi tñ p̄ores semp debent partes Optuli me alias curaturum vt regius aduocatus fieres si res frisiugeñ apud vestram dimocraciam bene transirēt/quā ꝯdicionem scis non esse ꝯpletam/te quoq3 patronum fuisse parti aduerse quo fit vt solut9 ꝑmisso si iuris apice velim frui Sed q̄a summū ius summa est iniuria ego p̄terea tibi non verbis sed animis sum ligatus/scioq3 me nunq̃ tantū conari tui causa posse q̄n vltra sim debitoꝛ Quapꝛopter ⁊ si durū sit obtinere qd spospōdi/spero me tñ voti ꝯpotē fieri vt tibi gerat mos/Sꝫ est moderatoꝛ et arbiter omniū temp9 Rogo itaq3 te vt parump expectes/michiq3 fidē habeas/q̄a aut eneas esse desinā aut tue cupiditati parebo Nec me gallico more loqui cēseas q̄ paruā morā quatuoꝛ ⁊ decē ānos ꝯputāt Credo ꝑphetas imitari cupiunt q̄ cito venturū dicebant ihesum q̄ annis post quingentis venit Ego non annos sed paucos menses peto vt rem tibi

confectam donem Vale et amicis salutes dicito/dominis vero me com mendа Ex wienna xxvij may·1445·

Nouitates hungarie et de conuentu norenbergen̄·

Eneas filius Domino Johāni vrunt agrippine ciuitatis secretario S p d Non habeo qđ tibi scribam ꝛ cupio scribere vt inter meas epl̄as tuū quoqꝫ nomē inueniaŧ Mendicabo g° materiā et nouitates que apud nos sunt tibi enarrabo/Quas tamē vti reor nō inuitus audies/conducūt em̄ ad res norenberge tractandas Dicis te sepe veritū esse ne pestem nobis aliq̄ pareret que regem hijs in partibus detineret Hic iam timor abest Inducias namqꝫ biennales habemus/quas quomodo sumus venati paucis aduerte dorelo Miserat rex polonie litteras quasdam cesari nostro/formamqꝫ dederat iuxta quam pacem deposceret Non libuit cesari qđ petebatur formamqꝫ aliam dictauit p quam non solum austria styria atqꝫ corinthia cū carniola/sed omnis etiam obedientia regis ladislai comprehendebatur Oratoresqꝫ cū eadem misit quibus regem polonie petentibus post expeditionem legationis certi deputati sunt viri cum quibus conferrent Inter quos iulianus cardinalis/nycolaus decanus cracouien̄/et laurētius palatinus fuere Inter hos cū lecta esset forma p cesarem data magnus rumor exortus est/quoniā ladislaus rex hungarie vocitabaŧ Ex hoc inq̄t decan⁊ iam se cesar parcialem facit qui regnum hungarie ladislao attribuit Nos ergo nichil tractabim⁊ secum q̄a cesar in hungarie regnū manū extendit Ad hec oratores Vos inquint nodum in sirpo queritis Quid vrā intĕsse si cesar suū patruelē regalib⁊ ornat titulis Domin⁊ vester se hungarie regē scribit/nec cesar suas respuit lrăs/quoniā nec vestra scripta ius auferunt ladislao/nec apices regij si q̄ habetis vobis ius adimunt Ad hoc retulit palatinus At wladislaus verus est hungarorum rex Non par ratio est Tum oratoēs Haud hic locus est de iure disputandi/postq̄ vnita ecclesia fuerit ius poterit in hac causa discuti At ego palatinus inquit et coram summo po..tifice ꝛ coram cardinalibus nichil negocij haberem hanc tueri causam/ꝛ plana ꝛ perspicua res est/ Nec tam inops sensus est quispiam qui regnicolis auferat eligendi regem potestatem Non disputaturi venimus inquiunt oratores sed de pace acturi Si pacem vultis pacem damus/si bellum plus placet non detractamus certamen Vestrum est eligere quid horum velitis Hinc decanus/non sic exhausti sumus inquit neqꝫ tam vecordes vt tam ig

nonniniosam pacem velimus amplecti Vires adhuc sunt nobis et animi nec quemquam timemus Tum oratores/nec nos aiunt aut inopes sumus aut exangues Si aliena inuadere non possumus at tueri nostra commode valemus Idque bonis viris sat est Nobis a tergo tuta sunt omnia In fronte habemus quibus potentes sumus resistere si malignari volueritis Vos inter nos et turchos estis medij/videte ne retro et ante feriamini Tum palatinus scimus cesarem vestrum opulentum esse/sed regnum etiam hoc plenum est nobis/nemo terrori est/pacem vestram vobiscum referte Referimus inquiunt oratores abinuicemque discedere volunt/Exinde iulianus cardinalis per deum oro viri magnifici complectimini pacem Si progredi aduersus turchos volumus pax necessaria est Simite vt hoc pauper regnum respiret Nolite campos xpristiani sanguinis vnda commaculari Sed frustra vociferatio eius fuit/abitum est re infecta In crastinum tamen nunciatum est oratoribus ne discederent quia non regis nomine responsum eis fuisset Expectatum est iterumque disputatum/postea res in thalamo regis trutinata est Tandem venit in publicum rex et in hunc modum hungarica lingua locutus est Reuertimini oratores ad cesarem/salutemque sibi nomine nostro dicite Post referte nos pacem per eum missam quamuis non indigeamus illam sui causa vt sibi complaceamus libenter acceptasse/et in omnibus eius articulos sicud iacent esse complexos Super qua re litteras nostras infra octendium posonij recipietis vbi et cesareos apices esse curabitis nobis tradendos Sic ergo conclusa res est Et agunt hungari iam inter se quo pacto formidabiliores in turchos proficiscantur Veneciis quinque et viginti triremes armantur que per mensem Junij in hellespontum traijcere debent Cesari nostro non est alia cura nisi vt quamfestinanter et quamhonorifice norenbergam petat Puto abhinc dies ·xv· eius erit recessus Albertus et sigismundus duces sequentur et vti submurmurari sentio comes cilie iunior et dominus walsee Utrumque sit bene actum putabo si eius tantum persona illuc venerit quod iam michi non est magni dubij nisi quia futuri nulla est certitudo In causa tua multum verborum perdidi Nil vidi quod fieri queat nisi postquam norenberge fuerimus/vbi artibus erit vtendum et nouis et maioribus Aduersarius tuus diem obijt/filioque nullam hereditatem preter lites reliquit Deus illi misertus sit siue iusta fuit eius causa siue iniusta Vale ex wienna quinto ydus Januarij Anno domini Millesimo ·cccc·xliiij·

¶ Epistola iocosa.

IOhannes peregall⁹ scriptor aplicus petro gemingero S p d Philoceciū quā hic amasti tumidū ventrē gerit siue is ventus est siue cibus nimius Iohannes norenbergeñ secretarius vtrē putauit illius ventrē vino plenum ascenditq̧ super calcauit pressit omniq̧ studio nixus est vt vinum deprimeret sed nichil preter ventum exiuit O si lacrimas cerneres et planctus audires quibus misera post tuum abitum se macerauit Certe nisi iohannes opem tulisset animam exalasset misella/quia nesciunt mulierculе vt viri flammas amoris ferre Sed abijt nunc quoq̧ iohannes nescio quid actura sit infelix Mihi si esset teuthonicus sermo adirem feminam solarer et blandis verbis recrearē Sed nichil michi cū viris almanis preter tactum est Ipse insipidus est nisi ꝛ verba sint Subdelegabo igit̄ michaelem nostrū q̄ et verbis vlixes ꝛ factis achilles Tu vale et mei memoriā gesta Ex basilea Anno dn̄i.1xxx.

¶ Petit confirmari priuilegia heremi camaldulen̄.

AMbrosi⁹ camaldulen̄ serenissimo ꝛ sacratissimo impatori sigismūdo semp augusto/felicitatē ꝛ subiectionē Quod ferraria tam repēte discessi ne queso negligētie asscribat aut ɔtemptui maiestas tua fuit enim rationabilis pfecto causa que me vrgeret ad exitū/satisq̧ fecisse ꝛ officio et affectui meo visus sū/q̄ ꝛ augustā faciē tuā videre et miti illo tuo ac suauissimo eloquio frui meruissem Accedebat q̧ singularis amoris tui vadem acceperam cum priuilegium auguste memorie karoli patris tui sumptū ex manib⁹ meis quo tātus ille vir camaldulensem heremum et ordinem sub protectionis sue cura susceperat imitatus maiores suos confirmare/atq̧ innouare te velle tua sponte benignissime pollicitus eras cum vicissim dulce amoris nostri pign⁹ crisostomi vitam a me conuersam ex greco benigna suauitate suscepisses/nichil dedignatus exiguum munus qd pro dignitate materie maximū existimares His ergo rationib⁹ auguste cesar inductus cūctatus nō sum necessitate impellēte maturare ad reditū/Irās tamē dare ad clementiam tuam ɔcilium fuit/quib⁹ et officiosissimum in te animū meū tueq̧ maiestati deditū et penitus obnoxiū declararē/et postularem supplex vt innouationem illam paterni priuilegij quam tanta libertate promiseras accelerari gratisq̧ expedire iuberes Neq̧ enim vt coram excusaui argētum aut aurum michi est emulo aplice paupertatis quo

litteras illas tam gratis indultas queam redimere si precio taxetur ea gracia Abs te igitur per serenitatem tuam dulcemq; clemenciam peto cesar inuicte vt id quod cu̅q; est muneris imperij tui famulo digneris e largiri/ quo fit et pietas nocior et vberior/ Decet enim regiam maiesta tem dono singularis libertatis excellere id te institutum preter ceteros maiores tuos imitari solitum/ atq; amplexari magna constancia per gere/ q2 michi psuasum est ne agam pluribus vt quod cupio impetrem ne diffisus videar eximie pietati tue Serenissimum dominum meum tranquilla romani imperij pace fruentem et barbarice feritatis domi torem xp̄s dn̄s noster omnipotens seruare diutissime dignet incolume̅ et euo donare felici et ex corde petimus et oramus Bononie xiij septem bris.

Excusat taciturnitatem et neutralitatem difficulter tollendam dicit.

Eneas silui? S p d Juliano cardinali sancti angeli patri reue re̅dissimo Nunq̄ ad te veniret nunci? meis lr̄is nō onust? nisi magnificus cancellarius me preuenisset/ Qui tam seriose et ac curate tibi omnia refert vt michi nichil relinquat scribendum Quo fit vt tacere potius q̄ scribere malim Nam res nouas iterum conculcare obtundentis est/ inania vero attingere et nichil nisi verba dare demen tis Hoc oro vt tua paternitas animaduertat / michiq; veniam det ta centi potius q̄ inutiliter scribenti Satis est si me tuum esse scis manci pium quia me habes ad omnia mandata voluntarium et promptum Scribe michi quando res exposcit et iube parato parere Noui michil est quod scriptu arbitror dignum Nostra ytalia parump respirat S; nescio quid paritura sit illa conuentio senis habita/ que nundum disso luta est Utinam martini ne dicam saturni aliquando redirent secula Vellem et ego reuisere patriam et ossa parenti reddere Nichil plus ti meo q̄ in peregrina terra iacere/ q̄uis vndiq; tantumdem est et ad infe ros et ad superos via Sed habet minus nescio quid doloris inter vl nas fratrum sororum filiorum atq; nepotum mori Et licet vbiq; amici cause parere possint/ nulle tamen familiaritates tam dulces aut stabi les sunt q̄ in patria Si pacem haberet ecclesia de pace ytalie magis sperarem Nescio quid allatura sit norenbergen̄ conuentio/ quia diuisi animi sunt / Neutralitas difficulter aboleri poterit pluribus vtilis Pauci sunt q̄ veru̅ sequantur/ Omnes fere q8 suum est queru̅t Placet hoc nouum neutralitatis aucupium q̄a seu iuste seu iniuste q̄s teneat

repelli non potest Et ordinarij p suo arbitrio conferunt beneficia Non est facile michi crede ex ore lupi predam eripere Quantum sentio tua xpi anitas eugenij sequitur partes Germania tantum diuisa est quam ego semel vnitam videre vellem meqz illi conformare quia multum tribuo nationi huic que non metu sed suo libito suoqz iudicio ducitur Quocumqz rex cum electoribus se inflexerit eo et animula mea sequetur/nec michi plus q̄ alijs credam Hec volui scripsisse ne omnino nichil scriberem et vt in futurum excusatus sim taciturus Vale feliciter et me pro tuo placito vtere Ex wienna Anno dm̄ Millesimo quadringentesimo quadragesimoquarto.

Laudat eloquentiā eamqz dicit ad britannos vsqz profectam.

Eneas siluius Reuerendo patri ade de mulin anglico apostolice sedis prothonotario S p d Regius tabellarius ex anglia dudum reuersus tuam michi epistolam reddidit cuius tot sententie fuerunt quot verba/Legi cupide que scripsisti/miratusqz sum romanam facundiam in britanniam vsqz profectam esse. Sed fuerunt et alij apud anglos tulliane cultores eloquentie Inter quos venerabilem bedam nemo non ponit Petrus blesēn longe inferior fuit cuius epistolis hanc tuam perbreuem antepono Congratulor tibi et anglie quia iam dicendi ornatum suscepistis/Sed magne ob hanc causam referende sunt grates clarissimo illi ⁊ doctissimo principi cleocestrie duci/qui studia humanitatis summo studio in regnum vestrum recepit Et sicud michi relatum est et poetas mirifice colit ⁊ oratores magnopere veneratur Ideo enim minimum sit vt plures anglorum eloquentes euadant/quia quales sunt principes tales et ciues esse consueuerunt/Et imitantur serui studia dominorum Perge igitur mi adam here/eloquentiam quam habes tene ⁊ amplifica/tibiqz honorificentissimum puta in ea te prestare hominibus/in qua ceteros animantes/homines ipsi precellunt Magna res est facundia Et si verum fateri velimus nichil est quod tam regat orbem q̄ eloquentia/quoniam quicquid agimus in re publica/persuasi verbis agimus Et illius in populis sentētia manet qui melius nouit persuadere Tu ista scis ideo missa facio/In rebus ecclesie qualis sit animus tuus et tabellarius idem vt voluisti michi retulit/id et francfordie prius senseram Laudo te qui pacem preponis bello ⁊ pacatam videre cupis ecclesiam Audio te norenbergam petiturum ibi lacius inuicem colloquemur Cesar iam itineri se accingit/intra

futurum mensem illic vt spes est inueniemur Dux albertus frater et sigismundus patruelis eo quoqꝫ se conferunt Vtinam pax vt optam⁹ fiat/finisqꝫ tandem neutralitati detur vt sciamus vbi agnum comedere debeamus/Munus tuum quam michi gratissimum fuerit/nec scribere nec dicere possem quia nec os nec calam⁹ satis animi possunt explicare conceptum/Faxit deus vt bene sit illi virgini nepti tue prenobili que talis est operis artifex/Cui nec penolope nec aragne fuerit comparanda Eueniat illi vir dignus tanta virtute et sobolem ita progeneret matris imitatricem Oblationibus tuis vterer quociens res exposceret Nec minus in opere q̄ in verbis apud te inuenire putarem Idem tibi vt de me persuadeas cupio Vale dignitate parens/etate frater/dilectioneqꝫ socie et me vt facis ama sed non vt facis vtere Ex wienna Anno·lxxx·

De palacio buden̄ et aliquid contra basiliense concilium·

Ambrosius camaldulen̄/reuerendissimo ac sacratissimo imperatori sigismundo semp augusto fidelitatem et subiectionem Habeo gracias ingentes maiestati tue clementissime princeps q̄ priusq̄ pannonia discederem pulcherrimi et magnificentissimi omniū q̄d vnq̄ viderim spectaculi te esse perticipem voluisti/Inspeximus summa cum admiratione precipuoqꝫ stupore edificatum abs te palacium/tantaqꝫ occurrunt singulariter miranda vt quod magis mirari quod p̄mum predicare debemus non occurreret Tam multa ad se trahebant atqꝫ in se rapiebant obtutum affectumqꝫ nostrum/Deniqꝫ structure moles tam vasta est vt nullam toto orbe maiorem reperire posse arbitremur Eius omnia membra adeo magnifice tam decenter instructa sunt vt ad graciam nichil posset accedere/singuleqꝫ vt dictum est partes secum de pulchritudine et magnificentia certare videntur vt q̄d primum admiremur non occurrit/nisi q̄ simul omnia inspecta excedunt omnem admirationē/vixqꝫ arbitremur persis illam formosissimā regiā de qua tam multa predicantur huic tue conferendam/Transim⁹ ad contuendum peripatum illum spaciosissimum prospectum omnino mirabilem plenumqꝫ voluptatis Neqꝫ hijs contenti piscinas quoqꝫ et ortos circuire plena occurrebant oculis Pauca de multis que me mouent in vnum congessi execratione digna tueqꝫ serenitatis oculis legenda subieci Equidem consideratis scandalis que in dies ex huius perpetuacione concilij prodeunt huius sententie sum vt p̄ firmo ⁊ rato habeam

nichil a tua pietate posse fieri vel deo gracius vel accepcius seculo vel ecclesie matri vtilius q̄ʒ huius eneruacionem abhominacionis pro viribus moliaris Et oro ne tua me pietas temeritatis arguat ita sencientem/nam si ex habundancia cordis os loquitur ego istam sententiam ex alto cordis eructo Deus aūt noster omp̄s serenitati tue q̄ ad pacem sunt inspirati dignet̄ annosq̄ʒ tuos benedicere religiosissime pnceps et auguste pijssime Ex wienna Anno·xxxx·

Suadet de amici promotione·

Julian⁹ cardinalis sancti angeli aplice sedis legatus Doctissiō viro enee siluio senensi amico carissimo serenissimi dn̄i regis rōnoꝛ secretario S p d Amātissime enea gaudeo te esse apud serenissimū dn̄m regem in honorabili loco et te digno licet vt animi mei affectum fatear mallem te in ytalia in loco etiam tue virtuti correspondenti fore/Congratulor cancellarie imperiali que talem virum sortita est cuius ingenio non paruum florebit/Jam locus ille latinam redolebit facundiam Ego te propediem videbo et amplexabor/simulq̄ʒ redarguam q̄ʒ misisti me sub condicione salutari Si scires q̄ʒtum te semper dilexi et diligo/q̄ʒtumq̄ʒ tuis afficior virtutibus profecto omisisses condicionem illam Et cum per officium cui prees ad me commode venire non poteras scripsisses saltem litteras more tuo suauissimas Sed ignosco modestie tue ⁊ quicquid facis ipse meam in meliorē accipio partem Sed deinceps velim te meam confidentius agere et non obliuisci eius que inter nos semper fuit beniuolentie atq̄ʒ amicicie Familiarem hunc meum vt celerius expediatur adiuua Cupio permaxime mox esse apud cesarem vt aliquid pro quiete huius regni possim efficere q̄ melius faciliusq̄ʒ expedicio militaris ɔtra turchos fidei catholice seuissimos hostes instituta parari possit Ad hoc em̄ duo sacratissima opera iuxta legationis aplice michi iniūcte officiū totus anhelo ac ferueo/q̄ʒ admodū in reb⁹ bohemicis olim me feruere ɔspexisti Vale fideliter Ex buda kl' may Anno·xxxx·

De laude litterarum·

Eneas siluius nepoti suo anthonio S p d Retulit michi nannes pater tuus te dum puer adhuc esses miro litterarum amore fuisse incensum/postq̄ʒ vero ex ephebis excessisti neminem esse qui tibi amplius vt studeas queat psuadere Que res nō mira tm̄ michi sed stupēda fuit Ceteri em̄ pueriCiam simul et stulticiā deponūt/

virilem togam et prudentiam induentes Tu econtra sapiens puer/ stultus vir cupis videri/et barbam quasi vmbraculum virtutis recipis Doleo certe tui causa/ne q̄d de te futurū sit scio/ Iubet cicero noster vt quilibet in adolescētia viam eligat et gen⁹ vite q̄ vti debeat Idem her cules factitauit Nam cū p quietē due sibi mulieres sup̄ humanā formā venuste apparerēt ⁊ altera sibi voluptatē/laborē altera pmitteret Hanc secutus est sciens q̄a post labores p̄miū certaminis datur Nec corona tur vt inq̄t apl's/nisi q legittime certauerit Tu vero vt audio vagari semp vis nec aliq̄d gen⁹ vite saltē honestū amplecti Lr̄as quas puer a masti iam vir odio habes Pudet me tui causa Nescio em̄ q̄d esse possis absq3 lr̄is/nisi asin⁹ bipes Quid em̄ homo est absq3 doctrina q̄tumuis diues q̄tumuis potēs Quid inter hominē illr̄atum ⁊ marmorea̅ statuā interest Non dux non rex non imparor alicuius p̄cij est lr̄ar ignauus/ Videm⁹ nostri seculi p̄ncipes qui rudes sunt et nedum latinū sed mater num quodāmodo ignorātes sermonē q̄tum despectui sunt quō negligū tur quō vituperant Et si quis eor obedientiam in subditis habet/non amor sed metus id facit/q̄ vt cycero ait nō est diuturn⁹ magister offi cij At vbi metus abest mox deserunt Interdū etiā neci dant Quid g° tu miser despicis studia lr̄ar q̄ paup es/q̄ nisi p magnā virtutē euadere in virum clarū non potes Quid facis obsecro/q̄d speras/Reris ne sem p iuuentute florem tibi durare An nescis q tanq̄ flos agri iuuentus est q̄ mane nitet/vespere vero arescit Nichil em̄ velocius tempe/nichil q̄d magis fugiat/ Volat semp irremeabile tps/Tu tibi pulcher videris/ dum etas robusta/dum iuuentus florida viret/ Non cogitas instare se nectutem/ Non vides quia dies quelibet aliquid detrahit forme tue A liqua forsitan formosa puella tuo capta nitore te cepit/teq3 quasi cathe nis ligatum retinet Tu eius delicias sequeris beatumq3 te putas dum in amplexus venis illius Sed longe deceptus es Nam dum formam istius miraris/formosiorem deseris adolescētem Non enim lucifer aut hesperus tam pulcher q̄ sapientia que studijs acquirit lr̄ar Vnde et dicere plato solebat/q si videri eius forma possit mirabiles sui ama tores excitaret Tu tamen hec omnia deseruisti vt tuus genitor dixit/ vicit te vt opinor impetus iuuentutis Sed cogita mi anthoni quia non semper iuuenes sumus Redi obsecro in viam et teipsum tibi ven dica Linque ineptias iuuentutis et virum te esse memento Omnia hec preterreunt quibus modo lectaris Etas/valitudo/forma/delicie/vo luptates/ Sola nos si semel recepta fuerit vsq3 ad mortem sapiētia co mitatur/et post mortem vitam aliam beatissimam prebet Hanc igitur

rogo mi anthoni vt omnibus alijs rebus post tergum positis adipisci studeas/qd tūc demū facies si phie dederis operā Et qd assidua lectione didiceris in opus deduxeris Ad quā rem iam temp9 est vt te accingas Nec cū hodie possis bene viuere cras dicas incipiā Uale.

De laudibus agriculture.

Eneas siluius p p d Iohāni ptholomeo patruo suo Elegisti vt audio senectuti tue ↄuenietissimā vitā Ortulis quidē rigandū et rei rustice studes Res est te digna ꝛ senio tuo/Dulce h° ociū est/honestū negociū/modesta voluptas/Iam nō armis aptus es/grauis galea est/molesta lorica/intollerabile scutū/Rursus q̄ȝ in rerū ciuiliū versari fluctibꝫ/carere somno/cibum nō sumere in tpe/mortifera res est senibꝫ At rusticā° vitā quietā liberā honestā ꝛ frugalitati ↄuenientē p̄bet Nec tu p̄m9 ex sapiētibꝫ viris in hoc viuēdi gen9 ex rebꝫ publicis ↄuolasti Nulla voluptas maior oratio fuit q̄ꝫ rure sese recipe/q̄ cū venis set vix illinc poterat octauiani cesaris tocius mundi domini iussibus auocari Cum ergo in vrbe esset miro desiderio ruris assidue tenebatur Hinc ad mecenatem scribens O rus inquit quando ego te aspiciam/ Perlege ep̄las senece/quid illic magis q̄ꝫ agrorum cultus collaudat Plantauit ille platanos sua manu/piscinas fodit/aquas deduxit/nul libi libencius q̄ꝫ in agris erat Quid in cathone maiore cycero scrip sit/quas vtilitates ex agricultura percipi ostendit/q̄ꝫ vberrimos ques tus/q̄ꝫtam illic voluptatem consistere/q̄ꝫtam mentis quietem/q̄ꝫtam cu raꝝ remissionem/q̄ꝫtam naturalē oblectationē Hoc gen9 vite solum na ture hominū vsuiq̄ꝫ p̄cipue est accommodatū/qd omnia ad victum cul tūq̄ꝫ nostrū spectancia nobis suppeditat Sapis equidē q̄ hanc vitā de legeris a tempestatibus ciuilis insanie remotissimā Hinc potes tam q̄ꝫ ex altissima specula nos ciuilibus negocijs implicitos quasi naufra gantes despicere Hinc potes tibi soli vacare te colere te frui/Dyocletia nus cui orbis parebat depositis imperij fascibus in villa salene agricul ture studijs sese tradidit/Fecissetq̄ꝫ idem august9 vt quidā scribunt nisi timuisset insidias/Cyrus persarum rex gloriari plurimum solitus erat cum venientibus ad se ortum ostenderet suis manibus consitum/et arbores in ordinē positas Sed ne mortalia tantum exempla sequam²/ deus ipse cū hominem primo creasset vbi nam illum posuit/nisi in ortis deliciaꝝ Et illum cū hinc expulit quonā obsecro nisi in agros misit Fa cis ergo mi iohannes qd te decet/quodq̄ꝫ ego si potero aliquando faciā Nam degentē rure hominē ↄmendo/curam laudo/rerū rusticaꝝ ↄsēdi

plantandiq3 sollerciam probo/ Moneo tamen vt labor leuis sit/qui corpus non atterat/sed exercicio quodam corroboret Ibi modeste viues/ integritatem vite seruabis Non ibi curiositas superuacua/et anxia te tenebit sollicitudo Vt quicquid vbiq3 geratr pernoscas Non somnum adimere poterunt cure Inuidia pestilentia et edaci carebis liuore Nulli fraudi locus erit/nulli scelerum officine patebit accessus Sed dulcis securitas/ quies tranquilla/ocium frugi vita officio plena vrbanis honoribus atq3 diuicijs omnibus anteferenda te habebit Sequere igit̄ vt cepisti et agrum simul ⁊ teipsum ita exultum redde vt cum egredi e vita oporteat ad certos illos peruenias quibus nec pluuia nocet nec estas Vale·

Epistola familiaris et commendaticia·

Wenselaus bohem⁹ S p d canonicis wratislamien̄ eccl'e Nichil dubij apud nos arbitror quin iohannes ploso vir bonus ⁊ frugi/plenum ius et certum habeat in altari quod sibi resignaui Sunt tamen quidam adeo sitibundi beneficiorum/adeo ambitiosi atq3 nepharij vt nichil pacificum velint dimittere sed nunc hos nunc illos molestent quorum conatibus tanto diligentius est resistendum q̄to iniurias fieri ab eis noscimus iniquiores Idem agere vos sentio circa ecclesie vestre beneficiatos quos aduersus molestatores consueuistis semper tueri Si tamen aliquid preces mee apud vos valent oro precor obsecro vt iohannis iuribus faueatis/eumq3 defendatis ne opprimi iniuste queat/qua in re et ipsum ⁊ me consolabimini et in immensum obligabitis Nam et si teneor vobis pro vestris in me quaplurimis beneficijs/placitum tamen est vt etiam iohānis causa vobis obnoxius maneam/quem veluti patrem optimū diligo amoq3/et cuius intuitu quecumq3 possem facerem Nec plura circa hoc Noua qui hic sunt libenter vobis comunico Hic est vnus legatus sacri basilien̄ concilij alexander dux mazouie in cardinalem per felicem creatus Intra non multos dies venturus est alius ex parte eugenij cardinalis sancti angeli Debet enim in festo ascentionis dominice de pace regni hungarie transigi Eugenius senis est recessitq3 ex florentia cum magna venetorum et florētinorum indignatione/in tantum vt prelatos ab eius curia reuocarīt Bohemi hic sunt vt scitis/quid egerint ab eis postmodum redeuntib⁹ pernoscetis Rex noster ad vnionem ecclesie reintegrandam patus est totis conatib⁹ laborare Valete optime me vt seruitorem vestrum commendatum suscipientes Ex wienna·

V Dolet de amici absentia·

G Asper nouatieñ S p d Enee siluio preceptori suo Nichil lrãs meis p̄terq̃ singularē quandã dilectionē quã in te habeo signi ficare studeo Intellexi tñ pfecto vt opinor iam dudũ me tibi il lam habere/tam etsi nullo effectu indicauerim Sed quid res mea atq̃ condicio vsq̃ in hanc diem effici passa fuit vt effectu ipso voluntatem meam patefacerē/solum hoc mihi de te pmissum fuit vt ad te nunq̃ ve nirem quin doctior abirem Idcirco te sumopere accedere sepius conabar et id michi opere precium fuit/tuo quoq̃ frui concilio vsq̃ oblectatus sum et me vt ita dixerim te magistro versificatorē putem Nec quidem recessum tuum videre michi facile fuit qui et concilio et re ipsa proderas Nempe vt p̄sens mentis mee suauium eras/ita absens tristicia factus es Atq̃ vt comici nostri verbis vtar Haud verum est qd vulgo dici so let diem adimere egritudinē homini Nam michi cotidie non de filio vt ipse ait sed de te magistro ac patre integrascit dolor/Vnum tñ est qd mentē meã letat/tui videlicet status augmentũ/qd incommodo meo in terdum equiparo et in ipso mee mentis archano tibi stacionem facio Mecum taliter manducas et bibis Et qm̃ de tuis versib᷒ q̊s in dies sua uiores facis/nullus ad me venit/expedit me q̃nq̃ q̊s feceris fingere et inde tamq̃ tuipse eos feceris gaudere Nouissime autē vnam et illam vo to eglogam feci in qua martinũ gallum felicianũ secretariũ tuũ c̃u al tricantē merito quidē introduxi/Illam quidē post te in magistrũ me um assumpserã/illoq̃ pauculos dies potitus sum q̃ confestim c̃u felice nos tro ab hac vrbe recessit/Stephanũ deinde auunculũ meum altricatio nis vestre iudicem statui Et id duas ob causas factũ est Prima equidē vt nec ipse arbitrarer memoriam eius apud me prorsus perisse siue vi lem effectam esse/Altera vero vt illos versiculos nõ tamq̃ a vobis sed a discipulo vestro editos ipse corrigeret pusq̃ in alienas partes diuul garent Habes nunc omnem vsq̃ a p̃ncipio causam quare hec condita sit in hunc modum Vale vt opto et me ama vt soles atq̃ age vt non diu responsum expectem Si quid tibi quod rei mee euenire iudices eue nerit mei memineris queso Cupio quidem tecum esse Iterum vale ex basilea·

E Neas siluius S p d Orlando viro magnifico Reddidit michi familiaris tuus tũ ex te tũ ex petro iuliani lrãs in eũ finē tendē tes vt apud magnificum cancellarium rem tuam curarem Fe ci id libenter/sed minime opus erat currenti equo calcar admouere

Qua etenim sponte tantum ipse cancellarius tui causa incensus erit vt omnes apud eum p̄ces superflue viderentur ⁊ essent Diligit enim te summo corde/libenterq̄ȝ se in hijs exercet q̄ tuum respiciunt commodū Itaq̄ȝ adhibita est in tuo ingenio summa diligentia/factus est et cum rege et cum cancellarijs sermo prolixus Quid exinde haberi potuerit ex litteris cancellarij percipies Puto bonum concilium esse qd de plum bino datur ⁊ tu alias aperuisti Nam ex illo recuperares debitum tuum et maiestatis regie graciam ad maiora nanciscereris/q̄p̄ puto regum ⁊ principum gracias tibi iam esse fastidio qui post martinum nullum es nisi onerosum expertus dominum Intelligo ex lr̄is tuis te ad ius repre saliarium velle recurrere Id est incertum ⁊ periculosum remedium mul tumq̄ȝ iniusticie secum defert cū hijs sepissime luant penam q̄ sunt exp tes peccati Tum vero id incitamentū est bellorꝫ/quoniā qui ledunt rur sus se vlcisci volunt/totq̄ȝ vndiq̄ȝ repsalie fiunt donec apertum exarde scit bellum Tu tamen quid tibi conueniat magis scis Ego dicam sicud ad aticionem scribit cycero aut te in meam sententiā adducā aut certe testatū apud animum tuum relinquam quid senserim Vt si quando dis plicere tibi tuum concilium ceperit possis meum pmo verius cancellarij recordari Atq̄ȝ de hijs satis respondissem petro iuliani nisi nancius tu us iturum illum ad regem aragonum ex parte ducis mediolani signi ficasset/Vbicumq̄ȝ tamen sit gracias sibi refero pro suis humanissimis litteris/eiusq̄ȝ filium tibi efficio commendatum Vale optime meiq̄ȝ suiq̄ȝ memor Ex wienna.

Gracias agit.

Bartholomeus eps cornetan⁹ D p d Enee silujo pthonotario Iocundissimis lr̄is tuis vir clarissime quib⁹ generosi militis ac tua opa me assumptū esse ad consiliariatū cesaris nunciabas a duobus mensibus responderam per alias superiores meas litteras/ quas si habueris letor/Cognosces enim q̄tam ex eo michi iocunditatē attuleris/videbis et gracias quas huiusce rei nobis cooperatoribus of ferebam ob hoc insigne munus quod nosti/q̄p̄ ego cum studio flagita tim dum vna essem⁹ in germaniā apud regem Post hoc nullis alteris tuis lr̄is quicq̄ȝ de te concepi nisi quemadmodum enunciat peregallus noster te valere/et apud eum cesarem in dies pluris existimari et ad vtramq̄ȝ cancellariam in prothonotarium iussu regio assumptum Quo gratulor cupioq̄ȝ vt in dies feliciores successus de te senciam/Vnde ne hoc meum desiderium frustra sit stude precor semper vt cesaris rebus

intentus sis ac illi continuo morem geras Quod si effeceris crede mihi melius secūdaberis ꝛ eos omnes quos tibi amicos habes letos et iocū dos efficies Verum vt ad rem meā regrediar vereor ne litteras su per conciliariatu quas ex litteris iacobi ad me nuprime obsignatis in telligo fuisse traditas wilhelmo de constancia vt illas aut ad me mitte ret aut daret/ob ipsius amiserim fortasse portitoris inuidiam/cum nun ꝙ eas ad me miserit/et quod me magis excruciat nec mittet ex cau sis quas tu tecum ipse coniectaberis/Nam ipse apud constancieñ episcopum et nos abnegauit/Intelligis iam quid in ea re actum sit/ et nisi tu iterum iuueris priuabor munere hoc ingenti Quare velim sic qꝫ oro te vt eas litteras vna cum iacobo cui scribo renouari cures/quod facile impetrabis Et cum donum ad me mittes secreciori modo ad ma nus omnis boni adsignari mandabis Nec vsꝙ hoc ingens obsequium oblitterabunt tempa nec etates/Nulla ex regionibꝫ ytalicis altera no ua apud nos sunt que ad te scribam nisi venetos ꝛ florentinos parare maritimas ꝛ terrestres copias ꝙ̄ingentes/Rursus apud pontificē maxi mum due practice sunt serenissimi regis aragonum ꝓ quo ad mensem hic fuit reuerendissimus viceñ ac illustris comitis francisci nuncius/a quo missus est thomas reatinꝰ quem noscis et cum vidisti apud cesarē quos tractatus ꝛ practicas pontifex noster ex animo et corde ꝯplectitꝰ vt ex vtrauis hаꝝ ꝙ̄bene speremꝰ/et ꝙ̄admodū res ipsa succedit etiam post intelliges Rei iacobi non secus ꝙ̄ mee intentus sum ꝛ ei scribo vbe re A quo scire valebis omnia aspiciesqꝫ ex bullis desup ꝯfectis Scito tñ peregallum nostrū ꝓ minuta ꝛ grossa prime lrē dedisse pecunias De pius ac sepius me ꝯmendatū facias cesari et iterato gracias ꝓ ꝯciliari atu sue maiestati reddes nomine meo cui ero obseruantissimꝰ et gene rosissimi nominis sui p̄dicator indefessus Itidem ꝛ facies apud reueren dum patrē meū chiemeñ Et tu vale ac amorē nostrū et amiciciā obser ua corde Vale iterum Ex clausano.

Excusatoria ꝙ raro scripserit.

ENeas siluius Nycolao anudano iuris ꝯsulto S p d Si nume rū ep̄laꝝ vltro citroqꝫ missaꝝ pensamꝰ/nil est qd tibi debeam/ quippe ꝙ meum post abitum et tu meis ꝛ ego tuis litteris vnis dumtaxat visitati fuerimus inuicem Rursus vero si verba supputemus teneor tibi multa rescribere sicud multa michi significasti Accedit huc ꝙ amicicia non est ꝯputatrix beneficioꝝ que non ad numerum vel quali tatem sed ad affectum retribuit Scribam ergo tibi siue obligatus

hijs plene scribo ⁊ tibi innotescūt omnia non opus est ea repetam Certum enim facito ꝙ michil est tam grande quod pro ipso et eius honore non facerem non secus ꝙ̄ si meus germanus esset Vale fideliter Datū bude.

De nouitatibus ytalie.

Eneas siluius S p d Reuerēdissimo in xpristo patri dn̄o Juliano cardinali sancti angeli Non opus est reuerēdissime pater ⁊ dn̄e mi colendissime multis in p̄sentiarum agere/qa qd alijs litteris etrusco sermone ⁊ michi iam oblitterāto scriptis optaueram diligēti opera per te curatū est sicut et maiestati regie ⁊ cancellario tum p te tum per serenissimum dn̄m regem polonie scriptum vidi/ Solum aliqua scitu digna tibi modo referam/scio namqȝ ꝙ apud hungaros non q̄admodum apud nos ytalice nouitates decurrūt/⁊ tamē naturale est de patria belle percrebro sentire Nec enim aut alpes iulie aut danubius sicud arbitror amorem patrie ex tuo pectore ademerūt Sed puto idē tibi ↄtingere quod michi/qui q̄to lōgius a paternis recedo laribus/q̄to diutius suauissime ausonio celo priuor/tanto magis desidero natale solum videre ibiqȝ viuere et mori Scribam igitur pauca de patria nostra/et magna ⁊ vera si vera sūt que magni viri ad cesaris deducūt noticiam Primum est bononiam more suo que supra mercurio fūdata est motū fecisse/frācis̄cumqȝ picciminum in vinculis coniecisse Ante quoqȝ soror illius ienua et sub eodem astro cōstructa thomam fulgosium ducem suum de tribunali in carcerem traxerat/eiqȝ raphaelem adurnum suffecerat Sed hec paululum antiquiora sūt/credo recēciora cupis nec ista desunt Vberem semper materiam nouitatis habet ytalia Eugenium senis esse non ignoras Is cum rege aragonum et duce mediolani ac nycolao piccinino et cum tota factione illa fedus percussit Cuius rei vigore reuocaturus est rex suos ex basilieñ ↄcilio p̄latos ea lege vt in eugeniana curia suis dignitatibus pociātur q̄uis antea gallici minati fuerūt vlterius se nō prestaturos obediētiam eugenio nisi aperto bello regem illum inpeteret/Veneti quoqȝ florentini ienueñ et bononieñ nouam inter se ↄfederationem fecerūt Iamqȝ florētinorum et venetoꝝ copie ingresse sūt nec spes est illam posse per picciminum recuperari tam et si adhuc eius nomine arx defendatur Marchio ferrarieñ quoniam filiam regis aragonum desp̄osatam habet copias venetorum per suum territorium trāsire ꝓhibuit que res eum suspectum reddit Ille autem nauigio rauennam applicuerunt atqȝ illinc in emuliam profecte sunt/

bononiamq3 ingresse circa quam soli aloysius vermius et domin9 fauen tie castra metabantur/sed fauẽtinus iam ad sua tutanda reuersus est ne se absente per florentinos qui eius agros populabantur expugna ri vrbs possit Nycolaus piccininus circa tuscanellam et comes francis cus circa sanctum seuerinum castra tenent quasi sortiti ꝓuincias deuas tandas Eaq3 lex sit vt iste vnam ille aliam exhauriat prouinciam et sic misera funditus ytalia laceratur Que vnica solum causa facit vt exi lium quod michi ad tempus delegeram/diucius protraham/quoniam minus grauia sunt aliquãtulum que audiuntur ꝙ que videnẗ mala Hec scripsi ne scriberem nichil/tuis humanissimis litteris prouocatus Non vt exinde mentem perturbem tuam qui in viro sapiẽte quietissima est Sed vt michi potius leuamen aucupari narrando possem/Valeat op time tua paternitas meq3 vt facit seruoꝝ suoꝝ in numero semper habe at Ex noua ciuitate.

Quales magistratus esse debeant Et aliquid de concilio.

Eneas silvius S p d Lupe valasci portugalieñ legum doctori ⁊ fratri optimo/Litteris tuis quas basilee suscepi iam ann9 est non potui respondere quia mox cesarem sum secutus ⁊ ab eo in secretarium receptus/postea per quem scriberem nullus affuit tabellari us Sed reuertiẗ nunc in portugaliam blasius alphonsi in decretis ba callarius qui apud regiam maiestatem infantis petri ducis coimbrie fuit orator Is si volet hanc meam epistolam tibi reddet/sibi enim com missa est Non tamen nunc tangenda sunt que dudum scripsisti Illa enim omnia immutata sunt/Vnum tamen volo scias me scilicet solide tua gaudia gaudere/magnamq3 leticiam michi attulisse nuncium quo te presidem olisbonensem significasti Libuit enim id michi vehementer tum ꝙ amico bene cupio tum ꝙ in te viro ex omni parte probato queli bet dignitas optime sedet Scio namq3 non te propter dignitatem/sed illam abs te illustrari laudoq3 ex hoc maxime regij gubernatoris circũ spectionem qui beneficia sua bene locare scit/Ad rem publicam guber nandam viros aduocat sapientie studiosos Vtinam omnibus princi pibus idem animus esset/quia non sic omnes ignorantie plene forent prouincie/nec summi magistratus ꝓpter iniusticiam officialium detur parentur Sed de hoc satis Concilij basilieñ quis status sit iam te arbi tror audiuisse Rex cuius meministi more principum non regnum fidei/ sed fidem regno seruare vult/prelatosq3 suos ex basilea iussit abire In

omnibus rebus preclarus/in hoc mirabilis/Rursus gallici veneti et florentini q̄ pontificem eugenium quasi deum venerabant̄/excluso ex apulia renato rege fidem aliam induerūt/Mira rerum mutacio vt qui antea fauebant 9cilio iam illud impugnent/Et q̄ impugnabant/iam faueant ei Ludus iam eccl'a est qualem de pila fieri videm⁹/dum huc atq3 illuc impellit̄ lusor3 ictu repercussa Sz aspicit ista ex alto deus/et q̄uis raro in terris expēdere homines digna supplicia cogat/nullum tn̄ in sūmo eius iudicio malum impunitū relinquet Liberū nobis arbitri um dedit Viuere nos vt libet sinit/laxas dimisit mortalib⁹ habenas/ rationem rerum omnium dum iudicabit orbem exactutus est/Tunc q3 videbunt principes an ꝓpter eos regna fuerint instituta/an ipsi prop ter regna creati/qui suis omnia seruire libidinib⁹ volunt Spero tamē in hoc ecclesie negocio per cesarem nostrum et electores imperij bonos terminos inueniri qui ad vnionem ꝛ pacem eccl'astici ordinis totis vi ribus operas nauant Et puto in proximo norenbergen̄ 9uentu q̄ ad fes tum sancti martini indictus est nouum concilium conuocari nomina tiq3 locum Deus faxit vt euentus habeant res ecclesie salutares Tu scis vbi terrarum sum et q̄tum in me potestatis habeas non ignoras Nisi me vsus pro arbitrio fueris non mandatarij sed mandantis cul pe ascribendum erit Vale tam mei magis memor q̄ꝫ a me remocior Ego pro veteri familiaritate te colo obseruoq3 Ex noua ciuitate.

De dignitate palatinatus et aliqua de comitibus cilie.

Eneas siluius S p d Reuerendissimo in xpristo patri domino Juliano cardinali sancti angeli apostolice sedis legato Non cogit me necessitas sed amor scribere Litteris namq3 tuis quas ex buda .xvij. huius mensis die ad me designasti per magnificum can cellarium satisfactum est Nichil enim ille ex me petebant nisi vt crea cionem cuiusdam palatini comitis promouerem In hoc quid factum sit et quid non factum ex cancellario cognosces Ego illud addicio fe cisse michi verba super hac re nycolaum castellanum cum hac transi ret/meq3 id sibi respondisse quod nunc secutum est Hic principes sunt fere omnes cum opinionem aliq̄ꝫ induerunt Magna opus est arte vt sententiam mutent/Persuasum regi est inutilem fore hanc comitum creationem/Nec omnino errat/Quis enim non vitupe ret vsq3 ad mercatores sordidasq3 artes hoc decus egregium des cendisse/Sed tamen dum prohibere vult quod fieri non debet id

etiam vetat quod fuerat faciendum Seruandus est in omnibus rebus modus/et quam philosophi ponunt mediocritas quedā tenenda Sed hoc magnis auctoribus persuaderi debet Michi non plus fidei est ꝙ pecunie Ideoqꝫ tollero paciēter quando et me maiores eodem haberi modo tractariqꝫ video Sed de hijs finem facio/ne dum loqui propono videar oblaitus Nouitates quoqꝫ vix vlle sunt que per me scribi debeant Si quid erat cancellarius preocaipauit/Vnum tamen quod ille preterijt ex me notum habebis Comes enim cilie qui diu wienne et hic fuit petita erratorum venia/graciam regis meruit omninoqꝫ in concordiam redijt Nec aliquid regia maiestas ab eo voluit quod non integre reportauerit Demiꝫ comes nunc in graciam venire debet regiqꝫ se prosternere et omnia filij facta comprobare debebat rex cicius illuc proficisti sed plures eum occupationes detinuere Nunc scio si vera sunt que ipsius ore cadunt/iturum ipsum ante septendium/quia reuerti eum wiennā ad res bohemicas infra mensem oportet De cathelanis mutatis gallicisqꝫ variatis nichil scribam/quia ex alijs confluere ad te noua non ambigo Deus nobis vnionem concedat qualiscumqꝫ ea fuerit tandem/quoniam si a deo mala esse non poterit Ex ytalia miror nullam insignē per hos dies nouitatem missam Frigingeñ episcopus qui tuus amicus non vulgaris fuit preter opinatum omnium vita excessit Rex successorem optat germanum cancellarij Res in capitulo et apud eugenium et apud concilium diuersimode ventilatur Nec certum adhuc nec verisimile habeo quis debeat voto potiri Ego desiderijs meis omnibus germano cancellarij maxime faueo Det deus illi et secunda sint vniuersa Vale optime diuqꝫ/meqꝫ vt mea fert opinio commendatum habe.

De superbia gallica.

Eneas silumus S p d Gaspari neuatieñ adolescenti primario Recipio semper libenter tuas litteras et quia te amo gaudeo ꝙ in dies limacior fias et doctior Expurgationem quam de martino fecisti prono animo admitto ⁊ vt scribis ita esse confido Et ꝗuis illum tibi esse humaniorem vellem tue vtilitatis causa/letor tamen opinionem de illo meam apud te comprobatam esse/cuius supbiam idcirco non admiror quia patrium vicium est Michi enim vt credas velim nullam esse gentem que istorum superet ambitionem Nostri preterea inimici sunt/nec vnꝗ̄ nostri sanguinis hominem diligunt Nam cum sint ipsi pleni fastu viderique optimi velint potius ꝙ esse ytalos/maxime oderunt qui se precellunt Et quia eos nequeāt virtute imitari inuidia

prosequuntur Et quibus ipsi potissimum habundant vicijs ea generi nostro asscribunt Sed de hijs satis que non scribo vt publicers Nam hec scribere q̄uis vera sint plenum discriminis est/Alias loquemur li berius Nunc ista sepulta apud te sint/sufficiatq̧ soli tibi scripsisse/aut cū stephano viro optimo et doctissimo tm̄ cui ꝛ me ꝯmēdes peto Te au tem confidas michi carissimum esse/eamq̧ fore meam intentionem vt animo inter nos simus absentes quo p̄sentes fuim⁹/qd̄ de te sperare de me p̄stare possum vt cyceronis vtar verbis Carmina habeo nulla nūc edenda q̄a orationi solute opam hijs diebus p̄stiti Vale et me reueren dissimo domino cardinali nostro effice commendatum Ex wienna kł Julij.

Epistola responsiua nouitates aliquas et iocos con tinens.

Gasper slick Cancellarius imperialis S p d Domino Juliano cardinali sancti angeli apostolice sedis legato Scripsit michi crebro tua dignitas ꝛ in omnibꝫ quidem lr̄is humanis nunc se ria nunc iocos interserēdo quibus ita oblector vt sepe fastidijs curie sto machatus earum/lectione recreer/et illarum presertim que penultime apud me sunt/quibus nunc paucis respondebo Primumq̧ res graues attingam/post si videbitur satisfaciam salibus Tria sunt que pondus habent maius Primum est ꝙ in factis meis actum scribis/tum de do natione scole reuocata / tum de verbis pancracio factis / Pro quibus rebus gracias agerem tibi ex cuius hec officina prodisse non ambigo / nisi ius beniuolentie violare videar que gracias non verbis sed factis rependi vult Scio preterea tuam dignitatem altiorem expectare mer cedem q̄ꝫ ego possum referre Nam cum rem dei agas / in eo quoq̧ spem tuam iactam esse quis dubitet / Hoc sapientes faciunt quo rum extra numerum nemo te ponit Agnosco ego quia prudenter cogitas facisq̧ spem in domino reponendo / Ille namq̧ habunde re tribuit nec vllum frustratur premio virtutis / Non tamen idcir co immemorem me esse decet erga tuam paternitatem cuius af fectum magis pendo q̄ꝫ rem. Secundum est quod littere tue deposcunt vt apud regiam maiestatem supplex litteras impetrem apud capitaneum iaurineñ ne molestiam comiti palatino in suis possessionibus inferat / Ipsumq̧ fuisse et esse amicum meum signi ficas / Et primo loco apud serenissimum polonie regem haberi / Multumq̧ expedire putas ad pacem hungaricam pertractandam

sibi complaceri cum nauis hec clauum regat et quo velit ratem impel
lat Consona hijs verba maiestati regie scribis Ego tibi fateor postq̄
noui palatinum (que res iam est vetusta) me semper eius virtuti fuis
se affectum Illumq3 fratris loco et amasse et complexum fuisse Nec
ab hoc animo sum alienus memor et suorum erga me meritorum/nec
meorum erga ipsum oblitus Itaq3 pronus sum desiderijs eius quoad
possum parere Ac eam ob causam regiam maiestatem super re sua
non communibus verbis sed quibus promoueri res amici solet sum
allocutus Nec maiestatem ipsam abhorrentem inueni/sed auidam
tum palatini commodis subuenire/tum precibus tuis annuere Ideoq3
accersitis mox iaurimensibus quibusdam qui forte aderant scrutini
um super negocio illo habuit/reperitq3 non posse se de rebus quas
poscis ad presens intromittere Possessiones namq3 palatini antea
sibi sublate fuerant q̄ regia maiestas pupilli nomine de regno se in
tromitteret quo tempore promisit hungaris et teuthonicis ad suam
obedientiam venientibus tueri eos in possessionibus vniuersis quas
tunc tenerent Nec aliquid innouare velle quod vel eis vel pupilli iuri
bus preiudicium afferret Non posset igitur rex promissis suis contra
rius esse Verbum enim regium quasi oraculum habetur/firmumq3
semper et constans debet esse Nam causam habet palatinus aduersus
regem querele de gestis ante regimen suum Sed debet potius tolle
rare donec illa conuentio fiat inter reges quam tua paternitas excogi
tauit Tunc enim aderit ipse aderunt alij et ad concordiam nauabitur
opera Et si pax regni concludi poterit non deerunt modi quibus ipse
palatinus reddatur contentus Interim maiestas regia nichil innoua
re sed cum fratre suo rege polonie bonam tenere amiciciam deposita est
nisi fuerit vt sepius dictum est prouocata Q3 si rem meam cum hac
pacificare velles equumq3 diceres/ibidem michi fieri/responderem non
esse parem causam eius qui bellis interfuit vt alteram partem secutus
alteram impugnauit/cum illo qui ciuili bello fragranti se subduxit/nec
videre voluit ignem quo regnum incenderetur studio pacis semper in
tentus / Tertio loco tuarum litterarum poscebas comitatum palati
num alberto de bonacossis ferrarien̄ ex regio concedi munere Summe
preces tuo nomine serenitati regie facte sunt Sed nichil est quod ab
ea difficilius impetretur / Nemo adhuc dignitatem istam obtinuit
nisi vir magne nobilitatis regiq3 visus et hij nundum quatuor fu
ere/Vult in hac re profusam vt opinor sigismundi cesaris concessio
nem restricta et parca donatione compensare / Nec sane indigne

Nam si verum fateri volimus nimis passim hec honesta et ampla dig
nitas reperitur concessa Non tamen propterea desperandum amico tuo
dixerim Nam si contigerit te rursus esse apud hunc principem non ne
gabitur vt estimo tibi quod litteris tuis non est concessum Idcirco
rem hanc in aliud tempus differas quia non est quod epistolis tuis
valeat impetrari aut per domesticos optineri ¶ Iamqꝫ de serijs sat
quorum scopulis intromissis planum pelagus ingredimur facetiarum
Iocatur mecum tua paternitas Audio libenter iocos idqꝫ non improba
ri a philosophis didici qui medios inter rusticitatem et scurrilitatem
iocos posuere/ac damnatis extremis media probant Iocemur igitur
audacter Exercitus inquit in dies struitur sed adeo lente vt vereat ne
adueniente michaelis festo improperes michi quod alias wienne dixis
ti vt cum tempus venerit memineris eorum que dixi tibi Quid ego
dixi tibi Nempe non exiturum hac estate aduersos turchos exerci
tum Tu contra tanta spe ducebaris vt vix crederes tam cito budam at
tingere quin prius in armis omnis hungaria surrexiss̄ Hec tibi impro
perari times Queris an pocius mendax velim ꝙ̄ verus inueniri ꝓphe
ta Vtiliusqꝫ hic mendacium ꝙ̄ veritatem putas Nec ego alterius sum
opinionis Namqꝫ vt animi mei nucleum pandam cur ego non potius
falsus cum xpristianitatis vtilitate ⁊ honore velim videri/ꝙ̄ verus cum
dāno et dedecore nominis xpristiani Non sum tam auarus fame mee/
nec rumores pono ante salutē publicam Vtinam falsus vates vtinam
falsus predicator huius rei comperiar Sed noui ego mores quorundā/
scio me multos habere amicos quibus carior ꝙ̄ michi sum Vereor ne il
li plus mee ꝙ̄ sue cupidi fame sint Timeo ne vt meum nomen illesum
seruent suum commaculent Ego illis afficior ⁊ illi michi quasi pilades
⁊ orestes Ita suum seruare orestem pilades/⁊ pilade malebat orestes/
cū alterum occumbere oporteret Inter nos non fame non vite certamē
est Et alter alterius magis caripendit honorem/et sane magis me obti
nere expediret tum regno hungarie tum xpiane rei publice ꝙ̄ latissima
sit Nec ego qui sepe in expeditionibus bellicis aduersus turchos pro
salute hungarie et facultates ⁊ corpus cum effusione sanguinis presto
fui exponere nunc parcerem fame dum res agitur eadem Sed cogor
inuitus vt video videre et vates haberi ⁊ predicator veritatis admiran
dus / quod ne in hac re fiat dum supplex iterum atqꝫ iterum posco /
subiungis magnificum iohannem vaynodam et si omnes deficiant so
lum velle cum transiluanis aggredi hostes Illumqꝫ iam equites cur
rusqꝫ bohemico more instructos habere Pro quorum expeditione

quadraginta milia florenorum exposuerit Ad quod iam iter fecisses mihi pedi
tum comparandorum curam tibi mandasti Quos non facile apud nos di
cis reperiri/ Subdelegaresque michi diligentiam hanc nisi breuitas tempo
ris impediret/que stat sententia quod celeriter castra mouere Nec rursus
in me fidem habes quod in rem essem pronus Tu wienneñ times qui tres
galeas et loricas totidem dum ab eis recederes egre asportari tulerunt
De meo animo iam dictum est nichil est quod inde dubitare te oporte
at Crede michi quod nemo polorum quam ego in eam rem promior esset Nec
wiennenses obstarent quando pecunias vbertim afferri viderent Sed
noluerunt pro re modica se intromittere Hij enim ideo tuis armis mo
lesti fuerunt quia videbant tribus loricis non posse europam tutari/
sed aduersus australes arcus tres hungaros reddituros Quod vero
de tempore interseris id ego in contrarium suscipio quia meam sollicitudinem
et affectum quo ducor in hoc opus nosti Non audes michi mandare vt
pedites adducam/times namque ne prius venirent quam ceteri essent instruc
ti exercitus/excusarique potius super peditibus non inuentis quam impatis
argui vis Libet iocari libet ridere et animum hijs comitatibus relaxare
Nec inter sales intempestiue nouitates erunt Tu litteris quibus per
superiora satis responsum est narras cardinalem veneciarum apostoli
ce sedis legatum pro classe maritima venecias applicuisse iamque naua
re sue commissioni operam Michi ex romana curia littere misse sunt
quibus significatur parum spei fore in venetis Earum exemplum cum
presentibus mitto vt plene omnia ponderes/Videtur enim in regem
aragonum spes conuersa nauigij/ducemque burgundie ex nicia missu
rum classem putant Ante cuius aduentum satis spacij erit ad inue
niendos pedites siue apud nos eos velis querere siue apud polonos
Oportet namque ex nicia ituros in hellespontum/inferum mare per
transire/scilleis se gurgitibus credere/tum creticum tum ionium tum
egeum percurrere pelagus Multi scopoli vitandi/ceramnia fugienda/
radenda epirus/circuenda peloponesus tum phyades hyadesque timen
de et sydus helene perniciosissimum nauigantibus Et nichil in hye
me formidabilius mari/quod qui ingressus non est nescit quid est
hic periculum Et frustra neptunum accusat qui naufragium patitur/
Vides quantum temporis ad conducendos pedites tibi elargior/Mitte au
rum michi si non ante aduentum classis ingentem misero peditatum
cruci me obnoxium dedo Ex basilea quoque nobis non deest materia io
ci Illi enim cardinales qui tanto tempore auctoritatem ecclesie ac generalium
predicabant conciliorum vt mori pro illa velle viderentur vnius sui regis

litteris quibus non mores sed priuatio beneficioꝝ mandabat̃ basileam dimisere Sapiũt quippe/fide poti⁹ q̃ plebe volunt carere Non tn̄ paul abierũt sed apud solotrũ resident secũdos iussus expectantes Recedunt em̄ inuiti/sed magis stringit bursa q̃ honor/ Quid em̄ saluis infamia nummis Credo iam satis lusũ esse ideo ⁊ nouitatibꝰ ⁊ iocis facio finem supplicãs omnia salibꝰ adscribi nichil scõmatibꝰ q̄a paul ab hijs sum Nec michi anim⁹ nisi sale conditus est Commendo me paternitati tue reuerendissime ad cuius mandata sum meo ex corde atq̧ debito promptissim⁹ Datũ in noua ciuitate·1443·

De cicilia an sit duplex·

Eneas silui⁹ S p d Alberico malette papieñ comiti atq̧ doctori/serenissimi regis aragonũ oratori Cuius p̄claras virtutes nõ solum homines sed ipsa fata loquunt̃ Ep̄lam quandam cesari nostro et marchionis tabellarius reddidit sicud ⁊ tu michi futurum significasti In ea titulus erat qui vtriusq̧ cicilie mentionem efficiebat/quam rem satis sum demiratus Legi namq̧ satis multas historias Cosmographiam quoq̧ perscrutatus sum/nec vnq̃ ciciliam repperi nisi vnam que tamen sicania tum trinacria dicta est/quam nonnulli ex veteribus coniunctam olim ytalie tradunt fuisse/sed impulsu continuo superi atq̧ inferi maris disiectam esse terram que regium pelorumq̧ coniungebat/moxq̧ scille atq̧ caribdis inter abrupta moncium et inmania antra locum monstris fabulose datum Qꝫ vero ea ytalie porcio que quondam magna grecia dicebat̃ cicilie nomen habuerit nec legi vnq̃ nec audiui nisi nunc/qđ michi absurdum videtur Nec satis cause michi prebet q͛ reges qui cicilie neapolim tenuerunt duo regna fecerint/alterum vltra farum alterum citra Nam hoc regnum apulie illud cicilie dicebatur/non vtrumq̧ cicilie Hoc ad litteras regis nunc ad tuas venio Scribis te velle michi respondere duabus epistolis meis quas diuersis temporibus suscepisti Perlegi omnia que scribis/nihil inuenio q͛ meis petitis respondeas De rebus namq̧ ecclesie quas tibi commendaui nullum facis verbum sed omnis sermo tuus in marchionis causa versatur Plus amas vt video tuum principem q̃ putarem/Cum enim sua ingrederis negocia nichil est quod amplius recorderis Vtinam sciret ille tuam fidelitatem Nam cũ sit in omnes bonus in te optim⁹ esset Suades michi rem suam cordi habeam/Non loqueris muto sum tui similis Non minus q̃ tu cupio marchioni ꝯsultum esse/tum propter multas eius virtutes quibꝰ nostrum ornat seculum tum q̄a eum

fauere ingenijs et scio et gaudeo Curam meam et studium ac sollicitu dinem vniuersam apud cancellarium et apud regem adhibui Si cau sam egissem meam nec tam ardens fuissem nec tam facundus Cancella rius non indiguit stimulo/ipse sibi calcar erat Quod noui habitum est hoc est vt mille aurei qui venire quotannis in censum petebant in pan nos aureos aut argentea vasa conuertantur ne sordida videatur pecu niarum prestatio Nichil plus est qd precibus sit concessum Vos nunc consulite quod in rem vestram sit Ego non tanti facerem quod mutari potest Qz mea deuocio domino marchioni sit nota preclarum est si mo do et sua erga me caritas extendatur Cupit enim omnis dilectio reda mari Quod tunc in me fieri sciam cū michi scripseris gaude filiū qz ex munificentia mei principis pingue nactus es beneficium Vale et io cis vt iocis vtere/seria vti sunt recipe Dn̄m danielem si quando ad te venit aut si quādo ei scribis/meis verbis saluum facito Ex gretz oppido stytie ydibus septembris.

Reprobatur amicus qui se falso scripsisse dicit.

Eneas siluiꝰ Imperialis secretariꝰ S p d ffrācisco cōno aduoca to ↄsistoriali Queris mi frācisce q̄ m̄ plures dederis lr̄as et a me nullas susceperis Sz solet ista negligentiū esse cautela q̄ciens michil scribunt tociens se multum scripsisse iactant Ego tuas lr̄as rece pi nullas Vide an te vel me decipias/Non credo tuis lr̄is magis q̄ alijs clausū iter esse/Ceterorꝫ em̄ lr̄e ad me om̄s deferunt/Sed mitte hanc obsecro querelam apud me q̄ calleo has versucias Cum alijs hisce vte re et ad me si vis scribē scribe q̄a nunq̄ impune me visitabis De re quā nunc postulas hoc habe me velle et ↄmodo et honori tuo semp consulere/ Sed causa nunc occurrit nulla pinguis Hec p qua nunc agitur nichil habet p̄ter onus Ideo te qui aliquid lucri queris nolui facere grauatū Quādo materia se offert nō essem immemor tui q̄a te amo et tibi cupio bene esse Vale ex gretz die xx septembris.

De rege ladislao.

Eneas siluiꝰ reuerēdissimo in xp̄o patri dn̄o dyonisio archiep̄o strigonien̄ sancte rōne eccl̄e cardinali S p d Res noua pater colēdissime et fortasse mira videbit q̄ ego paternitati tue scribā qui nichil habeo tecū negocij/ q̄cꝫ nec nomīe nec corpe apud te sū notus Sz postfacio ista dū me ↄplaciturū tue reuerēdissime p̄nitati nō ambi go Namqꝫ cū partes serenissimi domini regis ladislai inter primarios

teneas defendasqꝫ/quis dubitet gratum tibi fore illius audire sospita
tem quem toto conatu defendis Ego quidem certus sum paternitatē
tuam reuerendissimam nichil in terris magis desiderare ꝙ puerum il
lum bene optimeqꝫ valere/De qua re cum dubia mens tua ex wienna
nuper vt accepi recesserit nō est ab re meis lr̃is scribi quod oculis vidi
meis vt confundantur qui passioni consulentes sue/non rei verba sed
rem verbis aptare nituntur Scribam igitur tue dignationi quid nu
per de puero et a puero in stiria sit actum/quod nisi verum comperias
subicio me cuiusuis iudicio etiam inimici et ascribo pene quam falsi
testes merentur/Iamqꝫ rem prosequor Stirie fluuius est qui ex alpi
bus precipitatus dranum influit amnem ac exinde per histrum fertur
in pontum muram incole vocitant Prope huius ripam oppidum iacet
gentili nomine gretz dictum Hic ex medio camporum equore ingens
tumulus surgit preruptis vndiqꝫ scopulis liber/cuius cacumen arx te
net ꝛ natura loci et opis humane presidio munita ad regiam quoqꝫ fas
tigiata magnificentiam Hic spes austrie/hungarie desiderium/et bohe
morum cura nutritus est rex ladislaus puer/quem ydibus septem
bris in aula regia coram frederico cesare patruele suo magna baro
num stipante caterua sum contemplatus/Adhibe obsecro aures tibiqꝫ
et puerum et mores describam Nec sine voluptate vt opinor que refe
ram audies Annos natus tres erat puellus iamqꝫ attigerat quartum/
sed etatem maturiorem tum proceritas pueri tum intellectus mencie
batur Tu enim eum aliquando in vlnis habuisti quādo coronam regio
inponeres capiti nunc dimittis seruum tuum dn̄e dixisti quia viderunt
oculi mei salutare tuum/Sed alia nunc pueri facies est Aspect⁹ eius
omnes qui aderant incredibili voluptate impleuit/Incedebat namqꝫ
per aulam tamꝙ sciret se regem esse/ deberiqꝫ sibi ab omnibus reueren
ciam /oculosqꝫ nunc huc nunc illuc non sine maiestate quadam deflec
tens candidulam manum porrigebat astantibus Tantaqꝫ relucebat
in puero grauitas vt sepe minorem grādeui reges pre se ferant Anteꝙ
patruelis adesset nutricem percunctatus est sepe vbi nam esset At vbi
venientem didicit in honorantis modum suapte caput inflexit/Et
tamꝙ sciret ducalis dignitas ꝙtum ab imperiali distaret aliter sigis
mundo duci aliter cesari se obuium dedit Dum hinc atqꝫ illinc in circu
lo interpellaretur ethiopem forte vidit moxqꝫ in cesaris fugiens si
num/heu ꝙ inquit deformis es Demiratus est cesar confugientis ad
se pueri confidentiam qui priori tempore nunꝙ in eum dirigere lumina
voluisset/letusqꝫ nouitatē circumstantibꝫ exponebat/Tum magnificus

cancellarius gasper Ne mirere inquit imperator/Numen in puero est/nec regius sanguis diuini spiritus tutela caret Matrem habuit cū te antea spreuit Nunc illa defuncta preter te habet neminem/ideoq3 tibi tamq̄ꝫ patri alludit Tu illi pater tu mater/ tu auus es In te illi spes in te subsidium in te salus est Scit hoc puellus et quia pupillus est orphanusq3 auxilium tuum implorat Te sibi patronum petit tuto rem aduocatum protectorem Ego desertus sum inquit/hinc poloni hun gariam occupant/hinc bohemi nouas res moliri student Etas mea contempnitur Et quia annos non habeo/nec ius credor habere At si tu me cesar iuueris maxima hec duo regna michi obedient Nec pre ter te maiorem regem q̄ꝫ ego ero europa videbit/Sin deseris ex re ge coronato patruulus fiam dux Ex quibus rebus altera domum nos tram tollet in celum altera in profundum merget Sed obsecro vt cu ram mei habeas cesar Vt familie nostre honori consulas et tuam serues dignitatem/ne ius meum alieni vsurpent meaq3 abutantur etate Hoc vult puer o cesar cum ad te venit/hoc ille blandicie postulant/hoc est q̄ꝫ ad te confugit non sine aliqua diuinitatis instigatione Tu pueri tu pupilli tu orphani et sanguinis tui misetere Mouerunt cesarem tum puelli blandimenta tum gasparis verba Ac post moculam Non deseram inquit gasper sanguinem meum nec si romanum imperium aut austria quicq̄ꝫ poterit periclitari Justiciam pueri sustinebo Sic q3 locutus patruelem brachijs eleuans media fronte suauiatus est Erat puer vltra q̄ꝫ dici possit formosus Nasum aui materni ⁊ frontem susceperat Oculos ex patre mutuat⁹ erat/Pectus ⁊ humeros ex vtro q3/cetera matris erant Ore paruo/malis ad graciam tumescentibus/ succi plenus ac plus lactis habens q̄ꝫ sanguinis Capillis crispis et in auri fulgorem nitentibus Risu cum verecundia mixto Nichil in puero manda dignum Si nudum solumq3 in nemore quis repetisset regium genus in puero cognouisset/nec aut illi canis aut lupa defuisset nutrix sicud de cyro referunt atq3 romulo O si puerum hunc viderent hunga ri tui qui tecum in fide manserunt O si eum tangere aut audire possent quos animos sumerent / quas acies ducerent / que bella gererent / quas ederent hostium strages Stupebam olim ego cum legerem mace dones cum illiriensibus p̄liantes quoniam prima pugna sucubuissent seqūti die certamen instaurasse infantemq3 ob cuius regnum certa bant ad bellum iacentem in cuius detulisse/quo viso tantus ardor inua serat milites vt hinc leones illinc pecudes crediti fuerint preliantes

Accendit namq virtutem commoratio pueri quem indigne priua ri regno cernebant Versi ergo in fugam illirici victoriam hostibus red diderunt recognoscentes priori certamine non vires illis aut animos sed regis auspicia defuisse Que cum michi prius fabulosa viderentur/ ladislaus puer auitis regnis spoliatus credibilia prebuit Nam si ego alienigena sub imperio natus romano commoueri viscera et omnes mutari affectus ex aspectu pueri sensi quid inquam facturi sunt illi qui bus hunc natura dominum tradidit/quos pater eius et mater et auus rexere/qui eum inter se nasci viderunt/qui capud eius adhuc infans dyademate cinxerunt/qui iureiurando promiserunt obedientiam Rem pe si verum mea sententia fert nō solum fideles presentia pueri commo ueret sed ipsos etiam qui fidem cum fortuna mutauerunt ad commise rationem traheret/ymo et ipsos hostium truces animos frangeret/ Nec telum esset tam asperum cuius acies in puerum posset a deo ge nerosum/Nec vllius oratio tantū momenti haberet in populos quantum seipsum puer in medio multitudinis erigens/siue is esset quem mirabar tur athene siue quem vniuersi sequebantur quirites Habet enim laten tem quandam energiam regis facies Nec vllus est tam durus tam as per tam ferus aut immanis qui regibus indigna ferentibus non com patiatur Sed tunc precipue misericordia crescit cū is qui patitur suam calamitatem effari per etatem nescit/ac vbi flendum esset risu diffun ditur/vbi ridendum planctu/qualem cernimus ladislaum qui etsi maximam habeat plorandi materiam/sepulto patre ortus/matre ac regnis denudatus/alacritatem tamen ostendit/equum ascendit ligne um totamq letabundꝰ obequitat aulam O generosum puerum Quis est qui te spernit regem/quis est qui tibi nolit subesse/que illi nobili tas satis erit cui tua minor videtur Nemo est orbe toto qui te generis claritate precellat Nemo par est/multumq distat necesse est qui ti bi secundus ponatur Fabulantur gallici troianam prosapiam/sed illa iam diu defecit/terq post francorum in galliam transitum regiam stirpem gallici variauerunt Aiunt anglici brutum quendam euerso ylio ad se venisse vnde reges eorum trahant originem/quod nullus istoricorum tradidit preter anglicum quendam parum eruditū q volens romano generi insularem equare sanguinem/qd liuiꝰ atq salustiꝰ graues auc tores de enea narrauerūt finxit de bruto/quamquam et postea saxones britan niam magna vi inuadentes/pulsis prioribus incolis/nouos cultores induxerint/ac reges et linguam mutarint/At tecum ladislae nichil oportet fingere Utinam veritati satisfaceret calamus/nostraq posset

oratio fieri vero conformis Sed superat omnem sermonem tua nobili
tas/ Namq3 vt preteream nobilissime australis dom9 originē ad altū vs
q3 iulij sanguinē repetendā/ genitorē tuum romani hungari atq3 bohe
mi regē suum venerabant Cui9 opera tantū in orbem vulgata sunt pro
tutela fidei ꝛ augmēto nominis xpiani gesta/ Auus ijsdem pfuit regnis
Turchos plurimis plijs lacessiuit Scythas plurimos domuit Omni
bus infidelibus terrori fuit Scissam ecclām tresq3 colentē pontifices in
constancieñ concilio traxit Ad vnionem gallos anglicos infestissimos hos
tes composuit Hispaniam pacauit Ytaliam ter intrauit coronamq3 cesa
ream suscepit Cuius fratres reges fuerunt Pater illi karolus quart9
fuit et illi abauus henricus septim9/ cesarum q̄ post theodosiū regnaue
re/ tum sapientissim9/ tum gloriosissim9/ sub quo germania ꝛ ytalia qua
si columbe sub aquila tremebunde tulerūt imperiū Cui9 maiores longa
serie romanā rem publicā gubernauerūt quam nunc ꝛ tuus patruelis
fredric9 administrat O splendidū genus pueri O gloriam O laudem
Vbi nam sanguis illustrior vbi nam seriem tante nobilitatis inuenies
Obscuritatē querunt q̄ post tantam generositatē alium petunt regem/
Infantis splendorē hungari fugiūt quem nec macedones nec babilonij
nec romani contemnerēt sed vltro sibi regē deposcerēt Cui9 egregia indo
les psagium facit/ paternā in eo fortitudinē/ auitam prudenciā et vtri
usq3 liberalitatē reuicturam Nec tantam de se spem aut ascanius enee/
aut hector priamo/ aut alexander philippo pbuit q̄̄ tam in hac etate la
dislaus se visentib9 exhibet Hunc cesar expediem in austriā secū addu
cet/ hungarieq3 vicinū pbebit vt videri ab hijs possit q̄ amant/ et time
ri ab hijs q̄ odiūt Faxit deus vita vt illi longior sit/ vt ꝛ nestoris equet
annos/ et augusti felicitatē superet Hec habui q̄ de ladislao nunc scribe
rem/ que cū scirem tibi iocunda silere nolui Tu si visum fuerit et amicꝭ
ꝛ inimicis hec communicare poteris/ illis ad gaudiū istis ad penam/ quoꝝ
tandē oculos diuina pietas adaperiat vt ad cor reuersi dñm suū agnos
cāt/ eiusq3 poti9 veniā q̄̄ vlcionē expectēt Tu vale feliciter bonoq3 ani
mo puelli regis etatē tolleta/ quo virilem togā sumēte et tu ꝛ tui oms
plus inuenietis leticie q̄̄ sperare fas fuerit Ex gretz xvi kl' octobris
Anno·1443·

De sobole·

Nthoni9 fortuni9 Gaspari genitori S p d Letteris an doleas q̄
m̄ sobolē deus dederit incertū te scribis pat At ego leticie cau
sam video/ doloris non video Quid enim dulcius in humanis

est q̄ gignere sibi similem q̄ suum extendere sanguinem/et habere quē
post te relinquas Quid in terris beacius q̄ natos videre natorum Mic
hi equidem ingens voluptas est q semen meum fructificauerit/q̄qꝫ an
teq̄ moriar aliquid de me supersit Graciasqꝫ domino refero qui partū
femine signauerit in marem/et apud te patrem meamqꝫ matrē aliq̄s
peruulus ludat anthonius/et solacia prestet auis que debebat pater
impendere Qꝫ si tibi genitor gaudio fuit meus ortus cur filius meus m̄
non sit leticie An ne te quoqꝫ letificabit infantuli vultus cum meam in
eo videbis effigiem Nunquid tibi iocundum erit cum peruulus pende
bit ex collo nepos/puerilesqꝫ blandicias agitabit Sed ais fortasse do
lere meum crimen q ex peccato genuerim filium Nescio quam de me
finxeris tibi opinionem Certe nec lapideum nec ferreum genuisti fili
um Cum esses tu carneus scis qualis gallus fuisti At nec ego castra
tus sum nec ex frigidorum numero Nec sum ypocrita vt videri bonus
q̄ esse malim Fatebor ingenue meum erratum/quia nec sanctior sum
dauid rege/nec salomone sapientior Antiquum et vetus est hoc delic
tum/nec scio quis hoc careat/Late patet hec pestis/si pestis est natura
libus vti/q̄q̄ non video cur tantopere damnari coitus debeat/cum na
tura que nichil perperam operat̄/omnibꝫ ingenuerit animantibꝫ hunc
appetitum/vt genus ꝯtinuaret̄ humanum Sed dicis vt arbitror cer
tos esse limites intra quos hoc liceat nec extra legitimas matrimonij
faces ꝓgredi debet/Ita est sane Et sepe inter ipsa nupciarum claustra
scelus admittitur/Bibendi quoqꝫ comedendi et loquendi certi sunt ter
mini Sed quis seruat illos Quis tam iustus vt septies in die non ca
dat Loquat̄ ypocrita seqꝫ nullius culpe sanctum dicat/ego nullum me
ritum in me scio/solaqꝫ diuina pietas spem facit misericordie que nos
labiles scit et ad lasciuiam ꝓcliues/nec nobis qui patet omnibus fon
tem venie claudet/Sed de hoc satis Nunc quia coniecturas petis ne
alienum ꝓ me nutrias quō res se habuerit paucis exponam Nondū
anni duo effluxi sunt ex eo tempore quo argentine gerebam oratoris
mun⁹ Quinquagesima tunc currebat que ante proximam preteritam
fluxit Ibi cum ociosus diebus essem pluribus mulier ex britannia veni
ens diuersorium meum petens in vnis edibus mecum fuit/nō inuenus
ta nō etate ꝯfecta Hec q̄a sermonē ytalicū egregie nouerat me verbis
salutauit etruscis/quod illa in regione tanto magis placuit q̄to rari⁹
erat Oblectat⁹ sum facecijs femine cui⁹ in ore maxim⁹ lepor erat Mox
qꝫ in mentem venit cleopatre facundia que non solum anthonium sed
iulium quoqꝫ cesarē eloq̄ntia inescauit/Meumqꝫ aio Quis reprehendet

si ego homuncio id faciam quod maximi viri non sunt aspernati Interdum iacob/interdũ aristotilem nonnunq̄ xpianos in exemplũ sumebã Quid plura Vicit cupido Incalui Mulierẽ arsi/multisq3 blandimẽtis adorsus sũ Sz vt asperis cautibꝫ vnda repellit̃ freti/sic verba hec mea contempsit triduoq3 suspendit Erat illi filiola annorum quinq3 quam nnluichus pater hospiti nostro omendauerat Verebaturq3 mulier ne q̄ hospes presentiret filiamq3 post hac quasi moris materni abdicaret Instabat nox sequentiq3 die recessura mulier erat Timeo ne abeat preda Rogo in noctem ne ostio camere pessulum obdat Dico me in tempesta nocte venturum Negat ne spem vllam facit/Insto semper Item responsum est Itur dormitum Mecum ego Quid scio an illa vt iussi fecerit Recordor zime florentini/forsitan illius amicam hec imitabit̃ Temptandum est inq̄ Postq̄ silencium vndiq3 sentio thalamum mulieris accedo/Clausum ostium est non firmatum Aperio Ingredior/Mulierem pocior/Hic natus est filius Mulier elizabeth vocatur Et ydibus februarij ad alias ydus nouembris menses currunt qui partui dantur Hoc michi dixerat mulier dum basilee postea fuit Ego q̄uis ipsam non pecunia vlla sed maximis emissem precibus vt est ars feminarum credebam hec auri corrodendi causa dici nec verbis prebui fidem Nunc quia video eam hoc asserere quando nichil a me spetare potest quando nomen conuenit tempusq3 puerum meum puto/Teq3 mi pater rogo vt nepotem suscipias alasq3 donec grandiusculus factus ad me valeat proficisci meisq3 imbui disciplinis/nec puta feminam diuitem mentiri velle in filio/Nunc alia prosequar Scribis te senio cum matre confectum Hoc mi pater tibi sibiq3 iocundum esse debet q̄ eos annos attigisti quos optabas iuuenis/Iamq3 libere et expedite potes deo seruire omnibus spoliatus passionibus que mentes iuuenum a deo alienant Nec michi dixeris omnia fert etas animũ quoq3 Vt ex hoc perire animum putes q̄ diuinus est atq3 inmortalis Sed voluit poeta significare etatis cursu vigorem illum animi tepescere q̄ est in iuuenibus ardẽs/ Sed ille magis ad vicia q̄ ad virtutes inclinat In senibus purgatus est animus nichil preter honestum cupiens/qualem tibi et matri mee spero esse q̄uis illa nunq̄ mundanis desiderijs inheserit/sed heroyca quadam virtute soli deo seruire beatum duxerit/Hoc fit in senio ideo minus tristor Si enim iuuenes essetis timerem de vobis magis q̄ de filijs helene Quod scribis certum est apud me gratumq3/tuum est curare vt lrãs discat que sole homines tollunt sup alios Ego cũ statũ meũ firmiorẽ videro alteram michi assistam/Iacobus baldeus si ad me

scripserit responso non carebit/ puocari litteris non expectet/ tociens em̄ necessario scribo vt michil ad libitū vacet Lectura eius ordinaria sallaioqȝ letat⁹ sū famāqȝ suā in dies crescere cū leticia pcipio Bartho lomeo cū p̄sentibus lrās do/ nec eius obliuiscor vnq̄ p suis erga te ma tremqȝ meritis et quia sororem meam ɔiugem suam vnice amat Ma trem tibi ɔmendo tueqȝ fidei/ deumqȝ rogo vt patriam potens supstites om̄s inueniam/ ɔuentū namqȝ cū leticia celebrabim⁹/ ⁊ quomodo id qđ restat viuam⁹ spacium ex tuo transigem⁹ arbitrio/ nec michi in te vlla erit ɔtrouersia Amicos om̄s iube ex me saluos esse/ filiolum suscipe et quicquid egeris michi rescribe Vale ex constantia xx die septembris Anno dm̄·1443·

Hortatur ad ferendam penam pro delicto

Eneas siluı⁹ Gasperi adolescēti p̄mario S p d Oblectant me lr̄e tue quas et familiariter ⁊ ornate scribis Hee vero nouissi me cum ornatu facecias quoqȝ attulerunt atqȝ idcirco magis placiere Vnum tamen in illis sum demiratus q̄ triduanum ieiunium idqȝ interpellatim tantopere exhorrueris Nec profecto aliam causam interpretari possum nisi cardinalis nimiam facilitatem q̄ tibi iacoboqȝ nimis indulget Vosqȝ cattorum ex more q̄to magis dimulcimini tāto alcius caudam eleuatis Loquor tecum libere/ q̄a tu te vis esse discipulū dum me magistrū vocitas/ quo nomine honoratū me sentio Sed loqua mur obsecro/ recipiamus vite staterā delictumqȝ cū pena trutinantes/ An cardinalis magis ac tu erraueris videam⁹ Ducit mulier claucul ū in edes vt amatori comiaceat/ nequit exire vt introiuit oculte/ pandit tibi scelus Tu causam amici suscipiens emittendi mulierculam studio vocas/ remqȝ perficis Cardinalem celas Scio te illius esse prudentie ne te consulente adduci potuerit mulier Id enim graue delictum erat et prodicio quedam in dn̄m cuius honori multum poterat detrahi Post scelus emissum amico consulere non fuit erroris nisi plus domino q̄ a mico debuisses Amicicia enim nullius viri derogat/ nec aliquod admit tit turpe Sed dic te omnino decuisse amici delictum tegere Sit ita Nempe vt tibi honor amici sic cardinali proprius cura esse debet Tu cardinali iacobum pretulisti/ cur non te cardinalis sibi postponat/ seqȝ preponat tibi Tu eius seruitor es/ eius panem commedis vinūqȝ bibis/ cur si peccas in eum non punieris Sed ais penam duriorem ⁊ iu dicem asperum esse/ Vide q̄ inique agis postq̄ sinistre cardinalem in cusas Sciunt peccatū e vestigio/ non tamen statim cognoscere causam

puniretqȝ voluit Cur hoc Nempe ne dum ita faceret/rationis tramitem iudicando pteriret Quid hoc Nunquid sororium est illi platonis facto/qui aduersus deditum veneri seruum ita parcitus vocato sororis filio speusippo/abi dixit hunc verberato/nam ego nimia exagitor ira Architas tarentinus summus philosophus ex bello rediens cum agrum incultum squalentemqȝ offendisset / accersito illius villico nisi iratus forem luetes ait Timebat quippe vir sapiens ne ira animum a cognicione veri reuocaret vlcionemqȝ differendam in tempus duxit / Idem cardinalis factitauit qui comperto scelere noluit prius ad punitionem procedere q̄ ita triduo cedaret / Virum certe q̄ prisca etas in philosophos numerasset Vidimus modum procedendi ad iudicium / sententiam nunc videamus Quid durum quid asperum q̄d acerbum hic mandauit/Alies familiares suos huiusmodi ppetrātes aut domo expulisset aut virgis cedi mandasset/Cardinalis sancti eustacij sepe ob minores reatus compedes dedit/At hic vir mansuetus qui iuuentutis vicia nouit et q̄ difficile sit aculeos carnis comprimere non ignorat/nichil horum fecit At tibi gasper triduanum ieiunium indixit Tu hoc graue et importabile iugum teris Nempe si ita pergis gasper suadeo ne curias sequaris Nam si hoc tam mite imperium ferre non potes / nullum poteris ferre Non sunt michi crede duriora castra q̄ curie principum Vbi / inuidie / simultates / detractiones / odia / inimicicie / contumelie / iniurie / pene infinite / que res nullo modo q̄ p pacientiam vinci possunt Hee res in curijs ecclesiasticorum prelatorum tanto maiores sunt q̄to qui in illis versantur sunt doctiores / ingeniaqȝ sua non in bonum sed in malum plerumqȝ vertunt / Qz si tu ieiunare nos potes nec illa ferre poteris Ego te tamen scio virum robustum esse qui et inediam ⁊ sitim tollerare queas Sed nichil apud te difficilius est q̄ animum domare Nam cum sis iuuenis / facis vt iuuenis / cuius proprium est semper vincere velle At iuuenes non possunt peruenire quo volunt nisi iuuenes esse desinant / seqȝ aliquando vinci paciantur Ideo et ego tibi suadeo mi gasper vt animum flectas tuum / tibiqȝ et tuipse dominetis ⁊ alios aliquando dn̄ari sinas / maxime viros prestantes qualis est cardinalis et auunculus tuus Nec velis omnia ex tuo capite facere / sed ex aliorum sensu aliquando viuas Nos eṁ maxime quādo iuuenes sumus parum nobis videmus Nichil est tucius q̄ ex iudicio amantis viuere Ego ea qua nunc etate es diebꝫ duodecim ex pane a quaqȝ vixi ⁊ diucius vixissem nisi voti fuisset finis Nec deus ille opifex rerum nostriqȝ sator et alitor aliud ab inicio nobis alimenti prebuit q̄

glandes et aqua Qz si nostra postmodum luxuria alia cibaria inuenerit non tamen nature bonitas preterijt quin adhuc illis possumus viuere cibis qui nostros aluerūt parentes Tibi illud plus oblatum est quod ante vineam noe non erat Ideo rogo vt querelam ponas teqz cardinalis subicias sententie/quam tanto iustiorem fatearis quanto durior tibi est visa De alijs que scribis alias agemus Tabellarius fugiens scribere pluta nō sinit Cardinali me commenda ꝛ iacobum saluum dicito Ex wienna die v octobris Anno·1443·

Hortatur amicum vt pro se possessionem beneficij accipiat·

Eneas siluius S p d Domino iohanni auanch canonico tridētino et confratri suo Qz tibi non scribo sepius causa est tua in rebus meis diligentia Ita enim res meas curas vt nichil sit opus scribere/nisi velim gracias tibi agere que pro factis nō est digna compensatio Nec nunc aliquid scriberem nisi nouus casus emersisset q̄ tuo indiget auxilio Credo te scire plebē sarantane vallis per decanū nostrum meo nomine acceptam esse In eius pocienda possessione vis sit neqz absqz timore sum qz alius illuc se intruserit Tu procuratoris mei officium geris/patronus meus es/aduocatus protector Sicut in prebenda fecisti ita in ecclesia facias rogo Pater meus franciscus bossius te admonebit Si qua in re opus sit adminiculo tuo/illi obsecro ausculta/ꝛ in omni meo negocio ipsum quasi me audi qui nō solum in rebus meis sed in corpore et in anima ius habet Ego quia nichil pro te possum nichil facio Animus adesset si facultas preberetur Tu si scis emolimento aliquo/honori/voluptati/beneplacito tibi me esse/iniuriam feceris amico nisi commonueris Vale Ex wienna die xi octobris Anno·1443·

Exhortatoria ad vnionem ecclesie·

Eneas siluius S p d Ade de mulin anglico apostolice sedis prothonotario patri et amico optimo Quo in statu sit res publica xpristianorum vides/Lacerata ecclesia est/nec in populo nec in clero pax est Dolet super hijs inuictissimus imperator noster/et vt aduocatum decet ecclesie operam nauare cepit vt subortum scisma possit eradicari Ad hoc nullus aptior videtur modus quam generale cogi concilium Hunc ille amplexus est et super eo ceteris regibus ac principibus scribit Inter alios autem precipuam spem habet in serenissimo principe domino tuo meoqz rege anglie/eumqz rogat vt secum ad vniendā

ecclesiam velit concurrere sicud ex litteris ad eum missis pspicies Qd ideo ad te scribo vt cum sis vir bonus et prelatus optimus adiuuare domini nostri imperatoris propositum velis et pacem ecclesie promouere Ad quam rem hortarer te pluribus verbis nisi zelus tuus ad comune bonum esset michi pspectus Scio namqz voluntatē optimā tibi nequaqz deesse/sed nec ptās abest Intelligo em̄ ex omnibꝫ q̄ ad nos veniunt ab anglia teqz noscunt pmum te virum esse aut primo proximum ex hijs qui regie serenitati sunt cari Quod tum propter priuatam qua tibi afficior amiciciam tum ꝓpter comunem vtilitatem tam michi placet qꝫ tuis debet necessarijs placere Minime namqz dubito q̄n eo loco sublimatus sancte matri eccl'e multū ꝓsis et nunc p̄sertim cū via aperta est ad concilium ꝓ pace xpristiani populi celebrandum Quod si apud maiestatem regiam sicud spero ꝓmoueris/summam laudem consequeris/Nec plura in hoc tātum hortor vt ea pares/mediteris/cogites que esse in eo prelato debent/qui scit afflictam ecclesiam et oppressam/miseris temporibus nostris/ꝛ perditis hominum moribꝫ/ꝛ cupit vt in pristinā dignitatem et libertatē vendicari possit Ego apud cesarem nostrum secretarij locum teneo Quod tibi ideo significatum facio vt si quid sit quod a me velis opera tuo confidenter vtare qui cum etiam plus contenderim qꝫ possim minus tamen facio qꝫ debeo Qꝫ te singulari numero appellauerim/scio tibi non esse molestum q̄ ꝛ ytaloꝝ morem/et omnium veterum non ignores ↄsuetudinem Vale ꝛ nullatenus id omitte vt p latorem p̄sentium de regia intentione mihi nō rescribas Datū wienne xviij julij Anno·1443·

Redarguit consanguineum auxilium a se petentem·

W Enslaꝰ regie cācellarie scriba S p d Johāni de bochollis fratri carissimo Pulsas me crebris lr̄is vt hospiti tuo panem soluam qꝫ comedisti quasi tuꝰ cibus mea pinguedo sit At ego non inebrior vino quod bibis/nec me tua pulmentaria iuuant/tu da pecuniam qui consumpsisti cibaria Ego meum cur dem qui vix tantum scribendo erado qꝫtum ad vitam sufficit Thagus hispaniam preterfluit/pactolus asiam/qui duo fluuij arenas dicuntur aureas habere Huc tibi eundum est si aurum petis Cancellaria regia inops est vixqz suos asscripticios nutrit / Ego plus prebui tibi qꝫ deberem qui vestem quam emeram nouam dedi vt te ab hospite quasi captiuum redimerē Martinus quem pannonia genuit / ytalia nutrit / gallia pastorem

habuit et omnis xpristiana veneratur religio nudo pauperi medium paludimentum prebuit/ego solidam dedi pallam Nnunc quereris nō satis esse hanc/quid ad me tu videris Quod potui hoc feci Nisi sufficit quere aliunde quod sufficiat Vir maturus es etate longeuus Non tibi honori est alienum subsidium querere cum possis ex tuo officio viuere Quod si tenue est quid ad me Proximus sum egomet michi/Vide tu tibi ego michi videbo Non curo quid hospes dicat Vestem sibi non me dedi vtatur vt libet Si satis est habet quod suum est/si minus in te ac tio est Me satis est vestem amisisse Nichil ad me vxoris iob verba mihi maledictio/nemo leditur nisi a seipso Cupiat michi mala quicumqꝫ vult/nisi opera facio malo digna/in vanum maledicitur michi Ego te rogo et alios mei consanguinis homines/me vt iam missum faciatis/ quia non sum in spem natus omnibus qui vix michi sum satis/Viuite vos vt potestis et me nunquam fuisse natum credite Cogitate omnes quo modo lucrifacere animam possitis/id quoqꝫ ego curabo Reliqua vana/ caduca/nulla sunt/hodie sumus cras non erimus Ideo edificemus illic vbi neqꝫ tinea neqꝫ erugo est/vbi nec fur nocet nec latro Illuc meus fertur cogitatus/illic et me queras volo et vtinam inueniar De liberis alijsqꝫ rebus tuis fac quod iusti est Et aliquando cogita sine me posse viuere et possum et statim mori et multum viuere Sed omnia in manu dei sunt ideo illi seruiendum est Tu vale et desine me amplius lacessere iniurijs Datum wienne xij octobris Anno·1443·

Acausat locorum mutationem et amicicie officium aperit·

Eneas silulus imperialis secretarius S p d Piro optimo et fratri suo amantissimo richardo de valencia scriptori apostolico Ex plurimis litteris quas ad te mitto vne saltem ita felices erunt vt te conueniant Nam quid est mi richarde vt cum mediolani te quero basilee sis Cum rursus basilee te peto mediolanum abijsti Credo more hominum te agere qui ea que assunt michil curant que absunt maxime Et nullibi minus esse volunt quam vbi sunt Ytaliam habens germaniam cupis In germania vero ytaliam et sic fit vt et tu nunquam quiescas/et ego te meis litteris reperire nullibi possum Sed faciet forsitan deus tui nunc copiam quando aliena negocia tue cure commissa mediolani te tenēt Id sperans hanc epistolam laurentio de rotella vtriusqꝫ nostrum amantissimo tibi obsignatam commisi duas ob causas Alterā vt scias non esse me tui oblitum cuius memoria mihi semper est iocun

dissima Alteram vt in te mee ꝓpositure patronum te facerem Res est tibi nota ideo illam non repeto Scribit pro me regia maiestas neutro sexꝫ rogat vt michi ecclesia restituatur Nescio q̄ntum proderunt regie preces Illud autem scio/nisi adiute fuerint nichil agent Littere semel tantum loquuntur/aliquando etiam nunq̄ maxime in ducali curia vbi epistole vndecumqꝫ veniant per secretarios aperiuntur et si libet il lis duci ostenduntur/sin vero aut cloacas incidunt aut tabernas aro matum piper aut crocum contecture Ideo michi opus est auxilio tuo vt litteras iuues quarum copiam tibi ostendet laurentius Noti sunt tibi vniuersi et amici ꝛ inimici mei Illis vtere hijs resiste/et fac vt tui laboris sentiam fructum Nisi scirem q̄ntum me ames efficatius scribe rem sed nolo videri amicicie nostre diffidere quam tantifacio vt te mihi orestem et me tibi pyladem arbitror esse Ne scipionis ꝛ lelij aut spar torum amicorum quos alij pictagoricos vocant nostre beniuolentie pre feram amicicias Satis est tibi nosce quid velim In calce epistole illud subiungendum est vt alterum te philippum meum meis verbis saluum dicas/Et nouarien̄ antistiti me commendes Et causam meam studiū meum in tuis obsequijs offerre ius nostre dilectionis nō fert quia nec oblationes nec preces amicicie cancellos ingrediunt̄ Quibus in rebus vtilitati tibi possim esse si scis et me non vteris tua est culpa/Et meum esset detestabile vicium nisi morem tue voluptati gererem michi note Vale ex wienna nonis octobris Anno·1453·

Que sit homini patria·

Eneas siluius S p d Iheronimo conciui suo et amico percaro Antique sunt apud me iheronime amantissime lr̄e tue quibꝰ hactenus nō respondi Nam iturum te in apuliam sensi Nunc quia potes iam redisse hec pauca ex me habe Nichil dubito mi iheroni me te fortunam omnem meam ꝛ honores si quos habeo semper oblecta re Scio enim quia me amas/et amantis est amari prosperitatem su am ducere Itidem ego erga te facio/Quicquid boni de te audio sepe au dio mirum in modum me letificat Quod hortaris studio litterarum vt sedulius incumbam/facio quo ad possum dum ocium suppeditatur Sed distrahunt me tum occupationes multe tum cure diuerse Qd superest totum litteris dedo ne poete titulum inaniter videar suscepisse De pa tria quod ais memorie teneo sed michi crede omne solum forti patria est Ego quidem malo extra patriam bene viuere q̄ in patria male Nec nos in terra sed in celo patriam oportet inquirere Socrates cum

aliquando interrogatus fuisset cuias esset/mundanum se dixit Nos si melius respondere velim⁹ celestes dicem⁹ esse/q̄a illinc originē ducim⁹ ⁊ illuc si bene vixerim⁹ reuertemur Sꝫ nimium verba extendo/Vnum restat quod ex te volo Causa mee prepositure tibi notissima est In illa scribit regia maiestas sollicitator erit laurentius de rotella q̄ optime nosti precor vt assis Et si forte idem prepeditus fuerit rem totam in te suscipias et ad calcem deducas Pauca amico sufficiunt sat est te nosse desiderium meum Vale et viro doctissimo cristofero me commenda/q̄ etiā si occupationes sinūt in causam meā accerse patronū Ex wienna Anno·1443·

Epistola commendatoria cause sue·

Eneas silui⁹ S p d Gumforto iurisconsulto ac serenissimi dn̄i ducis mediolani secretario Ex leponsijs hac p̄terita hyeme super re p̄positure mee lr̄as ad te dedi vt illustrissimo p̄ncipi duci mediolani ꝓ me loquereris te rogans/obsecrans/michil exinde respōsi a te suscepi/qd nō tibi sed tuis occupationib⁹ imputo Scripsit autē m̄i paucis ante dieb⁹ q̄ moreret̄ mediolaneñ antistes de tua erga me optima voluntate dixitqꝫ tuū esse ꝯsilium vt cesaris lr̄as ad ducem impetrarē/Factum est vt ambo suasistis lr̄as defert vir vrban⁹ ⁊ tu⁹ meiqꝫ amātissim⁹ laurenti⁹ de rotella ꝯcanonicus meus tridētin⁹ Is te alloq̄tur et meā agitabit causam Precor illi ꝯsilio ⁊ auxilio vt sis Vtqꝫ te ꝓbes qd eps̄ de te michi p̄fatus repromisit antistes Habeo in te q̄cquid spei habeo Fiam voti compos si me iuueris Sin deseras/nil est qd sperē Scio mores curie vestre ⁊ aliaꝝ Nemo aliq̄d optinet nisi magnis fultus amicis Ego etsi iusticiam ꝓsequar/nisi te habeam ad quē recurram habeo neminem Nec te quo iure teneam video q̄ nullis beneficijs mihi obligatis Sed confido in tua humanitate Similiterqꝫ studia ⁊ officia quib⁹ dediti sum⁹ paria fiduciam p̄stent vt opera ꝯsilio/auctoritate/et gracia tua/amice vtar Ego si q̄d intelligam aut ad voluptatē aut ad ꝯmodum aut ad amplitudinē tuam ptinere/etiam non rogatus faciā/nec ad me vnq̄ ꝓ te vel ꝓ tuis frustra scribes/si mō qd petieris in mea fuerit potestate Vale et spem meam imple Ex wienna sexto ydus Julij·

Acceptat anthonium luscum dono mittendum·

Eneas siluius S p dicit Francisco de fuste theologo et oratori optimo Anthonium luscum super orationes cyceronis q̄ntum

desideraueram basilee dum essemus intellexisti quem etiam manu mea transcribere statueram si ocium fuisset Sed obstitit repentinus meus recessus Postea curaui vt per alium michi rescriberetur Id quoqz negatum est qz librarius nusqꝫ apud nos peritus inuentus est qui hoc opus recte absoluere possꝫ Nuper vero scripsit ad me peregallus velle te mee auiditati satisfacere librumqz michi dono mittere Quam oblationem si coram te essem non auderem suscipere/graue est enim homini prudenti ab hijs donari de quibus nichil se meritum putet Verum quia epistola vt cycero dicit non erubescit absens acceptabo quod renuissem presens Nec verebor a te per litteras recipere quod maxime cupio et aliter habere nō possum Nec timebo ne sustinere tua vel innumerabilia in me beneficia possim Et quia animi est ingenui cui multum debeas/eidē plurimum velle debere amplector libens tuum munus quod apud me pignus erit perpetuum amicicie caritatisqz nostre Tu si ex me aliquid volueris qd possim prestare nunqꝫ frustra postulabis Noua que apud nos sunt ex peregallo cognosces quem volo tibi omnia comunicare Vale optime et reuerēdissimo domino nostro comuni ac magistro andree si quādo mei memor est me totum dede Ex wienna kl' julij Anno·xxx3

Mandat politicos aristotilis et regem aragonum laudat·

Eneas siluius imperialis secretarius Johanni campisio philosopho prestanti S p d Reddiderunt me certū littere tue iam te senas tutum et sospitem aduenisse/quod voluptati michi fuit/timenti ne viarum discrimina incidisses Cupiunt littere tue de rebus quas andree de marano commendasti scire quid factum sit Percontatus sum ex matheo pisano sicut iussisti Is refert illas iam dudum ligatas prout reliqueras itineri commisissas Jamqz se reri venecias peruenisse/et se tibi commendat/Que apud insubres gessisti omnia facta esse cum concilio non ambigo q̄uis illa parce attigeris Politicorum libros ex aretini traductione conscriptos inuenisse te cōmereqz institui Et si minori precio qꝫ scripseris haberi nequiunt libet id auri conferre Rogaui matheum apud sigherium galleranum vel iohannem panigarolum hanc pecuniam persolui vt curaret Qui mox litteras scripsit cauitqz vt qꝫ primū illuc librum miseris pecunia detur Tuum est ergo mi iohānes mercatorem aliqꝫ in curia inuenire qui onus mittendi mediolanum hos libros suscipiat/ibiqz aurum recipiat Scio te amicorꝫ tantum habere vt facile hoc sit tibi Ex si iohannes tolner vir prestans et

summus amicus magnifici cancellarij onus mittendi libri suscipere vel let per venecias remitterem sibi pecuniam Ideo si eum nosti eius animū tempta/idcq agito vt opera tua politicum assequar aristotilem quando id magnopere suasisti Et ne timor pecunie te afficiat potes si vis ante q̄ librum mittas expectare litteras vnius illorum mediolaneñ qui te certiorem reddat se tuo nonnine aurum possidere Vdis nunc desiderium meum et quomodo tue indempnitati possis consulere Cura te vel amicū qui es ostendas De petro nostro noxetano nichil te scripsisse monstri simile est cum scias me auidum eius nosse fortunam Rogo me instruas quid ei obtigerit/quo animo heri mortem ferat/quo cū viuat/quid officij gerat/qua spe sit/et quo in me animo/quando nichil ad me scribit nec meis epl'is puocatus/Regem aragonum tantū extendisse alas suas nescio an conducat ytalie q̄q̄ illa tā fessa est vt respirare sub quo cūcq desideret Viderint tamen nostri ne serpentem in gremio nutriant Alta est dominandi cupido nec terminis clauditur vllis Hanibali non satis affrica fuit/que pars orbis tertia creditur Alexādro in modum carceris angusti fines mundi videbantur Nemo existimet generosum vnius regni terminis conquiescere Ego tamen illi faueo q̄ fortune impetus perseuerancie clipeo domuit/continuandocq id fecit vt aduersam expertus/secundissimam iam sit adeptus fortunam Faxit deus vita vt illi cornicis sit et qualem theofrastus moriens exoptauit Tu vale ⁊ rescribe nec ampli⁹ legem taciturnitatis inter nos serua Ex wienna pridie ydus octobris Anno·1453·

De transitu imperatoris in ytaliam·

GAsper slick D p d Nycolao de azimboldis amico optio Recepi ltās tuas quas sup facto plumbini ad me misisti petēdo vt puiderem q̄ aliqd fundamentū haberes quo mediante tractare de feudo plumbini posses ne in vanum inciperes Ostendi litteras tuas regie sublimitati/obtinuicq vt tibi scriberetur q̄admodum ex litteris regijs intelliges quas tibi cum presentibus mitto / suadens vt rem istam inchoes / videascq an vrsinus velit summam qam rex petit exbursare / cui hoc persuadere potes pluribus modis Nam cum dominium illud ad imperium deuolutum sit / non est dubium quin omnes redditus regie maiestati debeantur Itacq reueretur pro pluribus annis Exinde debet ipse considerare quod et seneñ ⁊ florentini et alij illud dominium petunt non paruam pecuniarum summam offerentes / Et si rex illis complaceret bene scirent ipsi possessionem

adipisci Et placata alia dicere potes que animū eius mouere habeant/ cū nulla potestas sit diuturna que iuris careat fundamēto Si tn̄ om nino vides summā per regem petitam obtineri non posse videas an·xvi vel·xv·milia ad minus possint haberi quia ego modum reperiam q̄ re gia maiestas quiescat ⁊ curabo q̄ tibi exinde satis fiat pro tuis tribus milibus floreū sicud alias tibi scripsi Ideoq3 velis in hac re tuas ope ras et solitam diligentiam impartiri/quia ⁊ regi complacebis et tue vtilitati consules Nec desperes regiam maiestatem in ytaliam ventu ram quia hoc sibi multum cordi est/nec res ytalas spernit sed videbis q̄primum res ecclesie composite fuerint Et licet tu putes germanicos non curare ytaliam et propterea ytalos germaniam nichilipendere di cis/Aliter res se habet Nos germani tardiores sumus ad motum q̄ ytali sed vbi incipimus non tam facile desistimus q̄admodum ytali/ Hec nostra natura est Vt homines sunt sic vti eis debemus/Michi spes est magna in rege nostro nec ambigo ipsum ytaliam petiturum et iu ra vendicaturum imperij et totius xpristianitatis prosperitatem Tu va le et me vt soles ama Datum wienne xvi octobris Anno·1443·

Hortatoria epistola ad concilium congregandum·

Gasper slick Imperialis cancellarius Magnifico vguetoni de contrarijs ducatus mediolani gubernatori amico precipuo S p d Non putabam me nunc tuas litteras suscepturum Nam cum regimini ducali prefis innumerisq3 curis detineatis satis esse su perq3 satis censebam inter tot occupationes rem meam tibi fuisse stu dio/quam sicud ex litteris de azimboldis agnoui egregie absoluisti/ ita vt post illustrissimum meum principem dominum meum ducem nul li magis q̄ tue magnificentie gracias debeam Sed superat omnem hu manitatem/tua benignitas/que non contenta est desiderium meum im plesse/nisi etiam suauissimis litteris suis me visitet/quas cum mag no munere penas me habeo tanq̄ tui erga me amoris perpetuos testes Illud tamen in hijs michi molestum est q̄ tue magnificentie digne re graciari non possum Namq3 vt omittam facta/vix verba reperio que michi ad reddendam graciam ydonea videantur Sed scio tuam pruden tiam animum magis q̄ vires intueri qui certe talis est vt nichil possi bile sit neglecturus quod tibi esse nouerit commodo vel honori Idemq3 velim semper de me tue magnificentie persuasum fore Nunc eam par tem epistole tue attingam qua mirari videris serenissimum regem nostrum cum ceteris xpristianitatis principibus scripserit pro con

uentione in festo sancti martini iam proximo tenenda et solum princi
pem ducem mediolani neglexisse/ Circa quā rem ego quoqȝ mirat⁹ sum
illum esse neglectū q̄ inter p̄mos ⁊ nominatus ⁊ apud regiā maiestatē
dilect⁹ est Sȝ stupui regios apices sibi nō esse redditos Namqȝ cū lrē
in orbē mittende scriberent̄ iamqȝ preceptū essȝ potissime p̄fato duci scri
bi/ affuit laurēti⁹ de rotella canonicus tridētin⁹ q̄ se laturū regia scrip
ta spospondit/ et intra dies xv mediolani futurū/ responsūqȝ remissurū
Qui si lrās nō reddidit aut malo concilio fecit aut aliquo impedimen
to p̄uentus fuit Et certe nos hic valde turbati sum⁹ responsū non esse
habitū/ cū ille illinc circa xx diem julij recesserit Effect⁹ autē lrāꝝ erat
ꝙ et domin⁹ dux p̄fatus ad tollendū scisma qd nunc viget p viam con
cilij generalis nouiter ꝯgregandi cū maiestate regia et p̄ncipibꝫ ⁊ elec
toribus ꝯcurreret tamq̄ imperij p̄ncipis ⁊ ꝯmunis vtilitatis zelator de
sua intentione ante festum p̄dictum respondendo Qȝ si postea non ha
buerit p̄fatus dux rogo vt ista sue celsitudini referes ne se vel neglectā
putet vel spretam cū regia maiestas sibi vltra omnes imperij principes
tamq̄ consanguineo et imperij fidelissimo efficiatur Cumqȝ adhortari
velis vt oratores quos preelegerat transmittat ⁊ in facto eccl̄e cū voto
regie maiestatis quod purum et sincerum est ad vnionem eccl̄e pro
curādam concurrat Exinde cū videam tuam magnificentiam rogatibꝫ
meis ꝓmissimā non erubescam postq̄ meam rem pfecisti abuti humani
tate tua regios seruitores et amicos eidem recommendando Est em̄ in
cancellaria nostra regiꝯ secretari⁹ eneas silui⁹ senen̄ michi admodū
dilect⁹ ⁊ regie maiestati gratus quē leonard⁹ de lasarrata clericus ver
cellen̄ p̄positura sancti laurencij maioris mediolani spoliauit ipsum ba
silee sigendo Scripsit per prefatū laurētium regia serenitas duci/ vt ei
dem enee sua prepositura restitueretur Nescio quid secutum sit Namqȝ
si lrē alie reddite non sunt/ neqȝ iste verisimilius presentate Jdeo precor
tuam magnificentiam vt eneam ipsum recommendatū suscipiens du
calem excellentiā informare de hac re velit/ ⁊ regie maiestatis intuitu q̄
iam ꝓ enea scripsit/ et meum ob respectum rogare vt p̄positura restitu
atur Nouitates vero harum parcium alias in p̄sentiaꝝ scribere nequeo
nisi ꝙ hic bohemi sunt in magno numero petentes ꝙ maiestas regia
administrationē regni nomine regis ladislai pupilli sufficiat cum qui
bus in tractatibus sumus ꝯclusionem bonam auctore dn̄o p̄stolantes
Vale optime et me ducali amplitudini facias recōmissum q̄ ad eius et
tua mādata ꝓn⁹ sū et ero quoad vixero Datū wienne die xij octobris
Anno ·xxx3·

V Commendat salutem anime.

ENeas siluius reuerendo in xpo patri bartholomeo vicecomiti epo nouarieñ et comiti S p d Magna z innumerabilia sūt beneficia tua q̄ a te recepi/nec ego illis ꝯdignam possem vicē rependere etiam si mille annoꝝ michi vita donaretur quod tamen possum hoc facere non omittā Nichil est anima prestanti? Hanc colere hanc curare p̄ ceteris debem?/alia caduca sūt/fluxa/mortalia/hec ineternum manet Cui si bene studuerim? eterna gaudia si male eternos cruciat? p illam sentiem? Qua ꝯsideratione ductus statui tibi copiam lrāꝝ destinare q̄ nunc ad curiā regiā ex orietalibꝰ ptibꝰ misse sunt quarū tenorem velis animaduertere et moniciones audire vt ea faciens q̄ in illis suadent eterne vite beatitudinē assequaris Vale ex wienna xix octobris Anno.1443.

V Suadet regni hungarie pacem.

GAsper slick cancellari? Imperialis Magnifico viro laurētio palatino hūgarie/veteri et p̄stanti amico ac fratri S p d Intellexi tū ex lrīs tuis michi directis tū ex hijs q̄ regie maiestati scribis querimoniam tuam quā facis de dampnis tibi p capitaneos laurineñ illatis Et pro iure veteris amicicie nostre que in me nunq̄ extinguetur viuo/regie serenitati supplicaui vt super hijs vellet ꝓuidere magnificentiam tuam commendatam suscipiendo Displicuit regi audiuisse dampnum tuum summeq; sibi hec genera iniuriaꝝ hinc inde facta molesta esse respondit/doletq; se nō posse vt vellet ꝓuidere Ait tamē in facto tuo velle se scrutinium habere/et quicquid boni ꝓ te possit libenti animo facere Ego autem sicud alias scripsisse me memini video sic res illius incliti hungarie regni se habere vt impossibile putem singulares homines pace gaudere nisi cum vniuerso regno/quoniā hoc tempore dum iste diuisiones sunt/mādata regum contemnunt/Nulla obedientia est sed quilibet sibi vult esse dñs/Quod ego quoq; cū magna iactura experior Licet enim serenitas regis polonie pancracio et scole mandauerit vt a rebus meis manus retraherent/ego tamen per illos maiora in dies pacior detrimenta/nec aliquis est hijs in partibus superioribus quem illi magis verent q̄ me/quasi mandata regis in contrariū interp̄tent iussiq; sint me vnū impetē molestare/psequi/extirpare Ego tn̄ super hijs non regi polonie succenseo sed conditionibus temporis Sic et magnificentiā tuā hortor facere/quoniā alia via non est p quā possum? quiescere nisi p pacem vniuersalē toti? regni/quā ꝓcurare et ꝓ nostro

priuato et pro comuni bono tenemur Ad quam rem tanto magis te ro go q̄to scio consiliū tuū p̄ ceteris magis audiri Ego idipsū ex hac p̄te fa ciā sp ad tua p̄mpt⁹ beneplacita Datū wienne die xx octobris·1443·

Quales cancellarie scribe·

Scribe Imperialis cācellarie S p dicūt/Bartholdo luneburgeñ viro liberali et semiprodigo Accepim⁹ ep̄lam tuam qua nos ce natū vocas/acceptam⁹ onus ventresq3 nostros paraium⁹ Tu videris ne vacuas esce remittas Hospitem abesse nichil cure est si eius vicem p̄dices caponesq3 impleuerūt Hospitā videbim⁹ libēter amplexa bimur Qz si plus licuerit non erim⁹ inertes/q̄ semp maxium habem⁹/ et quasi equi ꝛ muli ferimur in libidinem Tu si q̄d iuris illic habes ca ue ne comunices/quicq̄d em̄ in mediū venerit p̄priuum esse desinit Scis michaelis man⁹ q̄ adunce sunt/wolfangi linguam nosti q̄ persuadere sciat/Wencelai cauda nichil furiosi⁹ est/Jacobus fingit se puer Tu ta men lardū ne cōmiseris muscipule alias catto etiā si quadragesima fue rit Ludouicus nichil dicet sed muris inmodū omnia foramina ptemp tabit Si ergo vis nos habere aut ōnia comunicata fac aut nichil Vnū tn̄ remediū est si vini tantū p̄bueris vt somni magis q̄ veneris cupido sit Nos tn̄ veniem⁹ etiā si deficiētibꝫ reliquis te deuorare oporteat Va le Ex wienna xxi octobris·1443·

Hortatur vt imperatoris sententia equo animo ferat·

Eneas silui⁹ S p d Johanni vrunt inclite ciuitatis colonieñ se cretario Tabellari⁹ tue insignis celebrisq3 ciuitatis nō sicud op tabas sed vt curie visum est expeditus ad te redit/Meo tamen p̄sidio non caruit quia libenter gero tibi in omnibꝫ morem Vir quoq3 doctus hartung⁹ auxilio fuit Sed nō licet in re publica plus homines contendere q̄ p̄bare possunt rationibꝫ Tuum est qd superest ita regere ne indignationis rubigo aut hinc aut illinc oriat̄ q̄a nō facile extinguit̄ vt accendit̄ ignis Cesarea p̄tās nulli in tp̄alibꝫ subest et omnibꝫ p̄est Quicq̄d ab ea manat decet cū reuerēcia deuotioneq3 suscipi etiā si du rū videat̄ qm̄ calix in manu eius plen⁹ musto/potestq3 illi dare illi ne gare Nec oībꝫ fas est in pastorē erigere cornua Tu p te ista scis ideo pedē retrahe Fac vt defensurū causam in curia te q̄ primū visam/q̄a et michael tu⁹ ꝛ ego/tua suaui conuersatione multi carem⁹ Nec te vultus vllius teneat/nam et austria p̄t qd placeat dare Vale ꝛ veni Ex wien na xxij octobris Anno·1443·

Dissoluit argumenta pro parte eugenij facta

Eneas silui? Imperialis secretari? S p d Reuerēdo patri dño iohāni carnaiali oratori aplico atq3 iuris ɔsulto Erat animus meus postq̄ ex basilea recessi super rebus ecclesie perpetuo vti silencio cum eas non diuini spiritus ductu regi/sed hominum gubernari affectib9 viderem Tu nunc me cogis aliqua dicere qui armatū eneam imitari me suades Vellem tacere poti? q̄ loqui/qm̄ nulli parciū sermo meus placiturus est sicud ꝛ nulla pars michi placet Tu vis vt dicam/ parebo/sed vide ne audias qd non vis Tu partis vni? tueris ius/quid ego tibi placitū dicam nullam partē laudans Obsequar tamen silenci umq3 rumpā qn̄ id optare videris Longū michi misisti cyrographū vt cancellario legerem/Facturus sum qn̄ id p ocium licebit Michi iam p spexi totum Rogas q̄ a te scripta sunt vt laudem tuearq3/faciam id si modo verū te dicere agnouero/vbi vero aliter videro non faciam Par meno sum plenusq3 rimarū non potero tacere si quid non verum audiā Tu vera omnia putas que scribis Hoc ego de tua probitate credo/non tamen ita est vt reris/quod tibi paucis ostendam Dicis basilieñ cepto concilio legationem eius pape exposuisse/non esse sperandum de illius synodi progressu propter vicina bella et alias causas Hoc nunq̄ syno dus pape narrari iussit/Dicis plus papam germanie principibus con cessisse et se humiliasse q̄ vnq̄ sit de romanis principibus auditum Rusticis hec historiarum ignaris narranda sunt Adrianus papa et leo romanis imperatoribus ius ordinandi apostolicam sedem et episco pos per imperium nominandi concesserunt Leo ille sanctus quem tu et doctores euangelij tubam appellatis cum vellet in ytalia concilium ha bere in quo plures possent de occidentalibus partibus conuenire/mar ciano cesari concilium in oriente postulanti annuit/tuncq3 synodus calcedoneñ habita est/Refers dominum sancte crucis missum esse vt papam purgaret/conciliumq3 germanis offerret Non dicis potestatē habuisse cardinalem illum subeundi sententiā postq̄ pbata fuissent cri mina/Ais romanos pōtifices solitos esse dicere si q̄d aliqui volunt/ad sedem aplicam veniant Petrus primus pontifex increpatus q ad gen tes introisset vltro se purgauit Leo quartus scribit ludouico augusto Nos si incompetenter aliquid egimus et in subditis iuste legis trami tem non seruauimus vestro ac ministroꝝ vestrorum cuncta volumus emendare iudicio/Hispanorum legationem hortatu pape basileam ve nisse contendis Verius poteras dicere/plures ne illuc irent apostolicis litteris fuisse prohibitos/vniuersos reges per concilia trium statuum

vetauisse basilien̄ ne papam deponerent Dum asseris michi ne te deci pias refers tres casus esse quibus pars minor vniuersitatis potest in uita maiori aliquid agere. Sed facta capitulorum et vniuersitatum que superiorem habent non sunt equanda gestis conciliorum vbi solum de us vt aliqui volunt est superior et a quibus non apellatur/ Dicis in con stancien̄ concilio plenam potestatem datam esse romanis pontificibus locum eligendi in quo aliud celebrari concilium debet In casu nostro specialiter reseruata fuit electio loci concilio/ sicud conuentiones habi te cum grecis manifestant Pretendis sanxitum esse basilee ne propter locum oriri differencia possit Inane argumentum est narrat decretum non placere grecis basileam Velleqȝ alium locum/ dicit synodus nolle propter locum id est basileam tantum bonum omittere Qui aliter sentit a decreto recedit Tu vis me hijs consentire Non possum Dices me ex proposito errare Michi aduersus te hec opitulabitur obiectio Nichil ad me q̄s obtineat/ imperatori seruio qui vnionem procurat/ Illam cupio illam promoueo/ pro hac magnis laboribus me exponerem Tu quoqȝ et pars tua vnionem velles sed modo tuo Maneat papa tuus pontifex et vnio fit Idem etiam pars altera cupit Nemo pacem nemo vnionē aspernatur/ nemo tamen pacem amplectitur que sibi detrahit Omnes volunt vincere/ nemo se flectit Dure ceruicis homines Est ne subiecta ecclesia vt propter hunc vel illum hominem tam varie vexari debeat Si non potest pascere/ sine alium esse pastorem Sed non est de pastu ouium questio sed de lana Non tantum litis erat dum pauper ecclesia fuit Scio te iam mihi irasci quoniam dicta tua refello quasi videar ali am tueri partem Ne vere hoc Dixi tibi vtrumqȝ michi odiū esse Non placet michi auinionen̄ electio/ abhorreo congregationis leuitatem Minime hijs ↄsentio dum sedem aplicam volūt auferre romanis/ Non probo cū decreta que faciunt ipsi nō seruant Cardinalis sancti petri viri sancti et grauissimi sententia michi placet qui neqȝ hos neqȝ illos lau dare solebat Vos concilium rome vultis/ sed illa iam in angulo est xpristiani orbis/ hij basilee manere volunt/ at hec vrbs multis odio sa est/ Tu tamen deliberari illic putas/ an numerosius debet congrega ri concilium/ sperasqȝ id obtineri complacerique cesari Alij aliud senti ant/ Videris quoqȝ putare non esse absqȝ consensu regum aliorum concilium concedendum/ quasi cesarem parem facias ceteris Quid parem Imo et minorem ostendis quando regi francie offers concilium/ cesari non vis concedere Noli hec secreta putare Omnes hec sciunt/ sic alteri? par tis concilia nota sunt Ego omnes commendarem si viderem pacem

hijs atq; illis placere etiam cum incommodo suo qui non nobis sed rei publice nati sumus Nec plus velle debemus q̄ consensus comunis nobis permittat Non q̄ tenere dignitatem sed q̄ pacem vult magis laudatur Prisci viri sanctiq; homines difficilius ad pontificatum vocabant̄ q̄ nunc ex illo ammouent̄ Bonus anim⁹ ingeniumq; benignū non quō dimitteret regimen sed q̄ cito dimitteret studium habet/Hec volui tibi dixisse cum venia tua/qui non loquor hic vt armatus eneas Nunc geram ille michi antistes erit quē vniuersalis eccl'e ꝯsensus dederit Nam germania que orbis xpiani maior pars heret/dubius sum/paratus tamen animo sum ꝯmuni sententie auscultare/nec michi in rebus fidei soli credam Vale ex wienna xxiij octobris·1443·

De noua ciuitate et aliquid de amicicia·

Eneas silui⁹ S p d Gasperi slick Jmpiali cancellario Nichil noui post tuū recessum emersit qd in ep'lam cadere dignum sit nisi q; hodie venturus est pancraci⁹ tuus/quē aiunt eq̄tes secū quinquaginta ducturū Rex tamen minime illum expectare voluit/sed hoc mane anteq̄ dies elucesceret ad ortos hesperidum iter arripuit/Jgnotis fortasse verbis vtor/Ortos namq; hesperidum poete vltra athlantem in affrica sitos finxere/sed hos nostra etas habet in ciuitate noua austrie vrbe vbi perpetuus pheacum autumnus est et omne genus pomi suapte gignitur Ideo rex hunc vnum amat locum Recte sane vbi tot aquarum scaturigines/tot viridancia prata que verno tempore diuerso florum splendore ridere videntur Huc se nunc rex contulit/quando illinc abiturus sit tam certum est q̄ antexpristi aduentus / qui per hos dies omnes populos suo rumore deterruit Opera tamen tua pro ceribus curie ipsiq; regi rem fictam aut saltem dubiam pro certa exposuisti Dum hec scribo allatum est nuncium regem balnea petijsse vbi ad dies octo mansurus sit Nec nos illic diuersorium habere possimus Jn nouam itaq; vrbem recta via migrabimus Si tamen pancracium ire ad balnea sensero me quoq; illuc ꝯferam vt de re tua possim curare Nec omittam ex mandatis tuis vnum dum vires erunt Aiunt regem cariuolam petiturum aut saltem carintheam/post vero athesim Exin de spes sit norenbergam peti debere/quod tamen ex magistro thoma plenius intelliges / Cancellarij regij adhuc sunt hic / ipsos consulam quid facere nos oporteat De frisingeñ ecclesia nichil est qd non fuerit prius tibi notum Nemo ex curia venit Magistrum thomam commonui de pecunijs norenberge instructionem haberet / qui me presente

magistrum curie peramictatus est/responsumqȝ habet/ Scripturas sibi ꝯsignaui oīs quas michi dimisisti Capitula venetoꝝ repperi/extraxiqȝ Auditor ad vos iter fecit plenꝰ querimoniarum ꝙ in recessu tuo te nō accipuit Para aures tuas vt que hic auditurus fuisti illic audias Homo tuus est et amicus vtilis qui solet plus honesto placere Nec enim amicicia hodie viget cui vtilitas est annexa/stoycorum illa sola virtute gaudens iam dudum explosa est Non puto has litteras cito ad te venturas quia nec tu ad eas festinabis Ipsi norenbergam vsqȝ proficiscentur/ sed tu eo non venies vti opinor nisi vxoris prius aut licencia aut societas intercesserit Phisicus regius inquit ego si meam semel vxorem attigero quādo illic abdicar nescio Vide ne itidem tibi contingat Regis negocia curare habes Non bene conueniunt nec in vna sede morantur rerum publicarum cura ⁊ amor vxorius Tu tamen illam ducere potes eo loci vbi ꝓpinqua sit curie/sepeqȝ possit in amplexꝰ venire tuos Ego ex hijs sum qui melius sciunt predicare ꝙ facere Si loco tuo essem aliter sentirem Vale optime et disputationes auditoris ad magistrum thomam remitte vt equum sit vtrumqȝ examen Ex wienna kł nouembris Anno·1443·

¶ Consolatoria epistola ad principem qui egrotauit·

G Asper slick S p d Jllustri iohāni fracisco marchioni mantue dn̄o ⁊ affini carissimo Affers michi lr̄is tuis singulare gaudiū quociēs ad me scribis q̄a et amorē erga me tuū ⁊ humanitatē qua me ꝓsequeris quasi videns in illis lego/Vellem tamen leciora audisse de sospitate tua Nam cū scribis te supioribꝫ diebus egrotasse nec adhuc pristinā recupasse sanitatē non leuem molestiam capio/q̄ omne tuum incommodū meum dico Scio tamen necessariū esse oīs q̄ viuūt nunc validos nunc debiles fieri/nec status hominis firmꝰ est/nec vlli datur ppetua frui alacritate Nostrū itaqȝ est armare mentē ꝯtra oēm fortune impetū/sciremqȝ et sanitatem ferre ⁊ egritudinem Et cū patitur corpus adiumenta que possumus illi ꝯferre Quod maxime decet principes facere ex quorum vita salus multorum pendet Et ꝙꝙ non dubitem te nichil omittere ex necessarijs/hortor tamen quia amor impellit vt conualescentie tue tanto amplius studeas ꝙto plures sunt in persona tuam qui dirigunt oculos/quos tua sospitate velis reddere consolatos Inter quos me letum efficies qui optimam tuam valitudinem non minus libenter audiam ꝙ sentio meam/Vide preter hec quam diligētiam facis vt regia maiestas de nouitatibꝫ ytalie reddaẗ

certior/in qua te plurimum sibi complaces qui tuo statui tuoqz honori admodum afficiatur Recepi enim capitula federis inter l. ducem me diolani ac venetos florentinos Eaqz serenissimo domino nostro perle gi qui tibi gracias agit ex instructione huiusmodi Cupide namqz ag noscit res ytalas vt q̄ suo tempore sperat iura imperij vendicare Cur au tem dux mediolani ad hoc descenderit nec scire possum nec ymagina ri/qui causas vrgentes nullas intueor nisi ad hec palam veniant Ille tamen sapientissimus habetur/nec putandum est eius prudenciam abs qz ratione moueri Aliquid latet alios qd est illi notum Sed velit deus vt bene omnia cedant Nos hic non habemus alia noua nisi q hijs die bus magni tractatus habiti sunt cū bohemis qui huc venerunt Res optime absoluta est ita vt maiestas regia tutorio nomīe dn̄s illius reg ni censeatur/Super factis eccl'e mittunt oratores ad norenbergā/in ter quos etiam vnus sum designat9 Eroqz ibidem deo dante cū alijs in festo sancti martini proximo Quid sequet sciri adhuc non potest/q̄a va rie sunt voluntates/Ibi tamē aliqua conclusio reperiet que vtinam salu bris sit/Regie maiestati facio sepe de te mentionē/semp tibi illam affec tam inuenio/Me non expedit vt offerā/q̄a iam dudum sum tuus/Man dare potes in omnib9 parato parere Commendo me tibi supplicans vt me sepe de occurrētib9 instructū efficias Ex wienna die xxiiij octobris Anno.lxxx3.

Regraciatoria et aliquid de studijs humani tatis.

Eneas siluius Salutem plurimam dicit Magnifico et gene roso comiti galeazio de archo Aggressus est me nudiusterti us vir suauis et tui amantissimus iacobus ledroneus miles/ tualqz et magnifici germani tui comitis francisci litteras aperuit que magno michi testimonio fuerunt amoris erga me vestri cum in vtris qz multa salute iussus esset me iacobus impartiri/Quod etsi persuasū ante michi esset/quia noui animi vestri constantiam Iuuit me tamen cernere quod meditabar Sz ne pluribus inmorer scire vos volo non truncum a vobis coli/qui non sentit/neqz azinum qui non intelligit/sed hominem quamuis pusillum/beneficiorum tamē memorem et q̄ nunq̄ animo est ingrato/Non est qd nunc scribam ampli9 ne pelag9 ingredi ar qd nō facile egrediar Nam cū affeceris me dudū desiderio tui nimis multa essem scripturus si vellem animo satisfacere sed ōia meli9 corā expono Spero em̄ cesarem ad vos proxediem migraturū quem sequar vt

soleo/ Et si deus dabit te inveniam Rem tuam bene absolutam esse tum ex litteris iacobi tum ipso facto intelliges Plus gracie in oculis regis habes quam teris Comiti francisco me dederis Dico eius musam quamuis sua uem scrinia regis incolere ibique delitescere/quia non sapit hec seges/ sepultumque est quicquid huiusmodi hic porrigitur Studia namque humanitatis rarum habent extra ytaliam domicilium Scis quid appellem studia humanitatis Hoc enim nomine volunt nostri oratorias et poeticas litteras designari/que apud lacium late patent/apud alios plerumque ignote Sed vale iam tandem quamuis manus inuita esset et calamus papirum habeat vt quem tecum loqui delectet At michi non suppetit ocium et regi magis quam meo seruiendum est amico/quia non sum liber dum alienum comedo panem Iterum vale/et tu cessa manus/ vt lingue supersit quid dicat dum tridenti erimus Ex noua ciuitate xviij kl' decembris Anno·1443·

Ad pacem hungarie·

g Gasper slick imperialis cancellarius S p d Matiko Banno sclauonie et laurentio palatino hungarie magnificis fratribus et amicis carissimis Gauisus sum non modice vestris ex litteris michi nouissime redditis internam illam et vetustam cognouisse beniuolentiam qua me prosequi solebatis mundum esse extinctam/sed potius tempore auctam Nam id quod ex parte mea contigit qui vobis in dies magis ac magis afficior et ardentissimi amoris erga vos rependo vicissitudinem singulares virtutes vestras tantum amans quantum debui tor Hinc certissimus sum statum et locum quem apud serenissimum dominum romanorum regem teneo vobis complacere ac fore gratissimum/ cum optimorum sit fratrum et amicorum fraternos optare et libenter videre successus Nec dubitare debent magnificentie vestre me in quocumque statu ad incliti regni hungarie pacem et commodum inuigilare et omne meum studium ad eius vtilitatem conuertere Namque cum diu illo in regno fuerim multaque beneficia illic susceperim ingrati viri officium foret non esse ad ipsius commoda studiosum/et precipue cum regnum illud xpristianitatis clipeus ac murus aduersus fidei hostes existat Ex quo/sicut cum bene habet/omnia xpristianorum regna fructum percipiunt/sic cum opprimitur detrimentum commune esse videtur Hoc et maiestas nostri regis aperte cognoscit atque idcirco operam dat vt dissenciones et intestina bella ex regno tollantur Quod maxime posse fieri confidit si ad dictam illam per suam serenitatem

in ɔfinibus hungarie aut austrie institutam vtriusq3 partis barones ac p̄lati ɔuenerint/prout et vocati sunt p regias litteras que iam erāt expedite ⁊ transmisse anteq̄ȝ ego ad regiam curiam de domo mea redirē Itaq3 deliberationibus illis nequaq̄ȝ interfui/sed cum rem vniuersam intellexi iustissimam illam sanctissimamq3 iudicaui/ Quid enim vtili⁹ quid rectius quidue honestius fieri potest q̄ȝ pacem inter xp̄isticolas procurare Non latent vos quot rapine tumultus incendia vastitatesq3 in hungaria fiant propter hanc que proch dolor orta est de regno discor diam Palam est quomodo oppidum contra oppidum et nobiles contra nobiles insurrexerunt/quoq3 modo inimiciciarum gladij crassentur vbi q3 Quibus malis obuiaturus rex noster conuentum indixit vt qui scit se ex debito romane regie dignitatis orphanos ac pupillos debere protegere / et vniuersorum regnorum paci ⁊ tranquillitati consulere sperans per conuentionem ea omnia fieri posse ad que bono animo magnificentias vestras audio exhortari vt personaliter venire velitis vobiscumq3 potestis q̄ȝ plurimos prelatos nobilesq3 trahere vt tanto il lic melius firmiusq3 hungarie vnio perfici possit et vnusquisq3 in iusti cia sua manuteneri quo plures digrioresq3 consenserint Vos preser tim qui vna mecum ab auo et patri domini nostri regis ladislai ⁊ ho nores et beneficia inmensa suscepistis Hec em̄ conuentio est per quā potest regnum illud pacari et ad pristinam reduci fortunam Vt non so lum resistere turchis sed eos lacessere queat Nec ego vobiscum sencio q̄ propter conuentum huiusmodi turbari passagium aduersus turchos inchoatum dicitis Nam longe aliter est/cū nisi ɔuentio hec fuisset in dicta/iam maxim⁹ ignis arderet in hūgaria Iamq3 nō latrocinia/sin gularesq3 cedes sed grauissima p̄lia cum sauissimis stragib⁹ exarsissent Sunt em̄ plurimi germanie barones et p̄ncipes qui videntes serenissi mum regem ladislaum propterea quia puellus et pupillus ⁊ orphan⁹ in suo iure opprimi/miseratione commoti et tam amore iusticie q̄ȝ san guinis ꝓpinquitate excitati cū validissimis auxilijs hungariam petere disposuerant Similiter quoq3 ⁊ bohemi q̄ iam in maximo numero ba rones et nobiles ad maiestatē regiā in legatione miserūt q̄ nūc wiēne est ab illo ꝓposito nō dissentiūt Quos om̄s ɔuentionis nomen retinu it ⁊ vsq3 in eius exitū retinebit/quia cū rex romanoꝝ (vt dicitis ⁊ veri tas est) toti⁹ xp̄ianitatꝭ sit caput/et ad eum potissime ptineat xp̄iano rum iniurias ꝓpulsare/videns sua maiestas turchoꝝ insolencias non posse compesci nisi xp̄istiani prius vniti extiterint/ad pacem vt predic tum est in hungaria redintegrandam p̄dictam conuentionem indixit/

rem iudicio omni qui absq3 parcialitate existunt passagio de quo facitis mentionem non vtilem tantum sed penitus necessariā/cum nulla potentia resistere hostibus possit nisi munita fuerit vnitate Pulchre siquidem apud crispum legimus Concordia parue res crescunt/discordia maxime dilabuntur/Verum de mantina classe per sanctissimum eugenium paranda facitis mentionem Ego ita illius mentem fuisse dispositam concedere possum/sed doleo quoniam modum executionis nō video Classis enim si fieri debet venecijs paranda est/sed iam inimicicie inter eugenium et venetos orte sunt/propter recessum ex florentia factum In tantum vt prohibiti sint prelati venetoꝝ curiam sequi Que res maritimam expeditionem ꝓculdubio perturbatura est Exercitum autem fieri vt scribis maximum in hungaria contra turchos apprime laudo/cupioq3 vt felicem sorciatur euentum Op3 si fieri posset iterum atq3 iterum vos oro ⁊ obsecro vt de pace hungarie prius cogitantes conuentū accedatis predictum/intestinas discordias vna cum alijs qui aderunt sublaturi Ad quam rem ⁊ ad passagium postea paragendum maiestatem regiam animatam ⁊ me pusillum paratissimum semper habebitis/ Datum in noua ciuitate xvij kl' decembris Anno·1443·

Hortatur ad scribendum·

Richardus valentinus scriptor apostolicus Enee silvio amico optimo S p d Tanta est vis amoris in te mei vt iterum ad te scribere cogar Quod tamen perlibenter facio q̄ꝙ̄ tu ad me nunq̄ꝙ scripseris vel meis litteris propulsatus vel tuo nutu motus post q̄ꝙ ⁊ honore et dignitate ⁊ emolimentis amplius es decoratus Cui non equidem inuideo sed congratulor potius felicitati tue Precor autem si aliquando per ocium licet saltem mp richarde valeo te quoq3 valere cupio tua manu ad me scribas/ne inter nos ꝓbari videatur qđ nostra in patria vulgatum est Remotus ab oculis remotus a corde Reuerendissimus patriarcha aquilegieñ qui me suum commensalem ⁊ secretarium fecit hinc breui est recessurus ad serenitatem romanorum regis recta via primo/ac deinde in regnum polonie ac hungarie profecturus/finicturusq3 ibidem legatione sua Requiritq3 me aut vna secum abeam aut pro quibusdam eius negocijs mediolanum accedam/Quam profectionem arripiam mundum decretum est Cum dominatione eius libentius irem vt in tuum complexum veniam Attamen vbi vis gentium fuero tibi penitus deditus sum Ex basilea xxi aprilis Anno domini·1443·

Hortatur ad scribendum·

E Neas silui? S p d Nycolao amidano canonico mãtuaneñ et amãdo fratri Pax tecũ negociũ habui nicolae amãtissime dũ basilee fui/s3 nec pl? habuisse volueri Namq3 si modice ɔsuetu dinis causa tantũ molestie fero te puatus/q̃d tandem facerẽ si salis vt aiunt modiũ tecũ ɔsumpsissem Mirũ immodũ grauis est michi absen cia tua Atq3 ideo longe grauior q̃a inter exteros sum meos modo meũ q3 viuendi morem penitus abhorrentes Sed statui omnia ferre dum sperem michi bene esse/Vt tñ facili? tollerare possim obsecro ne tibi ca lami? plumbeus sit/ne ve papirus aurea quã dissipare formides Multa sunt q̃ michi in dies pt scribere/valitudinẽ tuam peregalliq3/nouitates illinc possim defluentes et quid in concilio quid ve in curia fiat Et si de sint cetera andree noua cupiditas saltem mateiam potest dare De qua nunq̃ tantũ scribes q̃tum audiam libenter Effice igitur qd cupio Me autẽ an scripturũ illa existimes vel ex eo pt intelligere q̃a prior do lrãs Nec plura modo Nos vlmam pgim?/Deinde in sprictã post carinthiã petituri Incertũ est an norenbergã venturi sum? Jam vela ventis solui et intimũ mare deuoluor indies a te ceterisq3 meis caris remocior Va le ex ɔstancia Anno·1443·

De vtilitate lrãx·

G Regorius lollius seneñ S p d Enee siluio patrueli suo Jhero nimi vetus admodũ sentẽtia est pbatissima/lrãx inter ceteras hanc esse vtilitatẽ vt absentes p̃sentes faciãt Preclare quidẽ Nam absentes hijs loq̃mur videm? transmarinos/animiq3 nostri cogi tacio sine voce/notax picturis atq3 lineamẽtis denunciat/q̃ certe vtili us quisq̃ aut humano generi antiqui? nõ facile inuestigari poss3 Per tũ huiusmõi vicissim pfrui possum? vtilitati aut alteri? fortune conscij letarer/altero tantũ satis habes te silicet virũ hui? p̃rogatũ pticipem/ Est id quidẽ michi carũ/s3 multo cari? si alternas mutuasq3 exarataueris vt et tuas dum legerẽ te alloq̃rer/tuisq3 pictas notulas digitis paren tũ oculis offerrẽ q̃ tantope obseruaui vt filiũ tum vt piũ decet De hijs hacten? Vale ex senis·

Redit in beniuolentiam·

E Neas silui? S p d Reuerẽdissimo in xp̃o patri dño Francisco de piciolpassis archipsuli mediolaneñ Si cui vnq̃ libẽter scrip si amplitudini quidẽ tue scripsi libentissime dum essem basilee

Nam te domini et patris habebam loco/meminetamqз plurium tuoꝝ in me meritorum que satis mente mea nunq̄ȝ excident At cum viderē te litteris meis non respondere/arbitratus sum id quod erat te scilicet offensum basiliensibus rebus/nauseamqз inde capere/Restitui igitur diuqз silui tum ne tibi impudens displicerem/tum quod graue erat tot litteras responso indignas mitterem Sed q̄ȝuis scribere omiserim ama re non destiti cupiens semper in eum gradum res restitui ex quo vicissi tudines litterarum currere possent Idqз nunc arbitror euenisse quādo me neqз querentē neqз somniantem quidem cesar noster fredericus au gustus in suum secretarium accersiuit Cui iam seruio in statu graduqз minime inhonorato/quo ex loco scribenti michi non arbitror te respon sionem negaturum Namqз si recte intelligo idem est cesaris quod tuū desiderium/nulli ex contendentibus magis fauens q̄ȝ alteri Cupit em̄ vnire et redintegrare laceratam ecclesiam/atqз ad id opera dat ⁊ spero confouere vt voti compos existat Et licet hijs diebus basilee fuerit/et que tuam dignitatem arbitror audisse fecerit/nichil tamē in hanc ma gis q̄ȝ in illam partem pendet Et idipsum florentie fecisset si tamen il luc fuisset propinquus Secutusqз est sigismundi exemplum et sequetᷓ in hac re vnionem ecclesie vsqз ad calcem Tu ergo pater optime scri bere michi aliquando cū vnus ex differentibꝫ factus sum Nec quid am mi habeam querito dum verba et opera mea a voluntate principis mei non discordent Repetamus igitur veterem consuetudinem/emancipa tumqз filium iam readopta ⁊ vt solebas vtere ꝓ tuo Ego iterum ad pa trem ⁊ dominum redeo quasi ex postliminio Deinde si vides me poetam subscriptum non mirere quoniam talem me cesar esse voluit Et si ar chipresbiter papieñ et ysidorus de rosato totaqз illa nebulonum turba iurisconsulti nomen arrogat aurcoqз cingitur/cur ego poete titulum ve rebor assumere ? Libet et michi inter alios insanire/q̄ȝq̄ȝ ⁊ hec dignitas maioris ad studium violentie causa erit/Nycolaus filius tuus frater meus libellum quendam meum non limatū neqз vt oportebat reuisum secum ad tuum examen detulit neqз remisit vnq̄ȝ Opto illius custos sit fidus neqз edat rem imperfectam Nouum em̄ opus vti scis iubet oraci us in nouum promi annum/Vir maturus et sensu ⁊ etate marisfheus de mugglano si quando ad te venit meo nomine saluus sit Id quoqз de candido dixerim eloquentie fluuio guniforti ducali secretario apprime merito cui super re mee prepositure scribo Rogo vt me aliquando com missum facias quam prouinciam si nycolao delegaueris spero libenter assumet Vale optime meiqз memor Ex felchirca leponciarum nonis

decembris·1453·

Laudat fredericum cesarem·

Franciscus de picciolpassis dei grã sancte mediolaneñ eccl'e pre sul Ornatissimo viro dño enee siluio poete laureato S p d Ingenti voluptate et gaudio eloquẽtissime enea mi in xp̃i carita te dilectissime afficit me ep'la tua data in felchircẽ nonis decembris/m̃ reddita p̃dibus eiusdem cũ recensione veterũ tum p more inter nos mu tuarum scriptionum tum ipsa serie contentorum Cumqȝ pro lepore stili serie ac facultate dicendi ⁊ extimatione quam de te facim⁹ proqȝ cordiali er ga te amore nostro tua scripta semp legerim nõ min⁹ auide q̃ libẽter etiã vbi fortasse nõ qñqȝ responderim Hic maxime nũc qñ quidẽ intelli gam opante diuina grã eo te loci euectũ vbi sicut virtute ascendisti ita poteris ipsa virtutis via pficere plurimũ ad rei publice eccl'eqȝ pacem gloriosissimoqȝ p̃ncipi/non modo tuo verum et vniuersorum/ac plurimis tibiqȝ ipsi ⁊ honori tuo conferre non modicum Atqȝ quoniã te nouim⁹ tuumqȝ ingenium desideriumqȝ non te sup̃ vacuo exhortamur ac p ista translatione tua ⁊ animi dispositione ꝯgratulamur Iterum atqȝ iterũ colletemur tibi cui ꝯcessum est ex loco et officij dignitate vt te valeas demonstrare si quã dabis opam fideliter ⁊ prudẽter spero experto et ex pecto/Animo enĩ ratione disposito ⁊ diligẽter ad bona vadenti omnia pspere cedũt Iusta namqȝ desideria diuina semp pietas comitat̃ Age itaqȝ et pseuera feliciter vt magno cepisti p̃ncipio Exerce ad pietatẽ q̃ scd̃m apl'm ad omnia vtilis pmissionem habet vite que nunc est et fu ture vt assequaris laureã veram scȝ coronam iusticie et eternitatis Di cas et cũ apl'o ad festũ Non insanio optime feste sed veritatis ⁊ sobrie tatis verba eloquor Ad q̃ maximũ incitamentũ tibi et homini xp̃iano ⁊ lr̃ato corona laurea quã assumpsisti vel accepisti Ego vero deinceps cre briores expecto lr̃as tuas rerum indices tuiqȝ successus/neqȝ tard⁹ ero in reddendo meas dummodo intelligam ad te posse deferri Nunc enim ad fortunam scribo/ideoqȝ tardius q̃ debueram Non facile enim produ cuntur incerta et fortassis etiam multo serius ad te perueniunt licet varijs et multiplicatis litteris euitamur vt vel saltem huiusmodi re scriptionum nostrarum quicq̃ reddatur quandoqȝ tibi Nam sicud am biguitas frustrandi laboris reddit hominẽ pigriorem ita per diligenci am superetur necesse sit Et quidem libenter scribo et scriptitabo intelli gens ⁊ ꝯsiderans tum ex ep'la tua tum ex alijs ꝯdicionem dotis tam na ture q̃ virtut̃ ⁊ sãctissimã augustissimãqȝ intentionẽ cesaris nr̃i p̃nt̃/

qui velud nouam quoddam sydus enituit hac tempestate necessarium vt speremus velud augustus illi suo seculo pacem reddidit et fundauit sic istum suo Ego quidē ita michi suadeo nō incerta spei ratione Est enī vt in primis audio princeps iste catholicus et pius etate florida/quam sapientia grauitas/et vite integritas comitantur Cani sunt enim sensus hominis et etas senectutis vita immaculata Corpore strennuus vegetusqz et robustus/aptus et paciens ad labores/fortis constansqz animi/sobrietatis cultor precipuus Cum vt scribit in sapientia sobrietatē enim docere prudentiam et iusticiam et virtutem quibus vtilius nichil est in vita hominibus Attende quia premittit sobrietatem que huic principi maxime insita est/cetere subnexe sunt virtutes Et catho inquiebat non legisse se neqz vidisse hominem sobrium inuadentem rem publicam preter cesarem/Audio et hunc nostrum principem obseruantissimum ac percissimum ita esse temporis et vtilem locatorem vt ne quidē punctum terat/quod potissime parat sobrietas Estqz memor sapientis Nichil enim preciosius tempore quod nec auro nec vlla potentia redimi potest elapsum. Solusqz sapiens eo scit vti et in suam redigere potestatem et efficere quecumqz magna/etiam atqz etiam cū vulgo seu indoctis ociosus appareat Est preterea liberalis iuxta exigentiam rerum et tēporum et consequenter promissorum suorum tum in re daphili tum ceteris et obseruantissimus et vtilis dispensator Quod vtrumqz requirit precipue in principe Nam benefacta male locata cycerone probante malefacta arbitrantur Ennius Quid est enim violare predari oneribus intollerabilibus subditos torquere quam effusione splendeas spergas et dissipes nisi glorieris in malis/et roboam filij et regis successoris salomonis more pares ipse tui ruinam Mendax vero omnis cū improbet vt scribitur execrabilior multo princeps Iusti et magnatū et principis est verbum tenere suū vt scriptū est Verbum regis verbū veritatis/subditos regere confouere ac tueri velud bonus paterfamilias/vectigaliaqz eo ordine dispensare ne cogatur inijcere manus in aliena quod semper cauit traianus cesar ille augustissimus atqz pijssimus gratis qz seruire in proprios vt facile gloriosus apud alienos efficiatur In malis seseqz simul condēnet deo et mundo magis inglorius et impotens ad ōnia factus Impossibile nāqz est vt inquit aristotiles in ethicis aut certe non facile/preclara ab eo agi cui desunt facultates Nec dubiū quin magno sint adiumento diuicie in gerendis grauibus/ei qui liberaliter et probe sciuerit vti/suisqz locis et temporibus exinde dispensare Quinymo secus ab omni conatu et gloria inchoatorum cogetur cū ignominia resilire

Quod siquidem prudens et magnanimus noster cesar euitabit vt pes
tem tam proprio consilio q̄ suorum/quibus vt audio communiter et ec
clesiasticorum ⁊ secularium excellencium insignium ⁊ litteratoꝝ quos
veneratur et lateri congregat suo/iuxta morem cesarum ⁊ priorum p̄n
cipum predecessorum suorum/ne sibi obiciatur euangelicum illud Ecce
homo qui cepit edificare et non potuit consummare cum sit ipse proui
dentissimus atq; ordinatissim⁹ in vita et in omnibus gestis suis Que
cum ita sint suauissime mp enea cesarq; opibus habundat potentiaq;
numero hominum ⁊ copia gencium/etasq; prudentia ⁊ magnanimitas
conueniat/que precipua sunt ad res arduas capescendas/adicioq; tem
porum et plurima se offerant que suffragentur/non dubito si voluerit
dummodo duret superstes iuxta dies nature futurum in potestate sua
vt pacem det ecclesie/et componat non modo principatus ⁊ omnem po
pulum xpristianum sed ⁊ vniuersum orbem ad vnicam veram fidem cri
stianam et sanctam deducat ecclesiam ad altissimi dei gloriam ⁊ hono
rem sublimitationemq; throni sui cum laude perpetua et eterna salute
Quod vt diebus nostris conspicere valeamus pietas diuina concedat
Dicq; culmen diuine maiestatis exhortare nomine meo ⁊ me minnium
commendatum fac sue clemencie/deuotissimum quidem seruulum vir
tutum suarum et effice tante tamq; sancte spei auidissimum expecta
torem Preterea de re tua cum serenissimo ac doctissimo gumforto nos
tro secretario ducali/verbum habuit nycolaus tuus nosterq; Conueni
es eum domi qui subsequenter nobiscum fuit Agitauimusq; qua esset
incedendum via/ꝓ honesti tui desiderij complemento/qui ita se promp
tum vt in re propria offert Deindeq; arbitramur simulq; arbitrati su
mus vt litteras cesaris quas ei proponis impetres ad illustrissimū prin
cipem nostrum nec tua confectas manu nec scriptione nostrarum/et
mittere studeas ad manus ipsius gumforti qui commodius materiam
ingrediatur Neq; vel nycolaum commouefacito cum litteras ipsas de
deris q; sollicitatione non desit nec diligentia Ea enim est qua ademp
ta pertrata impetrari queant/Librum demum tuum dyalogorum habui
mus ⁊ penes nos conseruamus/De rebus ytalie accipe/que ad presens
sic se habent Romanus pontifex non obstantibus publicis edictis seu
enunciationibus conscriptis de translatione ad vrbem romanam que
debuit esse septima Januarij proxime lapsi/etiam Florentie sedet nec
motui suo simile videtur quicq̄ Rex aragonum victor in regno neapo
litano copias congregat tam equites q̄ pedestres/longo vt dicitur nu
mero viginti milium equitum ⁊ peditum in copia/Idem et hic illustris

fimus princeps noster etiam post victoriam percusserant invicem fed? seu poti? renouarūt Et manēt veneti iuxta ɔsueta magistri milicie/re liqui vt ꝓus tam iuxta insubriā seu p longobardiā ꝙ p picenū ⁊ tusciā/ Duo tn̄ milicie ꝑncipes absūt vt diu ex patria ista admiricē cunctātes seu male ɔcordes apud picenū et patriā perusinam ꝓximo vere detegen tur ea que ꝓducere ɔsueuit Dum apud nos interim bella cessant/ ⁊ pa tria ista ytalie flos respirat/ciuitas tua quiescit Reuerēdissim? cardina lis placentin? vel morte obijt vel ꝓpe februꝰ ⁊ etate decrepita corrept? apud castellionē suum desideratū ꝑmo heri vt ordinatū xp̄ianū decet ob dormiuit in dn̄o Vale felix in dn̄o amātissīe in xp̄o fili Datū mediolani quarta februarij Anno·1443·

Commendat causam suam·

ENeas siluiꝰ S p d Gumforto vtriusq̄ iuris doctori ducaliq̄ se cretario amico ꝑcipuo Ea subleuatio stat? tui vir amplissime quā nup mediolaneñ ꝑncipem fecisse intellexi tāto mihi iocūdi or fuit ꝙto illam video tuis virtutibꝰ/tuisq̄ studijs magis ɔuenientē Namq̄ sicud mihi videt̄ neq̄ ducalis cācellaria aptiorē rectorē habere poterat nec tibi palestra ɔueniētior dari ꝙ ꝙ nō dubitē plus illā ex te habiturā ornamenti ꝙ te ex illa susceptutū honoris Verū in hac tua exaltatione rogo ne idem facias qd ex humano ingenio plerīq̄ faciūt/ oms post se despicientes cū ipsi subleuati sunt Serua michi oro aliquē locū in amicicia tua vbi me ponas Non postulabo in ꝑmis aut in secun dis ꝗ saltē in vltimis Namq̄ si cetera desūt q̄ amiciciā ɔflare inter nos debeāt/illud sufficere p̄t officioꝝ scꝫ ꝓfessio eadem/q̄a et ego cesaris nos tri frederici secretari? sum ꝙlonge indignus Nec tamen res facit vt be niuolentiā tuam obtineri nō desperem/sed quasi iam illam nactus sum statui amicoꝝ more absq̄ p̄facionibꝰ qd michi necessariū sit tibi aperi re tuumq̄ ɔsilium et auxilium exposcere/Vacauit alias in basilieñ ɔci lio ꝑpositura sancti laurencij mediolaneñ/Eam michi sancta synodus quā tūc oms agnoscebāt illico ɔtulit Princeps mediolaneñ aliū ex do mo landrionoꝝ eligi curauit et dare ei possessionem Eugenius cuidam leonardo vercelleñ de illa ꝓuidit Veni ergo mox mediolanū fauoreq̄ amicoꝝ et ex gracia ꝑncipis excluso q̄ iam erat intrusus possessionem obtinui/solutis tamen ita vt fiebat thodeschino quinquaginta aureis Moxq̄ iussu ducali basileam redij At hinc triennium pestis magna ɔcilium inuasit Dux suos reuocauit/ego q̄a bonum ibi officium habebā recedere non potui Morbum incidi/subitoq̄ certa fama est me mortem

obijsse Scitum est id mediolani Leonardus cui eugenius prouiderat sublatum me de medio gaudens possessionem prepositure postulabat obtinetqꝫ Ego postmodum conualescens ⁊ audiens me spoliatum scri bo litteras ad amicos/facio fidem me viuum esse/peto restitui Sed quia basilee eram nunꝙ obtinere potui/credoqꝫ nunꝙ principi rem expositã Quare cum tu eo in loco sis quo te cupio et gaudeo/rogo ⁊ obsecro vt aperire ista principi velis supplicareqꝫ vt ecclesiam meam michi restitui mandet Et si aduersarius dicit se ius habere nõ fugio mediolanẽ ar chiepiscopum virum sanctissimum/aut nouatiẽ pontificem integerri mum patrem cause iudicem dummodo quod iuris est ante omnia resti tuat me in gradum pristinum/Iam autem non potest dici quia de obe dientia alia sim/regi seruio qui est omnino indifferens Plura scriberẽ si michi cũ homine minus perito res esset/tibi autem omne parum suf ficit/Me iam habes Rogassem regem vt scriberet nisi rem paruam pu tarem Si tamen ita consulis neqꝫ aliter fieri potest/non vnas sed cen tum habeo litteras Tu obsecro michi quid speres et quid facto sit op⁊ rescribe/et iuua vt potes/sciens quia neqꝫ ingratum promouebis ami cum Vale et me sic fruere vt strennuo milite ac doctore eximio iacobo de castro romano veteris/tanto tamen minus ꝙto et scio ⁊ possum min⁊ Et tanto plus ꝙto plura michi ꝙ illi licent Iterum vale Ex felchirce·

Hortatur ad scribendum·

Iohannes de bogania cardinalis sancti calixti S p d Enee fil lio viro clarissimo Trinas superioribus diebus tum ad nos tum ad dilectum nostrum iohannem peregallum vidimus lit teras tuas que nobis pro vt semper consueuerunt scripta tua gratissi me fuerunt/et rei quam dirigi feliciter vtriqꝫ nostrum exoptat nõ pa rum proficiūt Quare propter diligentiam atqꝫ virtutem tuam sumope re commendantes precordiales tibi agimus gracias qui semper vt con sueuisti memor es nostri/Nec distantia locorum aut vllis occupationi bus seu laboribus a scribendo retrahere sed assidue intimare procuras quod ad rem conducere possit de qua nunc agitur Vnde clarissimum de illa quam in te esse nunꝙ dubitauim⁊ fide capimus experimentum Ro gamusqꝫ vt ꝙadmodum cepisti ita in posterum agere pergas Neqꝫ te retrahat ab assumpto opere multitudo innmensa laborum quos subire in dies et pati te oportet/quoniam ad hoc omnes nati sumus ⁊ eorum precipue virtus extollitur qui pectore firmo persistunt/Sed ne inter maximas occupationes tuas nos hic esse ociosos existimes mittimus

cum presentibꝫ glosam aurelianeñ que ꝯmuni ꝓuerbio ꝯtradicit textui ad responsionē eugenij datam regijs oratoribꝫ atqꝫ alijs ꝑ nos editā/ q̄ iudicio nostro nō modicū ad rē facit/ ⁊ ꝑ quā emulis respōdere ꝑtesqꝫ nostras tueri ac alias ꝓut expediens fuerit te iuuare poteris/ publicādo et ꝯmunicando eam sicud videbit̄ Alia hic occurrēcia ꝓnunc reticenda censemꝰ cū nudiusquartꝰ ex medijs vt ita loquamur rebus ad te accesserit reuerēdissimꝰ cardinalis aquilegieñ ꝑ illas ꝑtes legatus de latere ⁊ cū eo plures de hijs omnibꝫ informatissimi Ex quibꝫ intelligere poteris q̄d apud nos agat̄ q̄d ve de rebꝫ sperādū sit Uale felicit̄ Ex basilea Anno·1443·

Excusat se q̄ non scribat·

Wencelaꝰ bohemꝰ Johanni canonico wratislamieñ amico ꝑcaro S p d Debes veniā dare occupationibꝫ meis si ad te vt cupis ⁊ ego optarē nō sepe scribo Uix enī spaciū somni cibiqꝫ sumēdi habeo Ita me supmꝰ cancellariꝰ fatigatū reddit Inter oīs tñ labores sum memor semꝑ tui/ nec vnq̄ꝫ ex corde recedis meo Et si possem in aliquo tibi ꝓdesse ambabus manibus facerem Nouitates autem et ista leuia scribere nec ocium habeo nec curo Si quid esset q̄d te vellem mei causa facere/ statim rebꝫ omissis alijs tibi significarē Idē ⁊ facere te vellem erga me Sꝫ sumere calamū gratis cū tota die inuit⁊ sit in manibꝫ non video cur me debeas adhortari Ne tñ hac vice retrogradꝰ tibi sim hec de nouo ad te deducā/ bohemos scꝫ cū maiestate regia diuersos habuisse tractatus/ tandēqꝫ ꝯuenisse vt in festo sancti michaelis alia hic teneat̄ ꝯuentio cū eis vt res omnes proficiantur q̄a vt spes est omnia bene terminabunt̄ Oratores regis polonie hic sunt et cū eis cardinalis sancti angeli Jamqꝫ tractati de rebꝫ hungarie hic debet Uale ex wiēna Anno·1443·

Excusatoria ep̄la taciturnitatis·

Nycolaus amidanus Salutem plurimam dicit Enee siluio poete prestanti et amico singulari Credo te vehementer admirari enea dulcissime q̄ postq̄ꝫ istinc abijsti litterarum meaꝝ nichil susceperis presertim cū et ego antea pollicitus sepe fuerim me crebro ad te scripturum de hijs que apud nos in dies agerentur/ ⁊ tu iam pridem vnas ad me lrās dederis Ego quoniam reuerendissimꝰ cardinalis sancti laurēcij in damasco ad serenissimos rōnoꝝ et poloni reges legatus ꝑ hanc sacram synodū destinatus crastino mane a nobis est recessurus/

et vna secum laurentius noster cui presentes commisi Jamq3 maxima ps noctis effluxit Non possum excusationes meas ⁊ silēcij causas ad te scribē/pcipue cū multaꝝ rerū plen⁹ sū quas p lrās tecū ꝯmunicare libēter vellem Sed q̄a ꝓhibēte angustia tempis id efficere vllo mō nō possum/malo hic modicū tempis qd michi superest in alijs scribēdis q̄ꝫ in excusatioē mea ꝯsumē Scio em̄ q̄ tu q̄ ōibꝫ in rebꝫ grauissimo sp iu dicio vsus es/silentiū meū in bonā ptē accipias Qz si forsitan et culpa bilem ⁊ punicione aliqua me dignū iudicaueris paratus iam et ꝓmp tus sum correctionē tuā omnē subire Quam et si aspertimā animo tuo forsitan ꝯcepturus sis eam vnica peregalli intercessione leniri posse ꝯfi do Quare nō est q̄ serenitatē tuā multū formidē qn̄ quidē certissim⁹ sū arma michi parata quibꝫ superare te facilime possim Accipe igit̄ ex mł tis hec pauca Vale ex basilea·1443·

Suadet beniuolentiam magni viri se nactum esse·

Eneas silui⁹ S p d Reuerēdissimo in xpo patri sbigneo cardi nali cracouieñ Eplam meā quā ex frācfordia tibi trāsmisi libē ter audio in tuis oculis grām inuenisse/si tn̄ ita est vt spectat⁹ miles iacobꝫ chianes ordinis sancti iohānis iherosolimitani aplicus nunci⁹ michi retulit Qui nō solum placuisse lrās meas ꝫ me iam inter familiares tuos admodū caros esse ꝯfirmauit Multū illinc letatus sū Mea namq3 sentētia est vt nichil inter mortales felici⁹ sit q̄ꝫ preclaroꝝ hominū familiaritate potiri/ab hijsq3 diligi et obseruari Qd cū michi intelligam apud te ꝯtigisse gaudeo meum persepe/et quasi thesaurum magnum perceperim voluptate fruor ingenti Nec abre vtor compara tione Nam qui thesaurum inuenit nisi potens sit illum custodire sepe defraudatur/et aut principis rapaces manus aut acutos furium vn gues semper timet/ Itidem michi accidit Quo namq3 pacto tuam ser uare beniuolentiam possim non plane video Conciliatrix enim beniuo lentie virtus est et custos Nec absq3 hac potest vllum amicicie vin culum esse perpetuū At hec in me aut nulla est aut minima Quid igi tur faciam vt tua erga me voluntas maneat/qua via in hac gracia per seuerabo/quo modo hec caritas alligabitur Peritura est breui vt video hec mea voluptas si ad me tantum respicio At si tuam paternitatem intuear spes est mansurum diu et solidum ac firmum esse huiusmodi gaudium Benignitas enim tua/que amare vt audio dicit/mansura est q̄ꝫ diu vixeris Faxit autem deus vt longissimo ac nestoris euo

fruaris Ego vero curabo eandem me semper exhibere qualis etiam dum
hec certa beniuolentia est Et si qd potero amplius prestare non subterfu
giam/Asseruit aute idem iacobus auidam esse tua paternitate vt quas
nossem nouitates sibi rescriberem Parebo libens/et quecumqz emerserint
nouiter hijs in partibus scriptu digna epistolari claudam breuitate
ne vel legenti tedium vel rescribenti laborem nimium pariat narratio
nis causa Caput reditus regis dabit qui ex terni partibus februario
mense in austriam remeauit Eius aduentum omnes incole admirati
sunt Nec enim arbitrabantur fieri posse vt regium dyadema tam faci
le consequeretur Sed admiratio hec reuerenciam peperit More enim
humano accidit vt illos magis vereremur quorum opera demiramur
Haud aliter nunc factum est Albertus dux austrie qui qm diu infensus
fratri suo regi fuisset/bellumqz secum aperte gessisset vt eum audiuit
adesse ad septum vt romani dicebant lapidem obuiam processit vna
qz secum wiennam ingressus est vrbem Paucis post diebus iterum re
gem adiens cum in noua ciuitate esset refectis omnibus controuersijs
in fraternam receptus est societatem Hec sunt que michi de nouo scri
benda occurrunt omissis nugis et alijs leuibus rebus de quibus in vul
go semper est rumor/Affert iacobus epistolam quandam ex meis quas
hijs diebus edidi Eam rogo vt videas/iudicesqz quoniam cum timore
de rebus fidei scribo/Librarius qui transcripsit no erat valde peritus Ita
qz plura vicia possunt in ea esse qm ego posuerim Vale Ex wienna An
no·1443·

Vocat cum desiderio amicum·

ENeas silvius Johanni campisio S p d Ex lris pluribus reue
rendissimi cardinalis sancti angeli ad regiam maiestatem di
rectis percepi te esse apud ipsum z po· Nam et tua manu scrip
te erant et tuam dicendi suauitatem redolebant Id quoqz et postmodu
vir suauis et tui amantissimus nycolaus tifernas confirmauit Que
res michi maxime voluptati fuit speranti te propediem videre deoscula
ri atqz amplecti quodqz dulcissimu inter nos esse solebat officiu instaura
re ac de medicina non nichil conferre Cuius te arbitror plures in dies lec
tiones audire cum vbiqz medicorum sit copia Expecto itaqz te mi campisi
magna cum desiderij anxietate Et quamuis te pluribus annis priuatus
fuerim et absqz te viuere didicerim nunc tamen nescio qd factum sit Vt
postqm te venturum sensi/miseram michi existimem vitam dum tuus
differtur aduentus Quapropter si me amas vt soles cura vt qmprimu

venias Ego te veteri ex amore obseruo coloqꝫ Nec ꝓpter silencium qđ inter nos diutinum fuit amori nostro detractum est aliquid Deuiaui namqꝫ legem inter nos dictam vt amiciciam nostrā quā animoꝝ ↄfor mitas et moꝝ similitudo ↄflauerat/lrāꝝ omissio non aboleret Quod ita a me factum est vt puto auctam potius q̄ꝫ diminutam beniuolentiam meam Nec aliter opinor de tua caritate que amiciciam non puerıloꝝ more variandam existimare solebas sed philosophoꝝ legibꝫ immuta bilem Qꝫ autē in hijs partibus esse me audis nolo vt admireris/Vo catus enī a rege ⁊ in secretarium receptus fui quodqꝫ michi grauissimo est oneri laureati poete nomen assumpsi qđ michi longe sit impꝛ Non tamen a tali datum debuit refutari Apud hunc igitur principem me re peries Ad quem cum in hac tempestate eccl'e accersiter tanq̄ꝫ in tutissi mum portum libenter me ↄtuli vt ꝑcul ab huiusmodi ꝑlatoꝝ dissentio nibus agam vitā et meipso fruar Vale Ex wienna·

Dolet de amici et patris absentia·

Eneas siluiꝰ S p d Georgio andreentio seneñ amico ꝑꝛbo ⁊ ↄstā ti/Lrīs tuis quas plumbini accepi vtor iocundissime quas lec titasse milies nequaq̄ꝫ sat est Scis enī cū pn̄tes essemꝰ nullā potuisse diem ꝑteriē sine colloq̄o nr̄o Namqꝫ aut ego te aut tu meipsū queritabas/q̊ magis me tecū viuere fiebat q̄ꝫ cū alijs ōmibꝫ In absen tia vero lrē tue illo officio fungunẗ/quibꝫ tu olim vtebare cū hijs vitā duco Hee michi te primū inter oīs afferūt Hijs fruor has amplector deosculorqꝫ Ex hijs solacium si quod habeo a te ꝑuenit Eas cū legi deū testor non valuisse lacrimas continere Fleui fateor Iterum atqꝫ iterū fleui Heu inq̄ꝫ vbi amicus ille meus dulcissimus Dimisisse ipsum certe scio si quando reuisam nescio/Vegebat autē ad lacrimandū precipue qđ de genitore meo siluio narrabas/tunc enī visum est nescio quid acu lei cerculum meū tetigisse/Meminerā paterni amoris/ꝑticipabamqꝫ cū patre amaritudinē Sed de hijs omne nimis Nam cū iudicio in hāc rem videor prorsus errori Te autē patri meo adoptatū gratissime tuli vnde intelligo et illius furorem diminutum ⁊ te germanum acquisiuis se/quibꝫ rebus nō potui respōdere plūbini Abij autē illico receptis lrīs nunc mediolani me scias commorari/citoqꝫ germaniam petam/Itaqꝫ si quas lrās ad me vis dare iubebis exponi basilee Cetera non habeo que scribam/Andreencio petrucio nostras lrās dedo amplissimas vbi genuina eius cunctosqꝫ mores pro ingenio comprehendo/quas tibi ostē di nomine meo exorabis Vale Atqꝫ iterum vale communesqꝫ omnes

amicos nostros iubeto saluere Et si quando genitorem meum offen das verbis tuis solabere quoad potest Ex mediolano Anno domini Millesimo·cccc·xlij·

Magnificat beniuolenciam aurispe·

Eneas siluius P p d Johanni aurispe siculo Nescio qd cause sit mi iohannes dulcissime cum neqam etiam puo tpe pmo breuissimo momento immemor esse tui Es enim in memoria sp mea et ipa te cordacio tui gratissima e qua te absente nichil habeo dulcius Hoc dum sepius considero vnde procedat/multa cum enumerare possim/humanitatem tn tuam po tissime tatus dedisse causam Nam cum e patauio redirem senas/subsisterem qz ferrarie nonnullis diebus tm in te vrbanitatis esse cognoui tm caritatis ac beniuolencie in omnes etiam infimos vt opinor te nullum fore benignio rem faciliorem qz Nam et me voluisti inter cunctos tuos amicos connume rare Hac de re tanto amore tibi afficior vt si quos ad te profecturos co periam sine lrīs meis vacuos non possum dimittere In psentia vero cum repperissem nycolaum illustris marchionis nuncium de te diligenter in terrogaui Et cum iocunda omnia retulisset longe gauisus sum letor qz vehementer si qd est cordi tibi ac iocunditati Nichil est enim qd magis affectem qz te sanum hylarem qz esse/et me tibi carum fore/vt esse coniectu ra capio atqz intelligo Vnum itaqz oratum volo vt ostendas scilicet tu am erga me beniuolentiam extinctam non esse/quam rem scribendo sepius efficies Vale et magistro hugoni et natis suis me commendatum facito Ex plumbino·

Se libellum edidisse nymphilexim appellatum dicit·

Eneas siluius P p d Sozino pstanti et amico optimo Quatu or iam mensibus ad te lras dedi quas vtrum habueris certum nichil habeo Sententia tn earum fuit vt opusculum esse pfectum scires qd me sepius rogaueras/editum qd ideo feci non vt ydoneum me fore exis timares condendis operibus auctorem/sed vt intelligeres amoris erga te mei tantam esse vim ne qd tibi negare valeam/Absolui ergo libellum hunc tuo nomini dedicatum versuum vltra duo milia quem appellaui nymphilexim Cum vidit nycolaus nostratum lrarum lator Cui videndum ideo tribui quo testis esset ydoneus qui de visu referre possit vt nature leges imperitant/Tibi autem memet latorem spero quoniam istuc breui pficiscar/habeo enim multa tibi recensere que non erant lrīs inserenda

Vale et genitori tuo et iohanni aurispe me commendato/verbisqz meis germanū tuum andreā iubeto saluere Iterū vale Ex basilea kl' marcij Anno·1443·

Excusat pro inice non scribentem·

Eneas siluius S p d Petro noxetano amico pmario/Mirabar dudum qd rei esset q ad me nihil scriberes/sed herentē me coniecturis atqz ancipitē vir suauis et vtriusqz amantissimus nycolaus tifernas ex dubio mouit/q te diuitem factum retulit Quo audito At inq subito hinc illa intermissio lrāz hinc illa mei obliuio longissima more hominum venit vt diciores effecti pauperiores negligāt Sed non est michi molesta hec taciturnitas tua/qm ex causa tam vtili puenit Longe namqz dulcius michi est te locupletē esse tacēdo q scribēdo inopem Oro tm si facultates tue ocium aliqd prestāt/mei vt memor aliquid aliquādo scribas Nam et si diuicie occupationes dant maximas tēpusqz auferāt/papiri tm copiam subministrāt Cuius si quolibet mense paginā vnā ad me tinxeris/magnā grām feceris amico tuo et duplum recipies Scriberem tibi harum parcium nouitates nisi nycolaus instructus veniret omnium/quem libencius audies q meas lrās leges Accepi te vel patrē factum vel breui futurū esse/qd mihi voluptati est Miror tñ noluisse huius gaudij me fore participem qui michil significaueris tuo ence Deum oro vt natum hunc diu viuere sinat patri similem/Verum ne omnino existimes te meis carpi sermonibus illud te scire volo qa tuaz lrāz vnas suscepi per oratores regios qui florencie fuerunt/quas pro magno munere habui/tam et si plurimū annoz paz sit vna epl'a compensare silenciū Vale et me reuerēdissimo cardinali sancte cruc' ac viro singularis doctrine magistro thome et ceteris amicis effice ɔmendatū Ex noua ciuitate·

Preceptio bene viuendi breuis·

Eneas siluius Johanni peregallo scriptori apostolico S p d Rem longe maiorem q possum prestare cotidiano conuicio ex me petis/breuē tibi vt bene viuēdi pceptionē ɔscribā Temptatio ista nō ɔsultatio est Quādo enī fieri pt vt meis monitis tu indigeas q studiosus phie semp fuisti Cui si aliqd deest psto assunt diuini atqz humani iuris doctores q basileā quasi athenas ornatā reddūt Illos cōsulere et facilius erat et vtilius/In austria Xpo demētē ē qrere romā/et platonē apud hungariā inuestigare Non tm ppterea tibi non respondebo

Tanta est enim tuoꝝ erga me magnitudo meritoꝝ vt non solum peti cionibus tuis quas serio sed etiam quas ioco facis temptationibus/pa rere obnoxiũ me existimẽ Satisfaciã igit̃ breuiter peticiũcule tue Nec phoꝝ more ꝑcepta dabo sed vt patresfamilias cũ filijs solent agam te cum Norma est breuissima quã si seruaueris recta in celo via trãsibis Nescio si vnq̃ ingressus es mare Illic si vnq̃ fuisti scio te cũ procellis inflari/pelagus et nauigiũ impeti ↄtrarijs ventis cernebas multa deo vouisse Si ergo vis fieri saluus recteq; viuere q̃ ꝓmisisti dũ tempestas in mari fuit ea seruato Oꝝ si fretũ nunq̃ carcereq; aliqñ ptulisti cura vt egressus talis sis qualem te futurũ si exires spondebas in carcere Atq; si neq; hoc neq; illud expertus es remediũ tertium superest Non dubito q̃n aliqñ egrot⁹ fueris Quis eñ est q̃ ad tricesimũ annũ absq; graui aliqua inualitudine attigerit Multe pestes humano imminẽt corpi/mi nimaq; res est q̃ nos vel tollit e vita vel morbis tetercimis afficit Me mẽto ergo mi iohãnes cũ in lectulo resupin⁹ iacẽs/cũ renes arderent cũ plia rumperent̃/cũ fauces arescerent/cũ te sitis incenderet/quid tecum ipse diceres quid deo ꝓmitteres si sanitas restitueret̃/Certus sum q̃a de modo viuendi sepius cogitasti/et vicia dimittere/ꝟtutes vero amplec ti spospondisti Nunc igit̃ quomiã diuino munere sospes es stude vt im pleas q̃ ꝓmisisti egrot⁹ Hec regula ẽ bene viuẽdi breuis ꝛ certa Hanc seruato/Sꝫ accipe aliã breuiorẽ Si vis recte agẽ vitã/michil facias qđ deũ videre nõ putes Nichil secreto exoptes/qđ ꝑsente ꝓpl'o optare nõ au deas Juuenalisq; nr̃i memineris q̃ ait Optandũ est vt sit mens sana in corpe sano Cetera ex alijs q̃re Ego qđ breui⁹ dicere possem nõ habui Vale et me qñ id reciprocũ est ama Ex wienna Anno·1453·

De verbo turpis·

Eneas silui⁹ S p d Johãni căpisio pho ꝑstanti Demiratus es iohẽs mi amãtissime ꝟsus cũ meos legẽs mulierẽ turpẽ ꝓ defor mi positũ esse cũ vsurpatissi⁹ apud oẽs auctoẽs ꝑ eque sit vt ai viciũ poti⁹ q̃ corpis turpitudo demõstret/sicud et illud Juuenalis Filio lam turpi virule ꝓducere turpẽ Et alibi/breue sit qđ turpiter audes Et iterũ Nec fedũ alij nec turpe putarent Et hoꝝ exemploꝝ mille Cicero q; in officioꝝ libris de turpi sic loquitur vt de re que honeste opponitur Honestatẽ autẽ nõ in corpore sed in animo locauit Vnde ꝛ eius ↄtrariũ qđ ẽ turpitudo oĩm intuet̃ At ego nec rõe nec auctoritate careo Licere michi videt̃ vt q̃admodũ ꝓ pulchro honestũ ponit̃ ita ꝛ turpe ꝓ defor mi recipiat̃ nõ nunq̃ Virgilius eñ et corpore honesto inq̃t qđ seruim⁹

id est pulchro exponit/Rursus apud cyceronem in hijsdem officiorum
libris/quid significet decorum scis Juuenalis tamen id ad corpus retu
lit/tanti est querendi cura decoris Quod si decor ad corpus animūqꝫ perdu
cimꝰ cur non est eadem de turpi licencia Sed ne te multis morer/aucto
ritatem subijcio Inter eximios poetas ouidius non inferiori est loco ꝙ
lactanciꝰ ingeniosum vocat Js in eo q̄ de fastis libro inscribit̄ hos ver
sus ponit Utqꝫ fere vides turpes in pelice vultus Huius in amplexus iu
piter inquit ea/loquitur autem de calistene que in vrsam auersa est/
cuiꝰ vultꝰ turpes dicens nihil aliud significare voluit ꝙ deformes Nec
virgilij nobis auctoritas abest qui de apibus loquens in georgicis et
puluere turpes dixit/Nec tunc animū sed corpusculum denotauit Nos
ego secutꝰ sum Quod si aristotilis amicꝰ culparet Jmitari potiꝰ vellē nazo
nis atqꝫ maronis doctam negligenciā ꝙ illius obscurā diligenciā Va
le ex wienna Anno·1443·

Commendat causam frisingeñ ecclesie·

ENeas siluiꝰ S p d Reuerēdissimo in xp̄o patri ⁊ dño colendis
simo ludouico cardinali arelateñ Recepi nup lrās tuas admo
dum longas et cū hijs fuerūt capitula pacis ⁊ lige inter euge
nium et regem aragonū ꝯcordate Post hec significabas recessum illoꝝ
cardinaliū ex basilea quos abijsse inuitos asseruisti Cupiebasqꝫ vt om
nia maiestati regie referrē Sed iam omnia ex ytalia erāt sibi nota Nec
latet regem nostrū plerosqꝫ pn̄cipes esse q̄ magis sua querunt ꝙ illa q̄
sūt ihesu xp̄i Nonnulli tñ mirant̄ in quoꝝ numero meipsum pono qm̄
gallici q̄ ꝓpter regimē sicilie partem alteram sequebant̄ nūc illa pdita
in pristina sentencia perseuerāt Cum dici solet effectū tolli cessante cau
sa sensissemꝰ nos gallicoꝝ mentē si iohannes offenburgeñ lrās in fran
ciam deferendas diligenter misisset/sed timeo ne fuerit piger in re pub
lica q̄ solet in priuata diligentissimꝰ esse Scripsit nuper serenitas cesa
rea sacro concilio in fauorē henrici viri optimi ⁊ lrāti vt eum frisingeñ
eccl'e preficeret epm̄ Existimaui tantum principem exauditum iri/pre
ter spem accidit vt preces eius reiecte fuerint Interim electus est p ca
pitulum siue iure siue iniuria cardinalis sancti martini Js recursū ad
vos habebit ꝯfirmationis causa Rursus scribit cesareū culmē vt supse
dere velitis ꝯfirmationēqꝫ differatis Ego itidem suadeo et p̄cor itidem
ꝓpter bonum sacri ꝯcilij Ne spernat̄ hāc peticionā sicuti pmā Debetis
enī hūc tantū pn̄cipē ad ꝙ ceteri om̄s oculos dirigūt q̄qꝫ nec muneribꝫ
nec p̄cibus ad aliquā iniusticiam mouet̄/vobis et ꝯcilio fauorabilem

facere/ Ne irritantes suam clementiam cogat eum iter flectere Scis preterea q̄tum apud eū possit magnific⁹ gasper cācellari⁹ q̄ si vobis fauerit nichil est/ꝙ alios timere habeatis/ Allicite igit̄ hūc virū ⁊ benefitijs deuincite/maxime hoc tēpe qn̄ ꝯuent⁹ norenbergeñ instat q̄ ꝑ totā xpianitatē est vulgat⁹/qn̄ ⁊ carnaial ⁊ alij instāt vt rex se ꝓ altera pte declaret Et cardinalis sancti angeli apud hungariā ꝓ virib⁹ dn̄m suū tuetur/quando eugenius nec congregari aliud ꝯcilium nec fieri declarationem vult nisi ꝓ se fiat Nec em̄ ambigo q̄n rex aragonū aliter respōdisset in factis ecclesie nisi ꝑ ipsum fuiss; pturbatus/ Videbitis in breui ꝯuentum fieri ad quem si rex nō ierit ꝓ vt timet̄ saltē mittet plenū mandatū sicud eius lr̄e in orbem misse decantant Et si vota venientium ꝯsonauerint ad ꝯgregationē indubitati ꝯcilij procedetur/ Jd si nequeat obtineri declaratio fiet quā deus bonā det Sed ad hoc oportet nos p̄ncipem hunc affectum habere/eius p̄ces exaudire et seruitores suos ꝓmouere/ Maximeq; vobis ē opus cancellarij votis annuere vt eius frater obtineat ecclesiam frisingeñ Nam si ꝯfirmatio cardinalis nō maturet̄ aderunt vie que vestrā partē iuuabūt plurime/et vos postea in conuentu norenbergeñ maiorem fauorem habebitis Et presertim si eo miseritis oratores qui potestatem habeant regie maiestati ꝯplacere nō autē v̄ba dare q̄ ventrē nō implēt Qꝫ autē suades vt facta ecclesie regi commendē/ego nō sum tanti In eo tamen gaudeo ꝙ hunc principem religiosum video ⁊ nullius mali auidū Electores essent in hanc rem hortādi q̄ ꝯsultores sunt et mēbra imperij/ non eneas q̄ vermiculus est ⁊ cuius verba in fumum transeunt Vale et me vt soles inter seruitores ama Ex gretz.

Offert operas suas in causa frisingeñ.

Franciscus quadrati⁹ aduocat⁹ ꝯsistorialis Enee siluio S p d

Recepi mi enea lrās tuas longo tpe expectatas quib⁹ plectis ex eaꝝ p̄ncipio pcepi nil aliud nisi te credere me falsa psuasiōe vsū/versucijsq; vacare Ha mi enea si ceteros versutos appellas q̄ cū veritate nitunt̄ versutus ero et in hanc partē versucias traxi Jnp̄sentiaꝝ autē cū et vatū numero aggregat⁹ sis nō versucias ſ; delie scientiā me captasse excogitare debes Quesiui ego illa ipsa poemata que minime repetire quiui Credo deliam omnia traxisse que vt primū affuerit litā reassumā/tuamq; gloriam lauree immortalem reddam Ceterum mi enea licet tua epl'a in causa quā nosti nichil lucri afferret/ego tn̄ quaprimū vidi litteras regis serenissimi a nemine promotas/expeditionemq; rei

pro cardinale futuram/ac tres sactas disputationes pro eo in vnam con currisse/p serenissimo rege memet licet irrequisit? opposui/causamqz sic perorani vt ibi effectū sit Vt expedicio q̄ celeris credebat retardationē sortiret in dies Et post factum totaliter hic impedimentū est vsqz ad aduentū lrāz ↄfirmationis facte p metropolitanū Si rationes assigna te in lrīs regis vere sunt electio ⁊ ↄfirmatio michil opitulant/omnia ru unt Quam rem copiosi? et seriosi? scribo gasperi cuius negociū agitur Idcirco mi enea et si in dicta causa nullū lucrū est tn̄ restiti sine lucro q̄a non omnia lucrū petūt Sed illud vetus puerbiū te michi excusatū reddit/neptunū nayades petūt in futurū Sis memor tui francisci q̄ te ad animā diligit Deum testor q̄ primū ingeniū reassumam tibi insultū dabo Recommissum me velim regie maiestati serenissime cui me vt ro manū in dies offer et strennuo militi gasperi cui ad plenū scripsi/nec non eximio arcium medicine doctori iacobo cesareo medico Vale et me ama vt soles Ex basilea Anno·xxx3·

Commemorat operas suas et p̄talas nouitates

Arian? sozin? Enee siluio S p d Olim nullas ad te dedi lrās q̄a nec intellexi aliquē de te recta via venientē Tuas tn̄ ex gre gorio frequētes salutatioēs accepi A quo etiā intellexi felices successus tuos q̄ michi ḡtissimi ⁊ iocūdissimi extitere/feliciorqz milies expecto Ceterꝝ hic ludouicus q̄ serenissimū impatorē accedit/tui cogniti onem asseruit habere quare quedā tibi exponēda cū eo ↄtuli Tu igitur fidem adhibebis/meiqz amore ⁊ contemplacione si illi officiosus esse po tes id agas exoro Ego isto anno lecture renūciaui/qm̄ aliquādo viuere non semper degere institui Tu vero cogitabis et operam dabis hijs que ab isto ludouico mei ex parte erunt exposita Post tui vltimum disces sum tres filij masculi michi nati sunt Ex quibus duos habeo et in dies alium expecto Super decretalibus commentarios edidi et ·xxiiij· trac tatus composui/et nouissime opusculum de sortibus ad reuerendissimū cardinalem nycenum transmisi/que omnia si tempus concessum fuisset ad te dedissem sed dabo q̄primum potero Postremo nil aliud superest nisi vt valeas et nostri memor existas Noueris clarissimū regem ara gonum et victoriosissimum ducem nycolaum piciminum p sacratissimo dn̄o nostro eugenio totam marchiam ⁊ patrimoniū recuperasse/firmo atqz esculo dumtaxat exceptis partemqz romandiole/plures em̄ ab eo conductores defecerunt ex hijs quos fidelissimos arbitrabatur Sanc tissimus dominus noster ·xxi· klendas octobris hinc iocundissimus et

letissimas abijt/eritq3 rome infra paucos dies Vale ex Senis

¶Epistola responsiua et exhortatiua ad scribendum.

Adam de mulin anglicus apostolice sedi prothonotarius Enee silnio poete S p d Amantissime socie modico iam superiori tempore delatas ad me presentiū per latorem dulcissimas epistolas tuas libentissime recepi earumq3 exigentiam pro virili mea sum secutus/ita q regia celsitudo inpresentiarum bene inclinata est/habitoq3 aduisamento sui magni concilij/id plene spero fiet de quo animus tuus contentus erit Aperui mētem meam latori huius/cuius grauitas et industria plenam vendicant adhiberi sibi fidem/quam mei ex parte sibi queso dare velis/et nomine meo ab eo dignanter recipere bursulam peruulam quam tibi mittit de manu sua laboratam virgo nobilis neptis mea Optime mi enea significare queso digneris michi ade tuo si quid in anglia tibi gratum fiendum erit et ante omnia accommoda michi sepe epistolas tuas quas potero ad tui memoriam in conspectu principis ostendere quoniam tali adiutorio dignus fuit Rogo et iterum rogo michi sepe scribe et vale felix optime et antique socie Ex londonijs Anno.1.4.4.3.

¶Agit gracias pro consiliariatu.

Bartholomeus episcopus conetanus S p d Enee siluio seneñ poete clarissimo et amico prestanti/Dulce michi admodum et suaue est vir clarissime q valeas dummodo recte valeas/qñ te apud tuum cesarem honore primum et commodis non carere existimem/sed apud eum in dies te ob ingentes virtutes tuas et doctrinam magnipendi scientia et intelligam Scripsissem ad te crebrius nisi prouolutus visitationi episcopatus gebenneñ/quam ob grauem meam penuriam vt viuerem sumpsi inuitus/Cum enim vt solent visitatores ipso in exercicio per eam dyocesim currerem disculus non potui nec crebrius nec plus scribere ad te cui in scribendo ac omnibus ferme more ferreo stringor Gracias itaq3 me valere cum omni familia q̄q̄ misere/suscepisseq3 conciliariatus regij ad quas tu tantopere laborasti/michi quidem caras et gratas et inter res alteras cariores Et ea propter cesari tuo primum qui tanta in me humanitate vsus est/tibiq3 ac iacobo qui et inicium et incepte rei finem prebuisti ago gracias indefessas/non recusans si modo possim vestris honori et commodo prebere vices Restat aliud vt communi rei nostre tractande nunc admotis calcaribus totis

viribus te exhibeas in medium pro veritate neminem extimescens Potes enim nunc quo gratulor rei nostre apprime favere/et vales ad cesarem et omnes suos Idcirco tamque fortis adletha ac certator in medium campum occurras/et vt res successerit me certum reddas Etsi vt glisscimus successerint apud regem et suos rem meam que tua est singulari affectu commendatam suscipies/vt sic videam te alterum esse in re mea quemadmodum et in tuis agerem indefessus Vale et me ama vt ceperas licet absentem et insudes gratificari tuo humanissimo cesari Ex gebennis tertia die octobris Anno·1483·

¶ Epl'a enee silui Episcopi senensis ad petrum noxetanum equitem et comitem palatinum·

Eneas dei gracia Episcopus senensis domino petro noxetano equiti et comiti palatino amico singulari S p d Pupugerūt cor meum littere tue quas nudiusquartus ex oratore florentino accepi lacrimasqꝫ meis ex oculis nō paucas excusserūt Nā ꝫ tristes videbantur miseriam quandam p'e se ferentes et manu tua scripte nescio quid latentis energie ad commiserationem ꝓuocandam amplius attulerunt Videbar cum illas legerem teipsum videre et alloqui cui ꝑfero neminem ꝫ quem ante sex annos non vidissem/Legi ergo scripta tua non sine lacrimis/quas partim iocunda recordatio mutui amoris partim commiseratio tuarum aduersitatum prouocauit/Lacrimas nobis aliquando insperatum gaudium aliquādo inopinatus meror extorquet/vtrumqꝫ in causa fuit Nam suauis epistola tua non speranti michi reddita est que absentem carissimum amicum presentem reddidit/sed te preter opinionem mestum atqꝫ afflictum ostendit Itaqꝫ cum primum tue manus caracteres inspexi oborte lacrime testimonium leticie prebuerunt Cum tuam cognoui calamitatem merori meo astipulate sunt/neqꝫ enim cum flente amico non flere et cum dolente non dolere fas fuit At postq̄ melius ad me redij cum animaduerterem te responsum exigere statui satisfacere desiderio tuo ymo verius meo Nam quomodo fieri potest vt ego scriberti amico non rescribam qui neqꝫ hijs responsionem soleo negare qui me oderunt Multa sunt petre amantissime in tuis litteris responsione egentia quibus capitulatim annotatis/ꝫ tibi et michi q̄ brevius potero morem geram Ais ergo in primis permolestum tibi fuisse q̄ me alloqui florentie nequiueris Credo equidem et eo mihi acerbius fuit quo magis preter spem tuo colloquio sum priuatus Acceperam namqꝫ bononie te roma reuersum florētie moram agere/atqꝫ ideo spe plenus iter acceleraui Cum veni florentiam didici ex roberto martello communi amico te valitudinis causa in villa lanari Scripsi ad te si commodo tuo posses in vrbem redires dum mandata cesaris apud magistratum ciuitatis exequerer/Demoratus sum illic biduo sed neqꝫ tu aduenisti neqꝫ rescripsisti quicq̄ Venissem ad te in villa nisi putassem oneri me futurum homini qui cum coniuge ac liberis secessissꝫ Abij ergo rursum Postea cognoui martellum cui litteras credidi non fuisse in reddendis illis vt promiserat diligentem Senis autē mansi apud necessarios meos dies octo/neqꝫ me tuus homo conuenit quem dicis a te missum qui me alloqueretur/Cum essem rome paucis

que ad me scripsisti habunde respondi Et iterum post responsum alte
ras ad te litteras dedi quas coniecto tibi fuisse nō redditas qui nullam
earum mentionem facis Existimaui deniqꝫ cū redirem in germaniam
te michi nullo modo eripi posse quin florentie conueniremus Valedixi
romane curie et collectis sarcinulis/senas repetij eo animo vt ordina
tis ecclesie mee rebus ad imperatorem qui me reuocauerat q̄pprimum
reditum teqꝫ in transitu florentie viserem Sed que consilia hominum
certa que cogitationes rate/obsistit/votis meis caritas patrie que diu
tino afflicta bello/pacis egena/quietis auida alphonsum regem ara
gonum me petere hortata est ab eo vt salutem sibi impetrarem/Frede
ricus quoqꝫ imperator q̄ cognouisset iniusto bello seneñ circumuentos es
se/mutato reuocationis mee proposito de componendis tuscie rebus mi
chi mandatum dedit/Vtqꝫ romam ꝛ neapolim me conferrem ea de cau
sa iussit Ego q̄uis in me nullum esset in tanto negocio momentum pa
trie tamen non misereri non potui/neqꝫ imperatori non obedire licebat
Redij romam ibiqꝫ mensibus quatuor sum retentus anteq̄ hinc daret̄
exeundi facultas/nunc hic menses duos ago Nescio quis erit rerum
finis scio quid vellem video quod nollem Semper illud virgilianum
ante oculos mentis mee versatur bella horrida bella et tybrim multo
spumantem sanguine cerno At que iam vis hec syderum tam iniqua
que fatorum diritas Cum quiesceret omnis ytalia patria mea quietē
habere non potuit/q̄nque male bellum seneñ ducunt Et que ciuitas tā
opulenta est que non exhauriatur exinaniatur tam diutino belli malo
Nemo tam robustus est quem non atterat continua febris Dicat ali
quis Dabit deus hijs quoqꝫ finem/Scio enim neqꝫ tempestas est quā
non sequitur tranquillitas At multi pereunt priusq̄ positis ventis ster
natur equor Omnium rerum vicissitudo est/Fateor sed nos interea pa
timur/Verum hec mora non solum patrie causa michi molestissima ē
sed ea quoqꝫ ratione q̄ tunc pacem quero neqꝫ illam neqꝫ te inuenire
possim/fero tamen patienter qd sine mea culpa cecidit te quoqꝫ pro sa
pientia tua idem facere velim Sed pergo vlterius In tuis līis dicis te
omnibꝫ in rebus erga me vere amicicie officio functum Confiteor istud
Neqꝫ ego me amicum habuisse vmq̄ scio qui te verior aut sincerior fu
erit Nam etsi solent res secunde immutare homines te tamen nulla for
tune amplitudo mutauit Fuisti enee tuo semper idem/Nescio quid de
te alij dicant/ego te michi alterum scipionem alterum piladem atqꝫ
vt nostris vtamur exemplis alterum ionatham sum expertus Que

cumqꝫ volui ex romano pontifice te adiuuante sum consecutus Fores tue que pre magnitudine negociorum quibus destinabantur sepe cardina libus obserate fuerunt/non michi tantum verum et internuncijs meis omni tempore patuerunt Cumqꝫ ego me satis a nycolao papa euectū superqꝫ satis existimarem michilqꝫ vltra peterem/tibi nullus in me col latus honor sufficiens videbatur q̄muis episcopus ab illo creatus essem et inter principes ecclesie sederem Cardinalatum quem ego michi neqꝫ arrogabam neqꝫ optabam quidem/enee tuo cepisti querere/cum tu ip se credo coniugio alligatus id consequi non posses me vnum a te dilectū esse qui eo proueheretur quo tua te virtus extulisset nisi matrimonium contraxisses Arbitrabaris igitur q̄tum sentio honorem quo ego funge rer tuum esse et te dici cardinalem si tuus eneas rubio pileo donaretur Effectum est igit̄ tua opera vt imperatori a nycolao ꝓmissum sit Nam et is me promoueri optabat inter primos q̄ creandi cardinales essent eneam nullo pacto preteritum iri Idqꝫ nycolaus ipse cesari affirma uit et michi Idem quoqꝫ duo vlterimi testes imperatori suis litteris as seruerunt sancti petri et sancti angeli cardinales quorum scripta ⁊ q̄ dem signata imperator ipse michi restituit/Sed obijt ille promissi ple nus Credidit plus sibi vite superesse vt aiunt poete/plus statuim⁹/De ceptus est non decepit pius et optimus pater Quem pro sua integri tate non ambigo celicolarum choris annumeratum Iamqꝫ non cum io ue illo quem summum secta dixit antiquitas sed cum xpristo maximo et singulari deo nectarea pocula siccare ⁊ de genimine vitis in regno pr̄is bibere/sessurum in iudicio cum xij apostolis/duodecim tribus israel iu dicaturum/At q̄muis promissa irrita sint inuanumqꝫ tui conatus ierint non sum tamen minus obnoxius/Voluntatem non factum metior Te qꝫ vt ipse dicis amicicie sancte legibus omni tempore satisfecisse non eam inficias Sed quorsum hoc mi petre/nunq̄ͣ te accusaui nunq̄ͣ de te male sensi Quid igitur an tu forte ingratum me iudicas qui non sum tui memor/qui cum fortuna a te recesserim Nam cur te ius amicicie seruasse dixeris nisi illud me violasse contendas Nolim petre ita de me opineris/et ipse leges amicicie inuiolatas custodio Sed times fortas se ne modo in vestram beniuolenciam peccare incipiam/nec sequar alios qui tua ope magni potentesqꝫ facti nunc te persequuntur Pessimum ge nus hominum genimina viperarum/semen dyaboli Sed late patet vi cium In deum xpristum qui nos creauit ingrati sumus/quid miri est si homines fallim⁹/Ferre nos oportet quos deus ipse sustinet Non sunt omnes accepti beneficij memores/Magna pars hominum eos perisse

expetunt ex quibus beneficia consecuti sunt Sic enim se vinculo solui quo teneretur Neque id falsum omnino est quod sigismundum imperatorem frequenti sermone vsurpasse ferunt/ Pecunie vel gratuitum mutuum multos immeritos fecere Pauci quos equus amauit iupiter aut ardens euexit ad ethera virtus benefacti memores extitere Inter quos ego meum nomen dare haud dubito Nam etsi multa me vicia occuparunt / diuina tamen michi cooperante gracia ingratitudinem tamen semper odiui / hijsque totum me dedi quos mei amantes noui / Nunc tu me illis annumeres qui te post casum reliquere / Dispar est illorum et mea ratio Illi tum primum te colere atque obseruare ceperunt cum primus esses in apostolico palatio / pinguedinem mellis tamquam musce sequebantur / amicum pontificis non petrum amauere / officio non homini alludebant Mutati sunt te mutato / abierunt vbi cessauit stillare fauum / non sunt iniurij nichil est quod illis imputes / Quesiuerunt in te magnum secretarium et cum non inuenissent alia de nocte / Ludus hic fortune est et huius mundi consuetudo / At ego te dilexi antequam palacium ingrederetis / Dilexi pauperem dilexi diuitem / quomodo non diligam ad priora reuersum / quamquam nec ista priora sunt nec tu pauper es Cur me tuus casus alienauerit cum tuus ascensus te minime transmutauerit Nichil apud te petre variatum est Solida et incorrupta caritas que tibi me semel coniunxit / nunquam dissoluta beniuolentia est Sum hodie quod olim fui / nichil est imminutus amor / nichil ignoro / nichil immemori de tuis erga me officijs narras Omnia sunt ante oculos veteris conuersationis illius cum e plumbino soluentes corsicam circuiuimus / cum nos pene in affricano tempestas litore illisit / Subit adhuc recordatio quo tedio inter nautas apud spediam et in portu veneti pernoctauimus cum sentine correpti sub dumo dormire maluimus quam sub tecto quamuis horrida seuiret hyemps Vidimus vna genuam ligurum metropolim Superauimus appenninum ac transmisso pado philippum illum inclitum longobardorum ducem apud mediolanum ducem adiuimus Transmisimus celo vicinas alpes et formidabilem pontem et lucerinum lacum et campos eluetiorum / Venimus basileam et sub dominio cardinalis tui que tunc sancte marie inuiolate cognomine fuit / nunc sancte crucis appellatur In consilio magno fuimus / quam dulcis conuersatio nostra fuit quam suauis in omni fortuna societas / nichil michi graue te comite videbatur Memini memini adhuc petre cum simul vno cubiculo dormiremus quotiens michi ad multam noctem vigilanti ac nunc

vnum nunc alterum poetam legenti subridens dixeris Quid te mace
tas enea/doctis eque ac indoctis fortuna consulit At cum dominico q̄p
uis esset is benignus et optimus pater cum paupertate eo tempore pre
meretur perseuerare minime potuimus/disiuncti aliquot annis fuimus
sed iterum nos fortuna coniunxit apud nycolaum sancte crucis venerā
dum patrem et omnium opinione sanctissimum Qui cum e florentia
rursus mediolanum petimus ⁊ superato iouis monte per locum leman
num tonomum venimus/memorandamq̧ illam repallie heremum in
troiuimus/In qua dux sabaudie amedeus detulit/habitu cultuq̧ sanc
to cuipiam heremite similis quem viri decem equestri ordine seque
bantur/qui seculo renuncians promissam barbam ⁊ hispidum pallium
et retortum bacillum mundanis opibus pretulerat Inde basileam re
diuimus coloniam agrippinam petentes per belgas atrebatum veni
mus ibi conuentus ille maximus celebratus est In qua pace gallia
rum constituta philippus burgundie dux a britannis qui nunc anglici
appellantur ad regem francie defecit / Diximus ibi sicuti et alibi con
cordibus animis / nec nos lucelli cupido disiunxit / q̄uis ambo idem of
ficium idem lucrum sectaremur Inde ego in vltimam britanniam que
hodie scocia dicitur missus sum / quo in itinere multa pericula aduer
sa quippe qui duodecim diebus in profundo occeani fui terris nusq̄
apparentibus ac vi tempestatis in vltimam ad septemtrionem norwe
giam actus vix tandem bonitate dei destinatum iter tenere potui Sed
nichil michi grauius videbatur q̄ q̄ carebam cuius consolatione in
omni aduersitate leuari solebam Reuersus ex britannia te basilee con
ueni neq̧ ibi diu mansimus per sueonos renos lacum brigantinum et
tridentinas alpes bononiam indeq̧ mediolanum repetiuimus cardi
nalem nostrum sicuti qui de pace ytalie inter senatum venetum ⁊
mediolanensem principem acturus erat Hic tertio disiuncti sumus/
et tu quidem romanam curiam secutus es / ego basileam reuersus in
concilio pluribus annis perseueraui Et licet inter romanum pontifi
cem et basilieñ synodum graues inimicicie maligneq̧ lites intercidis
sent ⁊ tu pontificis et ego synodi partes sequeremur / nichil tamen
beniuolentie nostre detractum est publicam illam finimus Cuius
rei epistole nostre vltro citroq̧ misse testes sunt in quibus noster a
mor expressus est Itaq̧ non dubito te confessum habere dum latuim⁹
dum fuimus ambo pauperes inconcussam stetisse amiciciam nostram
Tollerant enim se facile tenues neq̧ miseriam cognoscit inuidia Cum
vero ditatus es atq̧ in te vnum q̄tum potest fortuna ostendere voluit/

vnusq̄ palacium apostolicum gubernasti / scio non arguis me leges a
micicie reliquisse Quis enim letam amici fortunam deseruit Illud ve
reor ne me tibi cum multa posses obsequentem adulari crederes Est em̄
omnis beniuolentia suspecta potentibus Nimime igitur oblitum me
tui fuisse dices cum felix habebaris Sed accusas me forsitan q̄ post
euersam potentiam tuam / te obseruare desierim / Vmo vero nichil est
enim a me pretermissum quod boni amici esset / qui vt primum cogno
ui nycolaum papam quo cum creueras nature debitum persoluisse mox
ex noua ciuitate austrie ad te scripsi bonoq̄ vt esses animo iussi Nam
etsi pontificem maximum fortuna tibi abstulisset fredericum tamen im
peratorem reliquisset / apud q̄ si velles locum te dignum inuenires quo
niam is te maximum faceret Id q̄ non ex meipso sed ex ore cesaris as
truebam receptum esse / qui ita me scribere iussisset cum te illi com
mendassem Nescio an huiusmodi littere tibi reddite fuerint / nam de
illis nichil significas Cum veni florentiam quesiui de te diligenter vt
supra relatum est / In roma vero beatissimo calixto pape de te dixi que
de viro bono et amico optimo dicenda fuerunt Et vbicumq̄ de te ser
mo habitus est tuas partes egregie defendi / q̄uis pauci me coram /
te accusarint / siue quia graue est innocentem criminari / siue quia
sciunt omnes tuum honorem ad me tangi / tuamq̄ ledi quoquo modo
famam / me minime passurum esse Persuade igitur tibi petre amantis
sime dum spiritus hos regit artus animum erga te meum immutari
non posse Namq̄ neq̄ tu committes vt mutari oporteat / neq̄ is sum
qui quinq̄ et viginti annorum amiciciam sine causa dissoluam Nec
me turbatum fugientem videbis quocumq̄ me in statu fortuna tenue
rit Is ero erga te qui fui cum essem⁹ basilee Neq̄ tu dum petrus eris/
eneas esse desierim Neq̄ plura in accusationem tuam dixerim De
quar alias epistole tue particulas Ais te putare que cum nycolao pon
tifice de me cepta sunt apud calixtum perfici debere / id est in cardinala
tus ordinem me susceptum iri Idq̄ cupis et quia futurum speras gau
des meq̄ rogas postq̄ id factum sit vnum ex tuis necessarijs vti capel
lanum admittam / Fortasse omnia que scribis huc tendunt Amico vo
luisti satisfacere Et quia nō es ea potentia qua olim fuisti scribis mul
ta vt impetres pauca Opinaris enim que prius vno verbo obtinuisses
nūc vix pluribꝰ obtineri posse Hoc fortassis apud alios ita vsui euenit/
apud me tua tanta est auctoritas q̄ta omni tempore fuit Respondebo
tn̄ ad hec aliquid Cardinalatū ego non quero nō expecto q̄uis cesar

mei causa sollicitus sit Si tamen quod nequaquam opinor id honoris sors aliqua ad me detulerit/non est quod roges hoc aut illud / Non minus tibi quam michi mea domus obediet Quod autem arbitraris in fundamentis apud nycolaum factis edificium superducendum esse falleris mea sententia / Longe enim aliter preterita docent Nouus rex vt in prouerbio nouam legem edit Nam quotus successor inuentus est qui predecessoris amicos dilexerit ? quippe adeo nostros antecessores odimus vt certissimum argumentum putetur Hunc pontifex amauit qui nouissime mortuus est/igitur huic odio est qui viuit Et creasset hunc cardinalem ille si amplius vixisset / non igitur inter eos nominabitur qui modo creandi sunt Quod si fuisset aliqua causa que me in eum ordinem assumendum suaderet / hec satis est ne assumat quoniam ex illorum numero fui quorum dignitas apud nycolaum amplificanda credebatur Quod autem mei honoris augmentum cupias haud est apud me dubium Quis enim amicus est et amici gloriam non expetit At ego mi petre si hanc dignitatem expectem demens sum qui maiora meis humeris imponi onera exoptem quam illi ferri queant Videarque non dico erga fortunam sed erga magnificentiam dei ingratus qui longe magis honoratus quam par sit non quiescam Etenim mi petre superos oro vt si leam de maximo deo a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum/quid est quod ego de lege fortune aut fatorum querar/Nam quem dominum egredientem meliori flatu quam me fortuna prosecuta est Nam quamuis annos sex et xx natus cum darem iuris ciuili operam exorto bello patriam et studium coactus sum relinquere Accessi tamen grande illud basiliense consilium inuenique graciam in oculis patrum Scriba in synodo fui et litterarum abbreuiator / et duodecimuir qui magistratus illic quasi censorius habebatur Neque enim sine duodecimuiris ad consultandum de rebus consiliaribus quisquam admittebatur et admissi qui non inuenirentur ydonei his iubentibus commouebantur Erant in concilio quatuor conuentus qui deputationes appellabantur de fide et pace de reformatorio de communibus presidentes He suos singule singulis mensibus elegerunt In deputatione fidei in qua eram inscriptus sepe presedi Inter collatores quoque beneficiorum bis sum electus / Legatus ab ipso concilio ad complures principes missus Cum pontificatum amedeus dux sabaudie suscepisset felix nuncupatus in secretarium sum ab eo accitus Nec diu post vocatus ad fredericum imperatorem prothonotariatus officium ab eo sum adeptus / sic germani secretariatum appellant dum legationes cesaris obeo vniuer

sam ferme germaniam circuiui / Dissidebant trathones cum eugenio maximo pontifice At neqȝ illi neqȝ felici obedientes neutrales voca bantur Concordia pluribus in conuentibus agitata est quibus iuben te cesare semper interfui Bis cum tractatu pacis ad eugenium veni / tertio nationis illius apostolice sedi obedientiam attuli Secretaria tus et subdyaconatus honorem ab eugenio ⁊ mox illo defuncto a ny colao suscepi Cuius conclauis cum eligeretur cum ceteris principum legationibus custodie prefui / Lapsum est postea breue tempus in quo me nycolaus tergestine ecclesie michil tale morantem prefecit episcopum / quadrienniocȝ abinde beatiso senensis vrbis vnde michi origo est pontificatum ad me detulit Cesar vero a quo in consiliario rum ordine susceptus essem neapolim me petere iussit Quo in loco ma trimonium inter ipsum cesarem et leonoram portugalie regis soro rem alphonsicȝ neptem contraxi / eandemcȝ imperatricem anno post nauigio vectam e pisis ad imperatorem senis agentem conduxi / Cum id michi vni committeretur In coronatione cesaris que rome celebra ta est nosti que mee partes fuerint Quippe qui me sepius imperatorio nomine apud romanum pontificem et publice ⁊ priuatim loquentem audiuisti Reuerso in germaniam legatio michi apostolice sedis per bo hemiam et omnes prouincias austrie ducum commissa est In conuen tu germanorum qui ratispone habitus est quo et philippus burgundie et ludouicus bauarie duces ⁊ alij q̃plures principes et reguli conuene runt de salute xpristiane rei publice agentes imperatorias vices tenui Simili modo et in francfordeñ concilio vbi ⁊ germanos aduersus tur chos decernere bellum dicta oratione suasimus / q̃uis postea negli gentia et inscicia eorum qui cuncta sibi decere putant germani trepue runt Mortuo nycolao calixtum successorem eius qui nunc sedet impera torio nomine tamq̃ successorem verum xpristi vicarium recognouimus In hisce nos honoribus petre versati sumus Nec tamen intelligimus cur adeo diuina pietas nostram prauitatem extulerit / non doctrina non vite bonitas hec meruit Cognoscim⁹ imperfectum nostrum et nos ipsos sepe cogitantes non extollimur quidem sed magis erubescimus et confundimur qui pro tantis beneficijs non sumus grati Respicimus aliquando retro et quoniam multi viri nobilibus orti natalibus / virtu te ⁊ doctrina prestabiles abiecti ⁊ incogniti iaceāt consideram⁹ Fateor q̃plurimi sunt qui opibus et honorib⁹ antecedunt sed multo plures se quunt Pluribus ꝯmisereri q̃ inuidere possum Et illi quidē qui me dig

nitate precedant etiam virtute superant Ego his qui sequuntur nulla tatione sum melior O quot viri sunt qui non centum aureos annuis ex beneficijs ecclesiasticis haurire possunt iuris diuini atqȝ humani in terpretes quorum non essem dignus corrigiam calciamenti soluere / Atqȝ ego ignarus ebes atqȝ viciorum mole pressus atqȝ iniquitate cir cundatus qui aliquo beneficiolo contentus extitissem vel minimo iam annuos nulle aureos possideo / quodqȝ magis mirere dum germaniam petij episcopatum in patria consequor Magna hec mi petre in quibus non mea solum paruitas sed magna virtus quiescere possit / Apud tres episcopos et totidem cardinales dictandarum epistolarum offici um exercui Hij tres quoqȝ pontifices maximi secretariorum collegio me asscripserunt eugenius nycolaus et felix q̄uis hunc adulterinum dixe rint Apud cesarem non secretariatus modo sed consiliariatus et princi patus honore auctus sum Neqȝ ego ista fortune imputo q̄uis nescio causam sed ipsius rectori et dominatori omnium deo cuius est in quem cumqȝ voluerit vsum vasa formare Neqȝ humane corruptioni subici untur que libera sunt / eiusqȝ libertati gracias agere decet qui dat om nibus habundanter et non improperat An nos igitur tanta miseratio ne preuenti cardinalatum anxij expectauimus / atqȝ hunc quoqȝ no bis honorem deberi putabimus Vtinam dignitati quam consecuti su mus pares inueniamur et ita quod superest eui traducamus ne qua possit in nobis ingratitudo notari Porro cardinalatus fastigium ma ius existimamus q̄ nostris humeris committi debeat Vtinam ea dig natio hijs credatur qui afferre illi potius q̄ ab ea recipere glori am possint / quales nos esse nullo pacto cognoscimus · Restat vlti mo loco de consolatione aliquid dicere quando et te illius egentem os tendis / Duo fuerunt vt scripta tua edocent que te conturbauerunt / mala valitudo tua et obitus nycolay pontificis quo cum ⁊ ipse cecidis ti / qua in calamitate constituto nemo tibi amicorum affuit / Egri tudinem corporis et onerosam tibi et molestissimam fuisse non mi ror Vix enim quisq̄ reperitur qui non morbo succumbat doloribus qȝ vincatur / belle quidem tum multi cum valent recta consilia egro tis prebent / ac ipsi si doleant mente excidant Ita natura compara tum est / verbo q̄ multi philosophantur re ipsa admodum pauci Vtcumqȝ sit non oportuit vitam optare diuturnam nisi et senescere vellemus / Cum senio autem circumsilit agmine facto morborum omne genus / quorum si nomina queras / promptius expediam quot amarit ip pia mechos Parati ergo ad hec esse debemus et nunc plium ⁊ nunc

capitis dolorem expectare/ et ad omnia mala nosipsos armare quibus contribules nostros affligi cernimus / Si quid minus accidat in lucro deputare Cum vero dolor incipit non ab amicis sed a nobisipsis solatia expetere Nichil habent certi qui sunt in aliena potestate / que nosipsi possumus nutui nostro nunq̄ desunt Tibi ergo cum egrotares a teipso et consilium expetendum ꝛ auxilium requirendum fuit / que te video non neglexisse cum deum tibi affuisse consolatorem dicas Optimus hic proculdubio et certissimus in omni egritudine medicus qui non corporis tantum sed mentis morbos expellit Estq; deus si senece credimus quisq; sibi Namq; dum nobisipsis recte consulimus / mentem nostram diuinitas incolit / At tu q̄q̄ corpore vales non tamen ad hac mentis egritudinem posuisti Est vulnus adhuc animi recens et amissi regni fortunam merens Monstri simile michi est te virum qui multa legeris et mundi vices sis contemplatus idcirco angi quia blandus fortune vultus tibi mutatus sit Cogitare te oportuit q̄ primum ascenderes Neq; enim fortuna quemq̄ extollit de quo reiciendi potestatem non sibi reseruet Hac conditione ascendimus vt cum illa velit e vestigio descendamus Nunc longum tenet vna comas nunc populus vmbras inquit ille / Caduca omnia sub luna / q̄to altius extollimur tanto periculosius cadimus / Volubilis rota fortune est / nemo illi clauum affixit Inconstans et infidelis hera fortuna / nulli perpetuo bona est Alexandrum illum macedonem quem mundi dominum fecerat / in ipso iuuentis flore veneno extinxit Pompeyus magnus centies vicies semel octuagintatria hominum milia fudit fugauit occidit in deditionem accepit / naues octingentas quadraginta sex piratarum depressit aut cepit Castella aut oppida mille et quinquaginta trigintaocto in fidem recepit Terras omnes a meoti ad rubrum mare subegit / Sed huic quoq; fortuna q̄uis seni abstulit caput / Cesarem dictatorem in senatu trucidauit q̄uis eius ductu vndecies centena nonaginta duo milia virorum in prelijs interissent non computatis illis qui bellis ciuilibus interierunt / In gayo mario q̄tum fortuna luserit non ignoras quem modo victum apud minotauros expectare supplicium / modo victorem truci vultu q̄tum neces imperaret legisti / Magna de lucio marcello est opinio quasi fortuna huic vni semper arriserit / Fit enim bis consul dictator magister equitum duodecimuir agris claudis elephantes pri

mus ex primo punico bello duxit In triumpho primarius bellator habitus optimus orator fortissimus imperator auspicio suo maxime res geste magno honore vsus summa sapientia summus senator pecuniam magnam bono modo inuenit / liberos multos reliquit / clarissimus in ciuitate fuit / At is orbam luminibus egit senectam amissis incendio cum paladium reperet ex ede veste memorabili ca su sed euentu misero vt plinius ait Huius quoqꝫ nepos metellus macedonicus fortunati nomen habuit / qui a quatuor filijs illatus est rogo / vno pretore / tribus consularibus / duobus triumphali bus vno censorio At hij in flore dignationis sue a catino labione tribuno plebis quem senatu censor eiecerat e capitoleo ad tarpeiam raptus est vt inde precipitaretur Sed intercedente altero tribuno alumne ereptus alieno beneficio postea vixit Sed octauianum au gustum fortasse obiceres qui victor orbis annis sex et quinquagin ta imperauit qui super garamantas et indos pertulit imperium Ex emplum hic vnicum humane felicitatis esse videtur hijs qui eius secreta ignorant Sed multa huic aduersa apud auunculum in ma gisterio equitum repulsam tulit contra petitionem eius prelato le pido in prelio filipeo fuga notatus est et in palude triduo egrota uit Vita eius sepe insidijs petita est / luxit liberorum mortes / et ad ulterium neptis ac filie / afflixit eum rebellio illirici / pestilencia vr bis / varia clades / fames ytalie / quatriduanam inediam sustinuit / moriendi cupidus herede non suo filio vita excessit / Et vt ad nos tra redeamus saul regno potitus / victorijs clarus / ad extremum in sanie et in prelio victus serui manum qua percutiatur supplex orat / Ab ouium custodia vocatus ad regnum dauid post claras ex hoste victorias a filio pellitur / contra quem sumptis armis non satis intel ligit vincere velit an vinci Dicat aliquis salomonem sapientem ac pacificum regem perpetuo fortune afflatu beatum qui vsqꝫ ad mor tem quieto tranquilloqꝫ regno potitus est Sed neqꝫ hic regnare sine fratricidio potuit et amicorum sepe neces impetrauit ac postremumqꝫ concubino seruicio pressus dijs alienis atqꝫ ipsis demonibus sacrifica uit In qua re miserrimum eum vel suo iudicio nemo dubitauerit Euo nostro vnum omnes felicem philippum mariam mediolanen̄ du cem iudicauimus qui non florentinos modo sed venetos et vniuersam ytaliam contriuit ꝛ regem alphonsum fratresqꝫ cum vniuerso ꝑcerum

comitatu nauali prelio superatos captosqz domi sue vidit Verum hic ante obitum ianuam amisit / agri magna parte multatus / adeoqz venetorum armis attritus est vt vix mediolani sese tueretur Et quamuis vltra citraqz montes regum auxilia imploraret / nullius tamen opem sensit / amisso visu / rege quem captiuum habuerat / herede instituto decessit / Francisco fortiaco duci venetiarum diu adulata fortuna est / sub quo supra quinqz et viginti annos senatus ille populusqz venetus mirum in modum auctus brixeam bargamum et maximam partem gallie transpadane in suam ditionem redegit Sed gloriam eius obfusca uit / felicitatemqz obrupit filius ob turpem causam bis in exilium actus / Hec cum tibi notissima essent petre non debuisti vel dolere vel admirari si et tecum suam consuetudinem fortuna seruauit que iure suo vetri et in omnes etates prescripto vsa est / Nichil de tuo tibi abstulit / quod suum erat repetijt / potentiam quam ad tempus concesserat in eo quem statuerat termino subtraxit Quid obsecro est quod de fortuna conqueraris Quid tecum illa dure egit Nycolao pape vitam eripuit At moriturum cum iam pridem noueras / Illo mortuo et tua potencia mortua est At nycolao cadente sciebas te stare non posse Nichil tibi aduersi accidit quod non preuideris / Preter spem vero si recte iudi cas non pauca bona tibi fortune beneficio siue vt melius loquamur diuina miseratione relicta sunt Ex palatio saluus existi collegisti sarci nas tuas es lucello quod ad te detulit / Secretariatus officium cum coniuge cum liberis absqz vlla contume lia dimissus es Hoc tu beneficium non ponderas quod tanto maius est quanto rarius accidit Etenim quot memorantur qui potentes in pala cio post obitum pontificis non maximas calamitates inciderint Nepo tem bonefacij nomi mendicari panem nostra etas vidit / quem vt edi tus in lucem fuerat in calatis rosarum obtulerant patruo Martino quinto fatis functo qui fuerunt apud eum potentes alij bonis omni bus excussi sunt / alij in carcerem rapti alij in exilio missi / alij in crucem sublati alij alio modo necati Neqz ego crediderim omnes qui martino placuerunt pena fuisse dignos / Sed ita mos inoleuit / odius est successori quisquis antecessori acceptus fuit / At te calix ti clemencia conseruauit qui de te sinistre credere noluit / quamuis es sent qui te accusarent non pauci hostes id est minimi tui corona tua et quidem preciosissima Hoc est petre quod integer creditus intac

abiisti Hanc tu laudem ad posteros pene solus tranmittes / nomenque tui minores ex te clarum habebunt / Unus enim ex palacio ponti ficis omni iudicio existimatus es qui saluus euaderes / Fateor non tanta tibi erunt lucra quanta fuerunt nycolao viuente / Neque iam ti bi assurgent homines quocumque ieris / Sed ego tibi satis pecunia rum esse arbitror si ad veritatem non ad opinionem vitam ducere volueris Querende pecunie nullus est finis Hiis qui vulgo viuant Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit / Si volumus esse diuites non pecunie adiciendum est sed cupiditati detrahendum Cum propheta dicendum est / Diuicias et paupertates ne dederis michi sed tantum victui meo tribue necessaria / Non habes opes cosmi / at marcelli habes / Non eris florentie primus / at vel luce vel se nis esse potes tuoque cum oratio

// At precor integra cum mente non turpem senectam dege re nunc cythara carentem Nec vero tu tibi subtractos honores dixeris Adulationes ille non honores fuerunt Potentie tue non tibi detexit turba caput / sepe manum tuam osculata est que tunicam illam opta uit Fumus ille ac ventus fuit qui cum fortuna non cum virtute decur rit Age quid illa tua potentia miserabilius fuit quam te tantopere amisisse doles Recogita obsecro quo ex loco sis delapsus / non tu ex pa radiso deliciarum cum primo parente in terram erumnosam descen disti sed verius ex procelloso mari tranquillum portum enauigasti Nam quid est romana curia hiis qui summam tenent nisi turpis simum pelagus ventis vndique dirissimisque tempestatibus agitatum Auaricie ibi atque inuidie procella vix quemquam intactum preterit / laudant in faciem / a tergo ciconia pinsit Quis tela enumeret que in potentes iaciuntur Tot tibi rethia mi petre tot insidie tendeban tur vt mortuo nycolao iure dicere posses Laqueus contritus est et nos liberati sumus Nam obitu illius carcerem exiuisti Nam curiam mise ram reliquisti non potentiam / seruitutem posuisti non gloriam / bel lum effugisti non pacem Eras enim mancipium nycolai / nulla tibi edendi nulla dormiendi certa hora fuit / Non comites alloqui non exire in lucem poteras / In aere tetro in puluere in calore in feto re latebas Nunc quamuis libertate donatus ex tuo arbitrio viuis In hac vita nemo mortalium felix Bene atque indulgenter cum eo agitur qui vere dici non infelix potest Nam quotus est cuius non plura mala

q̄ bona inuenias/cuius leticiam non superauit meror/nemo viuit qui feliciter optet Q̄ꝫ multos affligere imperia/q̄ multos perdidere diuicie et vltimis iniecere supplicijs Moriendum est tandem/nobis vel inuitis duo nobis ex hac luce migrantibus itinera ocurrunt/altero celum petimus altero inferos Illic cum dijs hic cum scelerat deputamur Illic regnum/hic supplicium expectamus/Iter eligere licet dum viuim? Ex vite merito patet via/post mortem nulla merendi facultas Et nos ergo amantissime petre dum vita comes est ad opera pietatis exerceam Absint voluptates illecebra odia simultates Absit auaricia ꝛ honorum immensa cupido satis nobis deus ipse superq satis elargitus est Nec tu michi cardinalatum cupias/nec ego tibi optem potentiam curialem Nimis enim potentes et honorati fuimus/tu apud romanum presulem/ego apud imperatorem Nam si virtutum exequio que vocantur bona distribuantur non tu medium eius quod optinuisti accipias/nec ego quartam partem eius quod michi diuina bonitas elargita est consequar Vale ex neapoli nonas may Anno domini·1456·
Indictione quarta Pontificatus sanctissimi in xpristo patris et domini nostri domini calixti pape tercij anno secundo·

Enee siluij viri clarissimi tituli sancte sabine cardinalis Familiari am rerum epistole. Feliciter Incipiunt.

Diuo imperatori Frederico Augusto domino suo Eneas sacrosancte romane eccl'e tituli sancte sabine presbi ter cardinalis et eps seneñ S p d Quod iam dudum optasti preitastiq3 cesar in psona mea nunc demũ ople tũ est Habes tota qd mente petisti Nam qd sancte me morie nycola9 pp qntus tue mãsuetudini sepe polliat9 est/beatissim9 pontifex maxim9 calixt9 39 impleuit Qui nõ meis meri tis/nulla em̃ me virt9 honore dignum effecit/sed sua incredibili boni te q̃ vsq3 ad indignos ptendit & tua potissi' intercessione his dieb9 ad cardinalat9 ordinem cũ q̃nq3 alijs venerabilib9 et magne auctoritatis epis me puexit Intelligo q̃ptum debeo tue sublimitati et vnde psoluere possim debitũ nõ intelligo Conabor tñ dum spũs hos regit artus ita me gerere vt om̃s intelligãt ad hanc me dignitatẽ tuo fauore et ex tua cu ria puenisse meq3 teuthonicũ magis q̃p ytalicũ cardinalẽ esse Tuũ erit michil meũ remissius agere q̃p pus Nam ego p tua maiestate p sacro impio p inclita domo austrie p tuis quibuscũq3 caris nullos vsq̃p labo res/nullas curas effugiam Nichil em̃ vmq̃p tue mãsuetudini negabit qd mea opa effici possit Vale ex vrbe die xxij decembris.1456.

Serenissime imperatrici leonore auguste dñe sue Eneas sacrõ sancte romane eccl'e tituli sancte sabine pbr cardinalis & eps seneñ S p d Non meis meritis q̃ nulla sunt sed tua ac osortis tui diui frederici rõnor impatoris augusti intercessione ad cardinalat9 honorem supioribus diebus pietas aplica me puexit/Multa extant tua in me beneficia/sed hoc maximũ est q9 hac dignitate me dignum iudi casti/et vt illam osequerer nichil obmisisti Quando & summo pontifici et sacro collegio & auunculo tuo regi aragonum potentissimo me sepi9 omendasti Habes igit apud sedem aplicam hominẽ tue magnitudini deditissimũ/qui p te tuoq3 splendore gloria amplitudine omni tpe curi osus erit Neq3 em̃ vllus me vmq̃p grauabit labor quẽ tua causa suscepe rim Tue maiestati deinceps erit ita me vti q̃padmodũ ingẽtia q̃ m̃ otu listi beneficia deposcũt Vale ex vrbe ro.die xxij decembris.1456.

Serenissimo et potentissimo principi ladislao hungarie atq3 bohe mie regi Eneas cardinalis senensis S p dicit Ex me summus

pontifex hijs diebus ad cardinalatus ordinem accersiuerit tua intercel
sione magna ex parte factum esse non ambigo/cū sepe numero et lrās
et nuncijs aplice pietati me cōmandaueris Scio igitur me obnoxium
quoad viuam et facultas adsit tuis omnibus desiderijs morem gerere
Neqꝫ id negligam quidē Nam si qd est quod noua dignitas michi cre
dita vel tue amplitudini vel subditoꝝ tuoꝝ vtilitati conferre possit ad
tantum negabitꝰ qͣtum ipse reqrere postposueris Nec michi res vlla io
cundior fuerit qͣ tue voluptati complacuisse Cuiusqꝫ regnis et reliqs pn
cipitibꝫ vsui aliquando fuisse Ex vrbe romana die xxij decembris An
no·1456·

E Neas cardinalis senensis Jacobo picholomeo S p d Diuine
bonitati cuiꝰ cōsilia nobis impscrutabilia sunt visum est hono
res augere nrōs/atqꝫ in corde summi pontificis ponere vt nos
ad cardinalatꝰ ordinem assumeret/et ita factum est Scimꝰ tibi id fu
turum gratū/Jllud nobis tn̄ molestum est qꝫ nos impes tanto muneri
cernimꝰ Vtcumqꝫ sit fratrē ista latere nolumꝰ Tu deum rogabis vt q̄
dignitatem tribuit/id quoqꝫ prestet per qd dignitati satisfaciamꝰ Jnsu
per quoniam illustris dux mutine semper vobis amicus fuit singularis
vt nos sibi cōmendes rogamꝰ Et que possumꝰ aut in futurū poterimus
excellencie sue pleno offeras ore/qa nos sibi pleno corde cupimus com
placere Et hanc cardinalatꝰ dignitatem si qd habet vtilitatis magis
suam esse volumꝰ qͣ nostram Vale cū consorte ꝛ liberis Ex vrbe ro·die
xxij decembris·1456·

E Neas cardinalis Johanni cardinali sancti angeli S p d Qd
annis iam plurimis reuerēdissime pater tuo filio cōcupiuisti qͣsi
uistiqꝫ nunc demū cōpletū est Summa cū cōcordia sacri collegij
calixtus pontifex maximꝰ ad cardinalatꝰ ordinem me vocauit atqꝫ as
sumpsit Scio qͣto alcius euectus sum qͣ merui Sed ita suasiones tue
pcesqꝫ cesaris effecerūt Non sū ego q̄ grās agere possum tue erga me
caritati/nam qd prestare tanto dn̄o seruus possit/voluntas mea iam du
dum tua est/quecūqꝫ postmodū accessere illam sequuntꝰ/Fui tuus cū es
sem paup presbiter/neqꝫ me manu tua epatus eripuit/Dum tuꝰ etiā
cardinalis Habes in collegio cōplures amicos et me seruū/nisi me veluti
mancipio vtaris Nichil in me culpe fuit sed velut emācipatꝰ filius aut
manumissus seruus non minꝰ agam qͣ par fuerit Vale optime ex vr
be ro·die xxij decembris·1456·

Eneas cardinalis Alphonso regi aragonum S p d Veterum qui modo quocumque peculium augent rex serenissime ac potentissime infideles damnandique fuerint nisi dominis suis rationem lucri reddiderint Eam ob causam cum hodie maximus pontifex calixtus tertius me vel minus merentem ad cardinalatus honorem prouexit/peculiumque meum adauxerit/ Officijque mei esse putaui id tue maiestati cuius sum mancipium quamuis inutile tamen fidele notum efficere Ut si quid est in ea dignitate michi credita vel decoris vel utilitatis id totum tuum esse noueris Ad me labor tantum molestiaque suscepti officij pertinebit In quo tanto magis affligendum me scio quanto indignior hoc muneris sum consecutus Ex urbe ro·die xxiiij decembris·1456·

Eneas cardinalis Johanni cardinali papien̄ S p d Si qua michi voluptas est ad cardinalatus honorem esse assumptum Inde tantum est quod tua dignatio michi collega et pater et dominus traditus est quo cum viuere dulcissimum erat Nunc tui labores premia susceperunt · nunc tue virtuti quod suum erat creditum est Scio quid lucri acceperit sacer senatus ex tua promotione Magnum lumen romana suscepit ecclesia Tua nobilitas tua doctrina meam ignorantiam et ignobilitatem obteget Sub scuto tuo indignus ego securus militabo / Veni igitur / sitibundi expectamus omnes reditum tuum Jam satis almania galliaque et hungaria te tenuit / Ytalia nunc et ipsa mater orbis roma te perfrui vult Nisi redieris cito et ipse tibris maledicet absentie tue Non fuisti in bello et vicisti Scies que pugna facta est cum redieris Nulli umquam cardinales egrius quam nos collegium intrauere Jam enim rubigo cardines ita obduxerat ut verti hostium et aperiri non posset Arietibus et omni machinarum genere usus est calixtus pontifex ut valuas aperiret domumque arte non modica bellifeatas postes portasque refregit / Vale ex urbe romana xxvi die decembris Anno·1457·

Eneas cardinalis Nycholao listio legum doctori S p d Quamuis cognoscimus nosipsos impares dignitati cardinalatus ad quam vocati sumus Quia tamen amicis omnia communicare solemus que nobis accidunt siue secunda siue aduersa sint Et nos te inter amicos habemus precipuum hoc te latere nolumus Ut si quid est in ea dignitate nobis credita vel honoris vel utilitatis Itemque de decoris vel damni id tibi nobiscum commune esse non nescias Nam nos legem amicicie quamuis altius euecti

nullatenus preterire intendimus Nec nobis cardinalatus aut tuam aut alterius cuiuspiam beniuolentiam minorabit Datum rome xxviij die decembris ·· 1457·

ENeas cardinalis Nicholao cardinali sancti petri ad vincula S p d Placuit altissimo et domino nostro pape calixto p hos dies me longe immeritum ad cardinalatus ordinem assumere Vestroq; sacro cetui aggregare Scio quantum ponderis subiui Nec video quo pacto credite michi dignitati satisfaciam nisi fortasse tua reuerendissima paternitas ad curiam rediret Tunc enim instructus ab ea securius in hoc procelloso mari nauigarem Precor igitur si preces seruitoris audiende sunt vt iam demum in patriam redias Nam cardinali sola roma patria est Etiam si apud indos is natus fuerit aut recusasse pilleum oportuit aut certe receptum rome gestare/et matri omnium sedi consulere Neq; illa excusatio ydonea est Non audior recta monens Mutantur enim tempora/et qui olim contemptui fuit nunc precipue honoratur Veni igitur obsecro veni Neq; enim tua virtus est que inter niues et vmbrosas clausa valles·languescere debeat Scio complures esse qui te videre audire et sequi cupiunt inter quos me semper auditorem discipulumq; obsequentem inuenies Ex vrbe romana die ·xxviij· decembris ·1455·

ENeas cardinalis senensis Johanni nadiensi epo S p d Quod ex nycholao pontifice maximo magnopere efflagitasti ad nostri honoris augmentum iam nunc calixtus successor eius executus est Is enim proximis quatuor temporibus exactis ad cardinalatus ordinem nos assumpsit Qua de re longe magis tuam paternitatem letari quam nosipsos non dubitamus Neq; ab re quidem Nam nos parum gauisi sumus ex hac promotione Cum intelligamus honorem non merenti creditum ignominiam potius esse quam decus Tua vero dignatio que me pluris existimat longe quam valeo/Non mirum si amicum libenter audit subleuatum/Vtcumq; sit id sibi persuadeat tua amicicia volumus quod te ipsa comperiet nos suos esse Nec aliam ob causam magis cupide hanc dignitatem cardinalatus accepisse quam vt sibi aliquando in aliqua te digna morem gerere possimus Datum rome die xxviij decembris ·1457·

ENeas cardinalis senensis senatui senensi S p d Que credimus expedire vt vester senatus intelligat non tacebimus dum poterimus

honeste litteris aut nuncijs committere Nunc quod significemus hoc est Rex aragonum grauiter egrotauit deinde conualuit Non celatum est eum recidiuasse nescimus an verum sit id Comes talocenus pridem mortem obijt/ que res non nichil nouitatis paritura videtur Nam co mes euersus hereditatem petit Abbas vrsinus contra nititur/Comes vrbinas bellum fertur indixisse malatestis Hec ad alios pertinent In rebus vestris hec sunt/Orator ducis mediolani communicato nobis cum consilio enixe communitatem vestram summo pontifici commen dauit Quod habuerit ab eo responsum scietis. Dominus tibias pro custodia montis acuti petit aureos trecentos Dicit enim se tenuisse famulos plures pro custodia Cui cum diceremus non fuisse necessari um Replicauit penitus oportuisse pro securitate pascuorum at quid sig nificet ipsi intelligitis Nunc de nouo reuerendissimus cardinalis de vr sinis petit a sanctissimo domino nostro aureos trecentos quos mutua uit sibi tempore exercitus Papa vero respondit illos pertinere ad rationes vestras Scitis quid in hac re agere debeatis / nobis consultis simum videtur vt oratores vestros hic habeatis qui loqui aperte vale ant/nobis non licent omnia/ Iuuabimus tamen oratores ipsos cũ hic fuerĩt sũma fide/vestreq; rei publice q̃tum facultas tulerit nunq̃ deeri mus Datum rome die xxix decembris.1872.

Eneas cardinalis senensis Johanni bichio senensi S p d Sci entes q̃tum pro nobis conatus es in magistratu tuo illo capita neatus populi reprehensibiles fuerimus nisi nosipsos gratos ostendamus Sed hoc modo prestare non possumus Quippe qui non verbis sed rebus reddendas esse gracias non ignoramus At si quando facultas se obtulerit cognosces nos tui amantes esse et accepti beneficij memores Nunc non est aliud quod scribamus nisi quod pro re publi ca vestra censemus expediens apud hunc pontificem oratores vestros commorari Quia multa in dies occurrunt ponderosa et vestram ciuita tem tangentia Scis q̃a non omnia nobis licent sed oratoribus vestris fideliter assistemus Ex vrbe ro.die xxiiij decembris.1871.

Eneas cardinalis senensis A bindio senensi S p d Credimus vt scribis promotionem nostram tibi iocunditati fuisse Ita enim exposcebat vetus amicicia vestra Nos autẽ ex hac dignitate nescim⁹ tristari an letari debeam⁹ Nam sublime dec⁹ nõ mereñti tradi tum oneri potius q̃ honori est Venit in mentẽ illud apollinis preceptũ

quo iubet vt nosipsos cognoscamus Consideramus imperfectum nostrum Et dum hinc paruitatem nostram inde altitudinem dignitatis adepte metimur/horrescimus et trepidamus Nam quanto alcior est ascensus tanto periculosior casus Inter hec tam anxie mentis dubia nullum occurrit nobis aliud remedium nisi ad deum ipsum recurramus/et ei supplicemus vt qui dedit honorem et ipse conseruet/et nos eam vitam ducere donet que tante dignitati par sit Tu vero de nobis persuadeto tibi quoniam illi erga te sumus qui semper fuimus et amicicie iura incommi nuta seruabimus Vale et amicos illos nostros metropolitanos nostro nomine saluere iubeto/anthonium panormitam/matheum malseritum/ bartholomeum facium/matheum iohannem et reliquos quibus nos offerto et dato Ex vrbe ro·die xxviij decembris·1456·

Eneas cardinalis senensis leonardo beneuolenti senensi S p d Si quicquam amicicie nostre detractum arbitraris quoniam aucti honore videmur longe falleris Nam veram amiciciam nulla dignitas tollit Sumus qui fuimus dum pedibus simul peteremus romam Si potuisset adici beniuolencie nostre aliquid cardinalatus nostter profecto addidisset Sed plena que sunt vascula nichil amplius admittunt Nos igitur erga te ijdem erimus vita comite Nec de te aliter arbitramur/De domino dominico preposito nepote tuo sumus memores Et quia breui senis venire non possumus/cogitabimus quomodo rem illam hic diffiniamus Erimusque illi fauentes quantum fert equitas que comes amicicie inseparabilis est Vos viri senenses more vestro prouidi fueritis si hac in curia sedulo habebitis oratores Quibus et nos magna fide assistemus Vale/Laurentium nostrum iube saluere et nos sibi offerto et dominum galganum pari modo quia scribere non possumus omnibus Ex roma die xxix decembris·1456·

Eneas cardinalis senensis Nicholao pistoriensis doctori vtriusque iuris S p d Nichil nobis est dubij te vt scribis nostra promotione letatum esse Quis enim amicus amici honorem non libenter intuetur Scis quo te loco habemus et quanti te facimus Quid mi ergo leteris nos auctos dignitate esse Cum et tu vna creueris/si modo creuimus/etenim nobis nondum liquet an letari an flere potius debeamus ad tante dignitatis culmen euecti Nam quid miserius est quam id officij gerere cui nequeas satisfacere/Onus grauissimum et humeris nostris omnino impar subiuimus nisi miserator dominus qui dedit honorem

et retinendi facultatem prebeat Intelligimus quantum imminet precipici
um/atqz idcirco de nobsipsis nescimus iudicium/vtcumqz sit nostra er
ga te beniuolentia nunquam minuetur Nam qui te dileximus in episcopa
tu/in cardinalatu magis ac magis amabimus/famulos quos polliceris
recipere non possumus supra quam nostra ferat facultas onerati Tibi ve
ro semper erit in domo nostra seruatus locus/si saltem dignaberis apud
nos esse/et nos illi simus qui tibi vsui possimus esse Optamus mulam
aliquam perquiras pro nobis et requiras precium antequam emas vt
tibi per bancum de mirabellis pecuniam mittamus Vale et dominum am
brosium ac dominum alexium nostrum iubeto saluere Nosqz illis offer
to et dato Sileucio amplius dicito ne omnino fidei renunciet quamuis in
dies indignos ad maiores assumi dignitates aduertit vt nobis modo
factum est Nam diuina potentia tunc potissime demonstratur cum sub
leuat que sunt minima Et consilia eius nostra non possunt ingenia at
tingere Iterum vale Datum rome die xxiij decembris·1456·

Eneas cardinalis senensis Alexio episcopo clusino S p d Cog
noscimus ex hijs qui senas ad nos venerunt promotionem nos
tram tibi iocundam fuisse idqz multis signis monstratum esse
Multa hactenus tibi debuimus pro tua erga nos solita caritate sed nunc
magis ac magis obligamur Erimus itaqz tui semper memores Et quam
uis dignitas nobis credita parum merentibus oneri potius quam honori
sit/Si tamen in ea boni aliquid erit id commune nobis cum tua digna
tione futurum est Atqz ita cupimus persuasum esse Vale Ex vrbe die
xxiij decembris·1477·

Eneas cardinalis senensis Johanni episcopo grossitano S p d
Si cui promotionem nostram placuisse credimus/id profecto
de tua reuerenda paternitate non dubitamus Scimus enim quia
nos solide amas At preterea nostri honoris augmentum/veluti tuam
gloriam ducis/neqz falleris/minime enim honorari possumus quin par
ticeps nobiscum sis Nos tamen ignoramus an hec dignitas nobis cre
dita cardinalatus decori sit/cum impares sumus tanto muneri Confidi
mus in deo qui dedit vt vires tribuat ad conseruationem huius status/
vtcumqz sit tibiipsi persuadere volumus Nos erga te esse qui olim fui
mus ad emolmenta et honores tuos omni tempore volentes Tantum
rogamus vt si qui sint qui episcopatum senensem desiderent id ex capi
te coneris detrahere quoniam viui non intendimus ecclesie senensi dul

cissime matri et sponse nostre renunciare Vale ex ro·die xxix decembs Anno·1456·

ENeas cardinalis senensis Petro cardinali sancti marci S p d Refero gracias humanitati tue que se tam benigne obtulit in materia camerariatus sacri collegij/ Voluntatem pro facto suscipio At cum intelligam id alteri officium haberi / supplico ne vlterius rem promoueas quia nulli reuerendissimorum dominorum meorꝫ vel grauis vel iniuriosus esse volo Maloqꝫ pauper amari q̄ꝫ diues odiri Spero tamen tuo auxilio et sanctissimi domini nostri clementia ita michi aliquando prouisum iri vt honeste vitam traducere possim Ex vrbe die xxix decembris Anno·1456·

ENeas cardinalis senensis Diuo frederico cesari S p d Audies ex latore presentium q̄ꝫ mirabilia ⁊ incredibilia damna fecerit terremotus in regno apulie Nam multa opida funditus corruerunt Alia magna ex parte collapsa sunt Jn neapoli omnes fere ecclesie et maxima palacia ceciderunt plus q̄ꝫ triginta milia corpora oppressa ruinis traduntur/populis omnis habitat in tentorijs Rex aragonum qui aberat audito nouo incidit in febrem et colicam passionem/ferebatur curatus / nunc dicitur recidiuasse et vita eius in periculo esse creditur Qꝫ si moriatur tantus rex quod absit non frustra cometam vidimus Cum turchi fugati et magna ex perte cesi fuerunt / gubernator hungarie et frater iohannes obierunt Comes cicilie interfectus occubuerit Et p̄fect⁹ vrbis comes tagloton⁹ vita funct⁹ sit Sed velit pietas diuina tantum regem adhuc diutius terris concedere Cuius obitus magnam ytalie et hyspanie partem conturbaret Datum roma die 28 decembris Anno·1457·

ENeas cardinalis senensis / Mariano socino senensi S p d Promotionem nostram ad cardinlat⁹ ordinem iam te accepisse non ambigim⁹/aucti honore p̄ter merita sumus / Pondus longe mai⁹ impositū nobis est q̄ꝫ ferre possum⁹ Si q̄d tū est in hac dignitate nobis credita qd tibi tuisqꝫ ꝯducē queat/ nisi libere nos req̄siueris amicicie nr̄e veteri iniuriā feceris Nam beniuolētia q̄ vera ē supueniēte q̄uis honorꝫ cumulo plus augeri q̄ꝫ minui ꝯsueuit Nos te tuisqꝫ rebus deinceps ita vtemur q̄ꝫadmodū olim soliti sum⁹ Tu si erga nos secus feceris hominis officio fugeris haud recte de amicicia sentiēꝫ Vale ex

vrbe die xxx decembris Anno·1456·

ENeas cardinalis senensis/magistratui balie S p d Non mea virtus que scio q̄ tenuis est sed bonitas summi presulis calixti & intercessio diui cesaris frederici ad cardinalatus honorem hodie me prouexit Non est aūt ex hoc meus turgeat anim⁹ Nam dignitas minus merenti credita oneri potius est q̄ honori Itaq; non veluti iactabundus collegio vestro promotionem meam significo Sed q̄a dignum existimo quecumq; mihi obueniunt vobis nota efficere Nam si quid erit in hac noua dignitate mea vel honoris vel emolumenti id totum desugat dulcissima patria volo Ad me nichil nisi labores molestieq; pertinebunt Datum ro·die xxvij decembris·1456·

FRanciscus pychomius Enee cardinali senensi S p d Gratulor ytalie et rei publice xpristianorum & nostre ciuitati Quibus ob tuam promotionē bene euenisse putaui Commune est bonum et communis de te est omnibus leticia Nunq̄ fuit huic ciuitati tantus animorum ↄsensus in idem gaudium Hec diuinitus instituta credendū est Nam de sua ecclesia deo cura est Videt q̄ta est hominis id est tue reuerendissime paternitatis prestantia Cui benigna est mens hominū deorumq; Ego q̄to gaudio afficiar non possum litteris explicare/quando quidem vincit gaudium magnitudinem omnium epistolarum/Domini de balia eligerūt me oratorem necdum me mittunt Spero tamē ante festa natalis iter arripere Interea rogo tuam reuerendissimam·d digneris me auditorem tuum eligere Potes apud te hominem me periciorem inuenire/hominem vero deditissimum tue reuerendissime paternitati vt ego sum qui te tuaq; omnia diligat inuenire nec in ytalia nec in germania poteris Recommendo me tue reuerendissime·p·Ex senis die xxij decembris Anno·1456·

GEorgius lollius doctor Enee cardinali senensi S p d Gaudeo reuerendissime pater domine mi sacrosancte romane ecclesie que talem virum in sacro admisit senatu per q̄ res sua summa in agendo industria et optimo in prouidendo consilio gubernetur Gaudeo reuerendissime dominationi tue/cui maximis in negocijs labor/et summis in periculis fortitudo/innumereq; ac ingentes virtutes partim debitis honestantur premijs/etsi non ignorem labores cū gloria augeri letor patrie que tātum glorie assecuta est q̄tum fere petere deuit Ad

etiam ad summum rei publice maxime ꝓfuturum non dubitat preser tim in hac tam maxima tempoꝝ difficultate Gaudeo letorqꝫ omnibus bonis quibus vehementius adauctam esse bene agendi auiditatem q̄s non putet Cum virtutes extolli/ premijs adornari vident precipue litte rarum studijs deditі / cum talem pre se studiorum suorum ducem intue antur / Letor sumopere michijpsi Cui tota ciuitas gaudet / vniuersus populus letatur / singuli ciues congratulant̄ Cateruatim domum venti tant quasi hec omnia ipse sim adeptus Et id quidem iure Quid enim maius hoc in seculo assequi possim q̄ꝫ summa gloria extolli eum qui me ab incunabulis vsqꝫ seu a teneris vnguiculis semper atqꝫ vnice di lexit Cui magis q̄ꝫ genitori sum obnoxius nisi reus sim summe ingra titudinis quo crimine apud persas / nil olim detestabilius Etsi non ig norem fortem ⁊ constantem reuerendissime dominationis tue animum huiusmodi in rebus minime efferri sed inconcussum geri vt magnani mum decet Onus autem quodcumqꝫ pro xpristi religione et sacrosanc te ecclesie statu equo animo ac libenti subire Hoc tamen totum vt ti bi bonum felix faustumqꝫ sit deum immortalem oro obsecroqꝫ Sitqꝫ re uerendissime dominationi tue semper propicius Ego autem et sibi ⁊ re uerendissime·do·tue ꝯmendatus optime ac feliciter valeo Senis xx de cembris Anno·1458·

Eneas cardinalis senensis Petro noxetano S p d Quod re pisti apud nycolaum pontificem maximum/ nunc diu⁹ calixt⁹ ꝯsummauit/sacro collegio cardinalium sum⁹ aggregati imme riti ⁊ indigni quidem Sꝫ tunc ostentant p̄ncipes suam potentiam cū ex infimis sublimes faciunt Quod aduertens alexander macedo in asia cetulanum q̄dam ad regni fastigium euexit Et nos igitur summus d̄ns noster erexit ex puluere/ fecitqꝫ cū p̄ncipibus eccl'e sedere In qua re si quid boni est id ꝯmune tibi nobiscum esse volum⁹ Nam si q̄n te basi lee dileximus nunc maxime amam⁹ Hoc te scire volum⁹ Vale ex vrbe ro·die xxviij decembris·1458·

Eneas cardinalis senensis Johanni campisio ep̄o placentino S p d Audisti ex alijs opinamur nos cardinalatus ordinem adeptos/Et q̄uis indigni hoc honore sum⁹ id tamen tibi gra tum esse ꝯfidim⁹ Quis em̄ amicus est ⁊ amici exaltationē non querit/ At ꝑ meritꝰ dices amicum amici dignitatem expetere Istam amiciciā stoycoꝝ fortasse sn̄ia dictauit Amicicia nr̄a ex meta ph̄ia est et pingui

quadam minerua res metitur suas/Vtcumqȝ nobiscum actum est/nostram ꝓmotionē tibi dulcissimā fuisse ɔfidim⁹/Cum ad nos nunciū eius delatū est/vellem⁹ id pmi enūciasse patri amātissimo Sȝ nulla lrāȝ ve locitas est q̄ famam imitari possit Audisti ex alijs nobis cardinalatus creditam dignitatem/audi et nunc ex nobis Et persuade tibi nos eos esse erga te qui papie mediolani basilee romeqȝ fuim⁹/Et nobis pro veteri amicicia tamq̄ fratre amantissimo vtere Ex roma xxviij decem bris Anno·lxxv·

Eneas cardinalis senensis Comiti Jacobo piccinino S p d Jl lustris ⁊ magnifice comes amice carissime accepim⁹ humanis simas lrās tuas quibus de promotione nostra ad cardinalatū ɔgratulatis/Offers officia ⁊ operas tuas ad beneplacita nostra/et teip sum efficis nobis ɔmendatū Rogans vt negocia tua cū freqūci⁹ reqra mur gracioso fauore exequamur Respondebim⁹ breuiter huiusmodi ar gumenta tractanti q̄ facta magis q̄ verba reqrit/De gratulatione quā sincero ex animo ꝓdire non ambigim⁹ gracias agim⁹ Itemqȝ pro tuis oblationibus dicimus Sentientes nos propterea tue magnificentie plurimum obligatos Honori tuo et commodo vbi per nos aliquid agen dum occurrat bono animo fauebim⁹ Vellem⁹ inter te et seneñ eam vi gere beniuolentiā q̄ inter eos clareqȝ memorie genitorē tuū olim viguit Sic enim liberiori et promptiori animo ⁊ loqui et scribere ⁊ subuenire alter alteri valeremus·Datum rome die xviij Januarij·lxxv·

De consolatione super morte·

Eneas cardinalis senensis Johāni mitaballio equiti neopolita no S p d Non scrpsim⁹ tibi statim cū audiuim⁹ dilectissimū fi liū tuū mortē obijsse Neqȝ enī ɔsolari magnificentiā tuā pote ram⁹ ipsi ɔsolatione egentes Nichil enī min⁹ me afflixit prudētis ⁊ or natissimi viri raptus q̄ te eius parentē Quippe tu filij mortē vt natura iubet grauiter et acerbe tulisti/nos ⁊ illius obitus et tuus meror non mediocri dolore affecit At nunc paululum ad nos reuersi et humana rum rerum condiciones animo reuoluentes arbitramur te pro tua sapi entia finem luctui posuisse/neqȝ amplius velle angi super hijs que mu tari non possunt/Omnibus vna condicio posita est Tandē mori lex na ture est immutabilis ⁊ ineuitabilis/que licet vnum q̄ alterum serius apprehendit/bono tamen viro nunq̄ tempestiuior putanda est/q̄ ex te nebris transit ad lucē/et ex laborib⁹ ad quietē/ex miseria ad felicitatē

Cum ergo filius tuus vitam mundam atque optimam duxit congaude te illi debemus / quia terrena et transitoria pro celestibus atque eternis permutauit Oramus igitur vt questibus et lacrimis modum ponens / tibi et reliquis filijs tuis / hilaritatem sumens consulas / Neque enim nobis et ipsi proli tue quicquam gratius aut acceptius prestare potes quam tu am vitam cum iocunditate et leticia traducere / Quod certe facies cum cogitabis diuinam pietatem te donis innumerabilibus cumulasse Nam et vitam longam et opes amplissimas et regum graciam et sobolem elec tissimam et nomen bonum / et inter omnes ytalos atque externos maxi mam reputationem deus ipse magnus et misericors cum sapientiam an te donasset liberaliter elargitus est Datum rome die .xviij. Januarij Anno .1471.

Pogius florentinus Enee cardinali senensi S p d Cum audis sem pater mi reuerendissime te factum esse sancte romane eccle cardinalem gauisus sum . Sane maiorem in modum pro vt amor in me tuus et mea erga te obseruantia postulabat Id vero maxime mi chi fuit voluptati / cernere eam dignitatem que maxima est / in te col locatam que non ambitu vel gracia sed virtutum studijs quesita esse vi deretur Accedit ad consolationem meam et summam iocunditatem quod vir eloquentissimus /optimisque artibus eruditus/fructum eloquentie et doctrine sit quod perraro accidit consecutus/ In quo gloriari quodammodo michi meri to videor posse nostri quondam ordinis virum hoc est eloquentie studi is et dicendi excercicio prestantem eo in statu esse collocatum/vt sue doc trine emulos extollere et eis presidio atque ornamento esse possit Mag num profecto eloquentibus viris suffragium ex hac tua dignitate propositum esse videtur/cum sint habituri veluti certum refugium in quo illorum deside ria conquiescant Ego quidem primum tua tum vero mea tum eloquentium om nium causa gratulor et exulto te tam insigni loco positum/non secus ac si aliqua michi prospera fortuna accessisset et illum michi diem illuxisse feli cem puto quo declaratus es cardinalis/cum palam factum sit locum esse pro bitati et doctrine et non semper neglectam iacere virtutem Quod vero ad me attinet magnum rebus meis existimo esse fructum Scio enim te maiori ani mo ac promptiori diligentia curaturum quam vos me pertinent quam hij.quorum mens et voluntas remissior est in doctis viris subleuandis Sentiant alij quod velint/virum doctissimum et ornatum virtutibus necesse est doctos diligere ac bo nos Non michi tamen tantum arrogo vt profitear me doctrina et virtute pre ditum esse Id dicam dedisse me operam quoad facultas tulit vt non in

postremos essem reijciendus Nolo vt plures solent commorari in tuis laudibus aut meritis enumerandis ne videar (qd vicium procul abest a meis moribus) adulatoris officium assumpsisse Hoc tamen profitear tante dignitatis tibi gradum tamq tuarum virtutum premium fuisse tributum Vale et pogij tui memor/ Florentie die quarta Januarij Anno·1471·

Eneas cardinalis senensis magistratui balie S p d Decreuerat per hos dies sanctissim9 dns noster certu oratorem suum ad vos transmittere q vobiscum ad ea intercedat per q pax vestre ciuitatis et securitas libertatis z regiminis vestri solidari posset Et qtum eius mente capere potuim9 sua sanctitas aliena no esset ad certam vobiscu intelligentia habenda p quam et vestra erga eum deuocio et sua in vos protectio confirmaret augereturq Ad quam rem etiam nos suam pietatem hortati sum9 Veretur tamen ipse pontifex maxim9 ne suus orator frustra de hijs apud vos ageret/ que res non esset apostolice sedi honorifica/ atq ideo suspendit illius missionem Qz si vestre magnificentie ad hoc animate sint/ cupiantq veram et efficacem habere intelligentiam/ cu ipso summo pastore/ idq nobis significauerint/ speramus ita efficere qp orator predictus ad vos trasmittetur et ad effectus predictos operas suas interponat Nos aute aduertetes animo quantas superioribus diebus vestra res publica passa est calamitates et ad ea sedulo intendentes/ per que vestrum regimen patrie vestre vt quidem putamus saluberrimum confoueatur z stabiliatur/ nichil arbitram² vtilius qp hoc tempore ciuitate vestram cu omnib9 bona amicicia et vicinitatem cum summo vero pontifice specialem habere intelligentiam/ qua ille vos vt filios tueatur z vos eum vt patre uereamini Super qua re vestrum responsum prestolamur Datum rome xxij Januarij Anno·1471·

Eneas cardinalis senensis Johani bichio ciui senensi S p d Videbis q scribimus magistratui balie cogita sup illis z nobis rescribe Nos salute vestri regiminis in eo ɔsistere arbitramur vt cu vicinis omnib9 bonam amicicia tenetes cu summo pontifice speciale intelligentia habeatis Etenim vos cu papa patre omniu specialiter colligatos nemo infestabit/ De alijs aute vestru sit cogitare Preterea no habebut locu rebelles vestri vnde quis pacto vos offendat si pape vniti eritis/ Verum hec cogitari nullo modo queut nisi res pecuniaria a vobis

absoluatur/ Suademus ne cum illo qui vobis libertatem tutatus est/ et in futurum tueri potest/et vult si vos volueritis de pecunia modica cõtendatis/ Nos insuper scientes tibi commissam esse expeditionem credití nostri commendam⁹ eam rem amico optimo et singulari quem scimus nobis non defuturum Ex vrbe xxij Januarij·1471·

Eneas cardinalis senensis Xpristoforo gabrielis ciui senensi S p d Scribimus magistratui balie aliqua que credimus ad vtilitatem rei publice pertinere Ea videbis et intelliges Scimus magistratus vestros omnia melius intelligere per sese q̃ nos cogitare possumus Tamen vt hi qui patrie nostre tenemur consulere/cogitauimus que credimus esse salubria eidem Rogamus examines omnia ⁊ q̃ vobis meliora videntur nobis significes Nos enim vbi videm⁹ patrie vestre ⁊ presenti eius regimini posse bene consulere non deerimus Insuper quia tibi commissa est et aliquibus alijs expedicio nostri crediti/petimus vt tamq̃ amicus noster de quo plurimum confidimus operas tuas impartiaris cũ effectu vt nobis fiat satis/ quia multis vrgemur oneribus Datum rome xxij Januarij·1471·

Eneas cardinalis senensis Leonardo de beneuolentibus ciui senensi S p d Depe simul locuti sumus de re publica senensi Fuit itaq nostra si recte meminimus sententia expedire ciuitati senẽsi / cum vicinis omnibus pacem habere / illisq morem gerere vbi sine detrimento magno id fieri possit cum omni comuni patre amplius atq amplius sese intelligere Nam pape colligatos nullus ytalie potentatus vexare audebit Secus si alteri⁹ principis aut populi vestra res publica federibus implicetur / perseueramus nos eoipso in proposito atq ideo dominis balie super ea re scribimus Fac rogamus vt responsum detur Namq si vestros animos ad eam rem volentes inuenerimus arbitramur salubrem rem procuratam iri ciuitati et patrie vestre ⁊ potissime regimini presenti Auferetur q vestris hostibus nocendi facultas / Verum difficile est de his aliquid tractare nisi res pecuniaria componatur / et que pape ⁊ que piccinino debetur Nec nobis aut honorificum aut vtile videtur vestris magistratibus cum eo de pecunia contendere qui ciuitatem ipsam vestram de morte reuocauit ad vitam De proposito tuo curabimus ea fieri que digna sunt Jamq capitulo vestro scripsimus responsumq prestolamur Datum rome die xxvi Januarij Anno·1471·

B

Orcius dux mutine Enee cardinali senensi S p d Cum primū nobis nunciatū est Cardinalat⁹ dignitatē ad te reuerēdissime pater esse delatā maximū inmodum gratulati et gauisi sum⁹. Nam cum tua virtus/doctrina/morum elegantia/ꝛ vite sanctimonia/ nobis iam pridem cognita ꝛ perspecta esset/eam tibi iure optimo deferri cupiebam⁹ Augebat huiusmodi desiderium nostrum/mutua caritas et singularis beniuolentia qua inuicem obstringimur Itaqꝫ certo teneas maiorem etiam ꝙ declarare possumus ex tanto munere voluptatem cepisse Dic ipse dominus noster a quo omnia bona procedunt longeuū te faciat/prestetqꝫ vt eo bene beateqꝫ semper vsqꝫ ad extremum perfrui possis/ Referente clarissimo iurisconsulto domino Jacobo nostro intellexīmus ꝙ pleno cordis affectu tua reuerendissima dominatio nobis afficiatur Et ꝙ de ea deqꝫ statu suo omnium ꝙtumuis amplissimo nō minus ꝙ de nobisipsis ac nostro disponere possemus Et ita hac spe et fiducia freti de cetero in hijs que nobis rome semper tractanda erunt ad tuam reuerendissimam dominationem vt ad dominum ꝛ presulem in quo summam fidem et spem locauim⁹ audacter recurrem⁹ Qd vero reliquū est tue reuerēdissime dñationi nos nostraqꝫ omnia plenissimis manib⁹ offerim⁹ ita vt eis vti ꝛ abuti possit ꝑ sua volūtate ꝛ arbitrio Qd quāto liberi⁹ id fecerit reuerēdissima.d.tua sciat nobis tanto gracius esse futurū/beleg tardie xv Januarij.1xlv.

P

Riores et gubernatores ciuitatis senar borcio duci mutine S p d Nuncius hodierna die nobis allatus est quosdam nuper cardinales esse designatos immortalis dei gracia Inter quos vnum esse reuerendissimū in xp̄o patrem et dñm.dñm Eneam ciuem et ep̄m nostrum dignissimum Quem virum iam dudum cognouim⁹ integerrimis moribus/summa ꝓbitate/mirificisqꝫ virtutibus ꝛ doctrina preditum/natumqꝫ claris parentib⁹/et ex modesta ꝛ antiquissima familia nostre ciuitatis Quod quidem nō modo vrbi nostre verum vniuerse rei pub.salutare admodum faustumqꝫ fore existimauim⁹ Idcirco cū omnia que accidant ꝯmunia nobis esse cū tua illustrissima dñatioē arbitremur significandum duxim⁹ ꝯgratulandum quoqꝫ/eidem illi dñationi tue Quam ꝑpetuo felicē esse vehementer cupim⁹ Ex senis die xix decembris Anno.1xlv.

E

Neas cardinalis senensis Johanni Frunt ꝓthonotario coloniensi S p d Accepim⁹ tuas litteras quibus rem tue ꝓposilture nobis

efficis commendatam/amam⁹ te et semper loco fratris amabim⁹ Nec modo de nostra mente decidisti nec decidere potes dum fruimᷓ aura Obtulimus prestatori vestro nostras operas Si quid erit quod ille nobis expetierit haud quicq̄ frustrabitur si modo res erit que vires nostras non superet Cupimus te videre atq₃ amplecti aliquando si deus dederit anteq̄ hac luce migremus Ex veteribus enim veris ac solidis amicis quos basilee dileximus pauci tecum supersunt / et vita nostra instar fluminis rapidi abit Non possumus tenere lacrimas cum prisce beniuolentie nostre mentio incidit Itaq₃ iam vale / et reuerendissimo domino coloniensi commendatos nos effice nam sui sumus Tilmano preposito sancti florini et Johannes polart nostro nomine salutes dicito similiq₃ Johannes winderos nosq₃ illis ad queuis beneplacita offerto Iterum vale.

Nycholaus liscius doctor legum Enee cardinali senensi S p d Nandetalba locus marti et dyane dicatus / qui superiore estate hystoricis materiam scribendi habunde exhibuit Impresentiarum ne scriptoribus tragediarum farrago deesset cede vlrici comitis cilie / cuius seriem dominationi tue narrabo tragedijs ꝛc̄. Vale et me de tua valitudine de qua dubius sum rogo fac certiorem / ex cornu vndecimo kl̄ decembris.1457.

Eneas cardinalis senensis Anthonio petri colonien̄ Salutem plurimum dicit Tam iocunde fuerunt nobis littere tue quibꝰ de suscepto cardinalatus honore congratularis q̄ tibi gratam responsionem nostram esse confidimus Nichil nobis dubij est et anthonio ꝛ tibi nostrum omne decus sumopere acceptum esse Sed vtinam dignitati satisfacere possimus / et ita nobis deus agere vitam tribuat ne munus quod nobis splendori est ex nobis polluatur/quando quidem impares sumus qui hoc gradu potiri debeamus Speramus si deus annuerit estate proxima patriam reuisere Tumq₃ et anthonium ꝛ te illic conuenire atq₃ amplecti Quos amamus et amabimus dum presenti fruamur aura Neq₃ vera beniuolentia superuentu dignitatis auferetur Rogasti vt rescriberemus fecimus non inuiti / et manu propria / quod iam nobis rarum est breuem hanc epistolam exarauimus / Sumus in scribendo breues In loquendo longiores erimus Vale / et nomine nostro Anthonium valere iubeto Ex vrbe die .xxij. februarij Anno.1457.

Eneas cardinalis senensis Dorothee sancte moniali sue consobrine S p d Carissima soror vt filia in xpo amantissima letati sumus tuis lris quas tua vice vidimus/consolatur nos tua vita deo que suos seruos sui regni consortes facit Congratularis nobis pro dignitate cardinalatus/graue pondus accepimus et magis quam nostri queant humeri ferre Tu ancilla dei fac quod dicis roga deum pro nobis Idem quoque vt reliquie sorores tue faciant exhortare Nisi enim diuina opituletur gratia non est quod tantam ferre sarcinam valeamus Confidimus in tuis orationibus et aliarum personarum deo dedicatarum Priorissam tuam vt nostro nomine salutatam reddas volumus/quam sanctam esse virginem et matrem accepimus et optime filias suas in monasterio gubernare Placet deo placet ciuitati et nobis Perseuerate Omnis breuis est vita Et quamuis est labor esse inclusum Non sunt tamen passiones huius seculi que compari possent ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis Gregorius lollius frater tuus et noster nobiscum est et bene habet noli eius causa te afflictare/Bene vale Ex ro·die xxij februarij·1458·

Eneas cardinlis senensis Magistratui balie S p d Retinuimus tabellarium vestrum in hanc vsque diem vt si possemus rei vestre melius consuleremus et circa negocia tritici et circa montem acutum/sed non potuimus aliud obtinere quam pridem/ymo nescimus vnde procedat sanctissimus dns noster qui prius ait velle pecunias ex pascuis prouenientes conuerti in solutionem castri custodie/nunc mutatus est neque audire valt verbum Itaque sicut in alijs litteris vobis scripsimus vtile videtur nobis mitti huc aliquem oratorem laycum qui audacter loqui possit Nam sua sanctitas statim nos tacere iubet cum de hac re loquimur Et dignum est nobis obedire Oratori vestro aliter eueniet Cui nos etiam assistemus Et profecto quanto plus hec materia montis acuti differtur tanto peius est Speramus si mittetis oratorem fortasse dominus de vrsinis contentabitur de pascuis si tamen preueniatur solucio eorum Alioquin de bursa pape nichil extrahet In mora periculum est multis respectibus/Videbitis que scribit dns noster in breui suo et de pascuis mutatum est vt prefertur De tritico non est mirum si haberi nequit Nam nec [illegible] subditi ecclesie triticum vt petebant habere potuerunt Et franciscus venerio ob rem frumentariam male administratam in carcerem coniectus est Itaque desperata est huiusmodi materia Accepimus nuper de dno gregorio/Facietis nobis rem gratissimam si eum absoluatis ab impositis sibi calumnijs Neque dignum est vt ad relationem

nepharij hominis et in tortura loquentis ac de auditu asserentis/non de visu/vir bone fame/doctor insignis/et ciuis non ex vltimis dehonestetur/Cum si ceteri deessent illud suffragari deberet q noster frater est et viuit nobiscum/qui vere rei publice non vulgariter seruiuimus/et in futurum si vita comes fuerit possimus aliquando prodesse Quod fecimus et faciemus omni tempore animo volenti Mittimus vobis quitantiã pape per suum breue nobis directum et comitis iacobi p publicũ instrumentũ Superest vt de futuris solutionibus in tpe prouideatis/Datum rome die xxij februarij·1458·

Eneas cardinalis senensis Theodrico archiepo colomeñ S p d Scio semper me carũ ac acceptũ fuisse dignationi tue postq̃ germaniã incolui a quo tpe iam quatuor et xx anni decurrerũt Plurima enĩ beneficia plurimosq̃ fauores impendisti michi/sed nõ valui rependere vicem Quid enĩ ego vermiculus ɔtra tantũ pncipem prestare poteram Non fui tamen ingratus siquidem grã eciam solo animo impendit Colui ego dignationem tuam amaui obseruaui sup ceteros nostri seculi pncipes/et cũ aliud nichil possem/nomẽ tuũ quocũq̃ diuertebam etsi nõ paribus virtuti tue At saltẽ quibus poterã laudibus extollebam Nichil est qd vltra tũc pncipi de me optĩe merito exhibere quirẽ Nunc fortasse et si minimũ est qd valeo aliqd tñ plus dignationi tue cõferre q̃ prius licebit/qñ cardinalatus honorẽ nõ meis vllis meritis/sed diuina caritate/et summi psulis beneficẽtia sum obsecutus Atq̃ hoc est qd hijs lrĩs tue dignationi notificare libuit Nam ego q̃ tuus clericus pbr et eps fui/tuus quoq̃ cardinalis esse nõ desinam Vtat me igit dignatio tua neq̃ michi vllo in tpe vllo in labore ignoscat Nam tunc me viuere iuuabit cũ p te tuis ɔsanguineis amicis beneuolis exercebor Datũ rome xxiij februarij·1458·

Eneas cardinalis senensis Roderico cardinali sancti nicolai S p d Trine iam m reddite sũt lrẽ tue suo more suauissime et ab amãtissimo pectore pdeũtes Prioribus respondi/nõ vt debui sed vt potui/Quis enĩ tam euiscerate caritati satisfacere possit Scio qd debeo/facio qd valeo Ad vltima scripta pperero Non repeto qd de beniuolẽtia vltro citroq̃ dici posset/meus animus tuus est Dabunt aliqñ testimonia non verba sed opera Summo pontifici nõ desino De carissimo sibi nepote cũ se offert occasio loqui Nec ptereo intactã C
Nihil adhuc solidi est/manet arbitror alta mente repostum consilium

Non omnia prodit ſenex que facturus eſt cum negat tunc maxime ca
pit Non ceſſabo cum licebit iterum atqȝ iterum perloqui / Fama hic
eſt vacaſſe epiſcopatum tullenſem Epiſcopus eius loci monaſterium
commendatum habuit cuius annuus valor mille ⁊ quingentoꝝ aureo
rum eſſe fertur ſub dicione ducis burgundie / Dominus noſter id tibi
commendaturum ſe ait / Rothomageñ eius rei promotor fuit / Ex vſu
erit illi ſcribere et rogare eum vt rem peragat Quod ſi feceris noli me
quoquo modo nominare / atqȝ hec ſecreta ſint Ita enim expedit Intel
lexi que ſcribis de preſidatu fabriani Rogo velis hortari ciues eius op
pidi vt ex nunc eligant bartholomeum maſſanum illum doctorem et
affinem meum neptis mee virum pro ſex menſibus ſequentibus / ami
cum magiſtri ſymonis / Electio enim ſolet fieri poſt introitum poteſ
tatis noui inter duos menſes Itaqȝ vtile fuerit preuenire Scio illos
complacituros dignationi tue / Summus pontifex bene valet / Data
rius vt fama eſt theſaurarius creabitur / et bartholomeus regnacius
prothonotariatus dignitatem aſſequetur / Cardinalis papienſis infra
biduum aduenturus fertur / De neapolitano michil eſt certi cum rex
ille non omnino cum pietate apoſtolica conſonet / Florentini arbitrali
domini noſtri ſententia in xviij milibus aureoꝝ damnati ſunt dominis
de gambaritis / ob certa que illis oppida abſtulerunt Nichil plus no
ui eſt Commendamꝰ nos tibi cui ſeruire preſto ſumꝰ Ex vrbe die xxiij
februarij Anno·1471·

ENeas cardinalis ſenenſis Franciſco picholomeo S p d Acce
pimꝰ tuas lrãs triplicatas Ad priores reſpondimꝰ quibꝰ de lo
catione epãtus mirari videris / Nichil eſt ꝙ inde ꝯmoueatis
Nos clero noſtro nunq̃ oneri fuimꝰ nec volumꝰ eſſe Quippe qui ple
bem nonmodo clerum affectu colimus ſingulari Non diſponemꝰ vt pu
tamꝰ de illo regimine ante aduentũ veſtrum Et tunc faciemꝰ vt bonum
paſtorem decet / qui nõ ꝯmendat oues lupis Placet qđ feciſti cũ clero
Sumuſqȝ de ducentis ducatis ꝯtentiſſimi / ſcientes inopiam in qua eſ
tis Placet quoqȝ differre ad tempꝰ exactionem medie ptis Volumus
vt noſtro nomine ipſi clero gracias agas et dicas nos ſemper futuros
ad ea que illis ꝯducant paratos / Miramur capitulum in facto prepoſiti
non aliter de nobis q̃ ſcribat fidem adhibuiſſe Nec ſcimus an velimus
hoc onus iudiciale accipere et ſtrepitum illum audire Cupimus leo
nardo beneuolenti hec ipſa referas / In facto gregorij laudamus
diligentiam tuam vtqȝ continues hortamur donec bonus aſſit exitus

Nam gregorius vt vidimus ex copia citationis processus est innocens Ait enim qui eum criminatur Anno domini·1478·mense aprili locutū esse gregorium cum aliquibus in sancto desiderio Iterum eodem mense paulopost fuisse in domo omnimode bellantibus Iterum eodem mense paulopost fuisse vt audiuit accusator ipsum gregorium in domo orato tis veneti/et ibi scripsisse cum alijs cum iacobo piccinino / Vides cum non ponatur dies mensis rem protendi verisimiliter ad quintumdecimū et vicesimum diem aprilis antequam scriberetur piccinino At gregorius quarta mensis die ex senis abijt ad regem aragonum Accusator insu per de audito loquitur Ista non coherent/Pretrea velis hominem in nocentem iuuare et potissime nostro intuitu primo iussu Tibi enim preci pimus vt prelatus tuus ne quo pacto hanc defensionem preterreas/ Scimus viros magnificos iohannem gucci et franciscum luctium et xpristoforum nantis amicos esse nostros nobisque fauere Hos autem alios adito Et cura hanc causam pro nostro desiderio terminari/quan doquidem nos semper ad ea tendimus que sunt illi regimini vtilia et honorifica Vale Ex ro·die xxiij februarij anno·1477·De nepte nostra dicito cum parentibus nos manus lauimus·

Eneas cardinalis senensis loduſio crebello mediolanensi S p d Accepimus carmen tuum lodusi nobis amantissime non si ne animi singulari voluptate quamuis nobis plura tribuis quam debita sunt Scimus imperfectum nostrum/et quam procul ab eo simus ho mine quem describis non ignoramus/At si peccari erga nos aliquem oportet/malimus laudando quam vituperando methas ab illo transgredi/ Fecisti qd amantes consueuere/Dixisti de nobis non que modo sciebas verum etiam que voluisses esse vera/Permittimus omnia dilectioni tue/Nesciebamus ante hos dies vbi locorum esses/vel que te fortuna teneret/nunc certiorati sumus et tuis scriptis et ducalis oratoris ver bis/esse te optimo loco apud illustrissimum et magnanimum ducem mediolani/ab eoque diligi/Id est supra modum nobis gratissimum/Vi demus enim tue virtuti quam semper magnifecimus suum locum esse tributum/Dignus est ille cui seruias Nam cui hoc tempore honestius famuleris quam ei qui totius ytalie splendor esse et decus singulare omni um iudicio existimatur Perge oramus et illi vt tua probitas te horta tur indefesse tuos prebe labores Neque enim sinet ille tuam virtutem ia cere Cum autem facultas aderit nos illius excellentie commendatos

efficies Qui pro singulari munere feremus si quando aliquid accidat in quo sibi seruire ac prodesse possimus Uale Ex vrbe die xviij februarij Anno·1871·

ENeas cardinalis senensis Stephano de curte S p d Expectauimus insignis eques post nostram ad cardinalatum assumptionem duos menses si forte aliquid nobis scriberes Uidebatur enim nobis a te scribendi inicium sumendum ne gloriabunde / nouam dignitatem nobis creditam significare videremur / nescimus quid factum sit Nulle ad nos tue littere allate sunt nec de te quicq͂ audiuimus Fatemur nos victos esse silentio tuo / neq3 posse tam diu tacere q͂ diu ipse taces / Fortasse tibi equius videtur nos antescribere debuisse Credimus tibi et ab optimo singularicq3 amico non egre vincimur Habeto igitur has litteras quibus non promotionem nostram quam per multorum cognouisti litteras / sed animum nostrum erga te illum esse scias qui semper fuit Amauimus te vnice in epatu Amamus ⁊ in cardinalatu non min⁹ Tu nosti naturam et mores nostros / non tumemus nouis honoribus quos nobis oneri cognoscimus / horrescimus cum eo loco nos euectos cernim⁹ quem viris clarissimis debitum intelligimus / Veremurq3 ne gradus nostra virtute altior ad ruinam nobis sit / atq3 ideo si vmq͂ amicis eguimus / nunc potissime illorum nobis copia necessaria est Et quoniam te veracem ⁊ amantissimum experti sumus / non possum⁹ te pro veteri ꝯsuetudine non colere ⁊ obseruare Cupimusq3 idem erga nos te agere et eundem esse modo qui fuisti hacten⁹ Expectam⁹ tuas lr̃as / quibus de tua fortuna / et tui p̃ncipis optima valitudine atq3 felicitate certiores nos efficias Gratum autẽ nobis fuerit si nosipsos dño duci ꝯmendaueris / et q͂ta sit nostra in eum deuotio demonstraueris Est em̃ si quis p̃ncipum est ytalici nominis / cui⁹ ꝓspe ritati faueam⁹ Is vnus est cuius ingenti virtute et clarissimis rebus gestis nostrum seculum illustrabit Cumq3 ille in hac curia plurimoꝝ habeat seruitores nobis quidem circunspectione·doctrina·auctoritate prestantiores / At fide ⁊ effectu qui nos erga eum superet neminem Atq3 hoc te illi nomine nostro dicere et affirmare optam⁹ Uale Ex vrbe die iij februarij·1871·

ANdreas contari⁹ venet⁹ Enee cardinali senensi S p d Postq͂ michi neapoli allatũ est reuerẽdissime pater ⁊ dñe sacrosc͂o collegio te associatũ / Sane vt debui congratulatus sum eccl'e dei

Dehinc vt tui amantissimus atq; obseruatissim⁹ maximo gaudio/ita me deus amet atq; incredibili leticia affectus sum Tu enim reuerēdissime pater cum pro viribus de sacrosancta romana ecclesia nunc publice nunc priuatim semper bene meritus sis/profecto nunc egregie tue virtutis premia cum ingenti laude et gloria pulcherrime es consecut⁹ Presertim cum semper ea de te omnium esset opinio pro tuis amplissimis atq; maximis in rem publicam xpianam meritis et officijs/ꝓ gloria rerum a te gestarum/ꝓ tua summa integritate/constancia/religione/sanctimonia/prudentia/doctrina/eloquentia/⁊ vt vno verbo pstringam/diuinaꝝ atq; humanaꝝ scientia vt ab omnibus summo sacerdocio dignissim⁹ haberetis/Non scribo hec temere/noui animum/noui ingenium/noui ꝯsilium tuum Nempe quanti te fecerit vir ille diuin⁹ nycolaus quintus pontifex maxim⁹/q̄ quidem cū esset vt ita dicam spectator personaꝝ vt omnib⁹ notum est/mirum in modum delectatus suauitate ingenij tui/ꝓbitate/virtute/innocentia/atq; incredibili sapientia/vt te non solum dilexerit/verum etiam amauerit ardenti⁹/argumento sunt suis in rebus maximis ⁊ grauissimis ad mundi reges et principes tot clarissime legaciones q̄bus quidem ꝓ re pub. ꝓ eccl'a dei/ac ꝓ tocius xpiani populi/pulcherrime integerrime atq; sanctissime funct⁹ es Quid dicam de illustrissimis atq; inuictissimis orbis p̄ncipib⁹ sc; frederico cesare augusto romanoꝝ imperatore/atq; aragonum rege inclito alphonso Quoꝝ alteri tuis p̄stantissimis rebus gestis q̄ꝫ carus q̄ꝫ iocūdus q̄ꝫq; ḡtissim⁹ fueris/quippe amplissima atq; maxima ista tua fortuna atq; dignitas declarat/Alter vero sepe numero multis audientibus ita regie ita honorifice ita generose ita magnifice atq; splendide de te loquitur/et q̄dem cū summo omnium fauore atq; assensu/vt ⁊ michi dictu fortassis ⁊ tibi suasu difficile esset Sed quid ago ꝛ p sane cum in presenciarum congratulatione vtendum esset habundancia quadam amoris mei erga te vt tibi animus meus multo nocior atq; illustrior esset/hoc tempore facere non potui quin parum de tuis laudib⁹ scriberem Verum consulcius eas in aliud tempus differam⁹ Deniq; ne longior sim excellentiam tuam oro vt postq̄ꝫ fauente deo inmortali ad tante dignitatis culmen euectus es/hoc est ad apicem cardinalatus/q̄ꝫ humanissime q̄ꝫadmodum superiori parte solebas me animo ꝯplectare Is em̄ sum reuerendissime pater et dn̄e qui ꝓ mea vice fide caritate ac beniuolencia vehementer cupio excellentiam videre tuam ⁊ alloqui/qđ breui spero me ꝯsecutuꝝ Valeat excellencia tua neapoli Pridie ydus Januarij Anno.1471.

BArtholomeus factius Enee cardinali senensi S p d Et litteras meas reuerendissime pater dominationi tue a legato senē si redditas et congratulationem meam tibi gratam extitisse letor Teq; existimare magne michi voluptati fuisse dignitatis tue ascensionem Ego enim nullum meum in te officium sine magna reprehensione videor michi posse preterire Tanta est enim tui erga me amoris magnitudo vt queuis maxima tibi optare atq; amplitudini tue seruire debeam / Habere te multos existimo qui dignitati tue faueant quiq; te in amplissimo statu cupiant Sed certe non concedam vt eorum quisq̄ tibi aut vehementius affectus aut honoris tui cupidior sit / De quo plura ad te scribere vereor ne dubitare videar animum in te meum dominationi tue non satis exploratum esse Pollicitationes tuas michi gratissimas fuisse scito presertim q̄ eas ab optimo animo profectas scio ac pro his dominationi tue gracias ago / Ubi opus fuerit et opera tua libenter vtar / et quid a te agi velim prescribam Expectamus regem breui ex apulia beneuentum iam profectum Ego ad vrbem redij q̄uis de terremotu non nulla adhuc suspicio sit / librum quem de viris illustribus scripsi regi dedicaui ac tradidi In quo opere vt aliquando videbis si non q̄tum virtutum tuarum magnitudo postularet at q̄tum ingenij mei paruitas potuit q̄tumcumq; res ipsa passa est tibi a me tributum cognosces Si quid vero est quod a me agi dominatio tua cupiat / Iube / Uale pater reuerendissime et domine mi precipue Ex neapoli die.

ENeas cardinalis senensis Bartholomeo massano S p d Intelleximus eximie doctor ⁊ fili noster amantissime que ad nos scribis de fratre nostro gregorio / non tuo ex iudicio prodijsse sed alium quempiam vt ad nos ea scriberes suasisse Respondebimus tamen tibi breuiter / gregorium nos iniuste damnatum non arbitramur modo sed scimus Si tamen pene ea esset que tollerari ab eo posset suaderemus collum submitteret et fortune nouercanti cederet Sed quid tibi videtur ducentos aureos soluere et viginti annis relegari Quo argento papiam gregorius petet omni ere vacuus et nichilominus auro mulctatus / faciet quod sibi libuerit impossibilia non suadebimus Qz si patria idcirco nobis indignabitur / si populi senensis fauore priuabimur / si maledictis et obprobrijs subijciemur / non erit hoc primum / sufficit nobis conscientia nostra Scimus

indigna nos esse passuros Et id quidem verum est Omnes qui pie ac iuste viuere volunt persecutionem patiuntur/ Seruiuimus hactenus patrie magnis in rebus et fideliter ꝛ vtiliter/non meremur hec p̄mia fratrem nostrum in domo nostra manentem virum bonum atqꝫ innocē tissimum de re publica optime meritum tam atroci sentencia opprimi/ Putabamus etiam si noxius idem fuisset/ob nostra tamen in patriam merita eundem nobis cōdonari Et tu bone vir times ne popularem au ram et plebis tumusculos admittam?/vtētur arbitrio suo seneñ Nun quid in nobis causam inuenient cur nos oderint Si gregorius ius su um apud romanum pontificem prosequatur et auxilium petat/oppress9 vir est etatem habet pro se respondebit Nos nichil male eum agere ar bitramur qui iudiciali via suam innocētiam ostendere conatur Scrip simus balie ꝛ ciuibus pluribus/nichil valuere preces nostre/patim²/ nec propterea populo indignamur At si populus contra nos ipse mo uetur/deus inter nos diiudicabit tu vt videris senis perseuerare vis/ꝑ cul a proposito de quo olim locuti sumus/et ad stephanum scribis/Vin cat tuus sensus/et tibi habe delicias senenses Nos rome etiam sine te tuisqꝫ viuemus/Nunc proficiscitur ad vos episcopus aretinus legat? pape Iube eum in domo nostra recipi et sibi cuncta ministrari pro perso na ac iumentis dum ibi manserit Vale Ex ro·die quarta marcij An no·lxxi·

Eneas cardinalis senensis Bartholomeo procuratori suo S p d Venit impresentiarum ad ciuitatem seneñ reuerendus pater dominus angelus episcopus aretinus sanctissimi domini nos tri legatus ꝑ nonnullis rebus arduis Et inter cetera etiam de grego rio nostro verba faciet/Volumus igitur vt eum in domo nostra recipi as sibiqꝫ et familie sue iumentisqꝫ honestas ac decentes ministrare stu deas expensas dum ibi manserit/et ita secum te ꝛ cum suis habeas vt in reditu eius optimam de te relationem habeamus Tu quoqꝫ et vicari us noster sibi in agendis assistetis ita tamen vt non meticulose vt so letis sed ardenti animo et audaci mente causam iustissimam gregorij tueamini/ꝛ ita nostro nomine ipsi vicario dices Scripturas insuper de quibus scripsisti nostras/per ipsum episcopum ad nos remittere pote ris/cogitauimus de tritico sonitille/vtile videtur id adhuc non aliena ri nisi aliud scripserimus/et ita illi presbitero iubebis/Datum ro·die quarta marcij·lxxi·

Eneas cardinalis senensis / Ludouico cardinali sanctorum qua tuor coronatorum / legato bononie S p d Nichil scripsi reue rendissime paternitati tue ab ea die de qua hinc recessisti vsq3 nunc Nichil enim erat scripsione dignum / Fuit tamen animus meus erga dominationem tuam semp intentus / memorq3 suauissime conuer sationis nostre / nec modo quicq̄ est qd magnopere memorandū sit Qz vincendū fuit silenciū ne taciturnitas affectionē diminutā significaret / cupio nosse qui sint tue reuerendissime dn̄ationis successus Neq3 ego quicq̄ audiam libentius q̄ pro voto cuncta tibi succedere Hinc qd scri bam michil aliud est nisi sanctissimum dn̄m nostrum bene optimeq3 va lere / et rei publice p sua consuetudine vtiliter p̄esse Si qua sint in qui bus dignationi tue aut voluntati vtilis esse possem / cupio p imperio tuo me vtaris ad mandata paratissimum / Amicum ambrosij nostri Jo de spannochijs digneris commendatū habere / qui ambo tui sunt / nec plu ra / Recommendo me iterum atq3 iterum tibi Ex roma die viij marcij Anno·lxii·

Eneas cardinalis senens Magistratui balie senēs S p d Que de iacobo piccinino scribitis accepimus / etiam aliunde sed abs q3 fundamento / neq3 putauimus dignam rem esse quam scribe remus Nunc quoq3 non arbitramur futurum hoc ipsum / sed accepim⁹ aliquos ex comitiua illius venturos in auxilium comitis euersi contra vrsinos q̄primum herba vireat pabulo [?] et nescimus quis alium peditum ductores / Multi sunt dies / cassi sunt a capitaneo / sed ab ipso do mino nostro cum nimis multa peterent An hi sint qui cum luca sclauo territorium vestrum inuadere conentur ignoramus / Utile est oportune prouidere et rei publice bene consulere / Nos papam alloquemur vt pe titis ⁊ responsum significabimus Gaudemus de aduentu leonardi ora toris vestri quem virum et solertem ⁊ circunspectum nouimus Utilis erit eius mora in hoc loco De gregorio nostro longe aliter q̄ nos sen titis Non enim misericorditer sed seuere et dire secum egistis Nec satis facit q dicit mensem datum ad purgationem si qui velint se innocen tes ostendere / nisi id fieret in loco tuto / Videbimus tamen quomodo res pondebitis oratori aplico / Et si quid valent dicta pape ⁊ preces nostre Datum rome viij die marcij·lxii·

Eneas cardinalis senensis Sacre imperiali maiestati S p dicit Reuertitur ad maiestatem tuam vir bonus et honore dignus

henricus seudebery sublimitati tue et imperio sacro deditissimus/michi autem singularis amicus/Et qui iussu tuo promotionem meam magna fide/exacta ac singulari prudentia prosecutus est Non est cur eum tuo culmini commendem/quem scio acceptissimū Is referet que apud nos aguntur omnia et habet in mandatis exhortari vice oratoris serenitatem tuam in expeditione contra turchos Persuadeo mihi eam rem tue glorie persuasam esse Nam profecto nichil est quod nomini tuo auctoritatiqȝ augustali magis conueniat q̄ꝫ pro defensione fidei catholice ⁊ xpristiana salute arma et scutum sumere Cum omnes in tuam maiestatem oculos ita intentos habeant vt ea proficiscente pfecturi/ea quiescenti quieturi videantur/Scribo hec pro fide qua tuo solio sum astrictus/nichil hesitans omnia in partem recipi meliorem/Verum serenissime cesar/cum ego tuo munere ad cardinalatus honorem assumptus sim/nichilqȝ magis mihi in hoc officio incumbat q̄ꝫ ea gerere que putē glorie tue conducere/Reliquum est vt de meo statu cogitare digneris vt habeam vnde viuam Nam ego hactenus fui diues satis/⁊ q̄ꝫq̄ꝫ pauca possideam/erant tamen illa dignitati mee sufficientia Nunc vero paupertimus sum/et iam primum quid sit miseria experior Tua sublimitas absqȝ damno suo inopie mee consulere potest/si patitur aliqua beneficia ex suis territorijs me impetrare/quemadmodum p̄fatus henricus latius mansuetudinem tuam alloquetᷣ Cui precor in hijs q̄ nomine meo dixerit/plenam digneris fidem ⁊ benignas aures adhibere Ex roma die viij marcij·1451·

Eneas cardinalis senensis A/S p d Persuaues et vt optaui per longas epistolas tuas redditas nobis vndecima ianuarij die cognoui quas conscribis de conflictu turchorum/illum scȝ non sine cura et diligentia tua diuinitus datum Nec ego secus quid arbitrabar Quamuis scripserim dignationem tuam mea opinione egre ferre qꝫ vbi gesta res est non interfuisti/non est qꝫ hijs addam aliq̄d/doleo obijsse illum xpristiani exercitus ducem vaynodam siue vt aiūt humatem Nam morte illius spes quoqȝ nostra interijsse videtur Nil enim reliqui xpristianorum principes cogitare videntur Nemo opponit pro nostra salute manum Pontifex maximus clamat et non auditur/minatur ⁊ non timetur Et qꝫ sua b p non sufficit tante bellorum moli Rex portigalie aduenturus fertur Sed timeo ne aliorum desidia illius diligentiam impediat Quid enim solus agat ex vltimis terrarum et occidentis finibus in greciam/asiamqȝ pfecturus/nisi data opera vt teu

thones bohemi hungari comuni animo copias parent Non intelligo quid alij acturi sunt Hec dixi patri optimo/Papieñ cardinalis ex almania decretaq3 sibi prouincia reuersus ait teuthones ad expeditionē inclinatos esse sua opera si modo conuentus agere permittetur/sine conuentibus nichil putat eos acturos Cardinalis neapolitanus apud diē ingressurus creditur/cū rege aragonum non est ea sinceritas quam nostra requirerent Ex francia multa referuntur que michi pro nugis/Rex vester castelle in granatam ducturus copias dicit Patitur et decimas et indulgentias in suis regnis predicare/medietatem pecuniarum inde prouenientem sibi in id bellum recipit Alteram medietatem contra turchos pape largitur/Domino sancti marci cardinali commissum est vt de vacatione ecclesie prageñ se informet vt illi preficiatur in archiepm datari9 pape/Hec habe ex nobis et dilige tuum eneam vt soles/Tuam omnem familiam cū dignatione tua optime cupio valere Ex vrbe viij die marcij·1458·

ENeas cardinalis seneñ Vlrico episcopo gurgeñ S p d Reuertitur ad te henricus seudeben vtriusq3 nostrum amantissimus Non est cur multa scribamus/ipse nostra erit epistola qui nouit animi nostri secreta/Qui fuimus olim erga te illi ijdem semper erimus/nec obliuiscemur vmq̄ suauissime ɔsuetudinis nostre/nec immemores erimus tuorum erga nos meritorum/Cupimus si qua sunt que tibi grata possum9 ne nobis ignoscas/Confide in hac curia nullum habes q̄ maiori affectu tua negocia sit acturus q̄ nos/q̄uis plurimi sint tui amantes qui plura q̄ nos possunt Sed quid agimus Iniuriam henrico facimus dum tot scribimus/Ipsi omnia committimus Illud tantum addimus vt nos diuo cesari et modo ꝛ semper commendare velis/cui omnia debemus cum ab eo omnia habeamus Datum rome die iiij marcij Anno·1458·

ENeas cardinalis senensis Diue leonore imperatrici S p d Nichil est serenissima augusta quod nunc aliud velim nisi mansuetudinem tuam bene valere et pro suo desiderio felicitate potiri Ego qui consortis tui diui cesaris rogatibus ad cardinalatum nil meritus sum vocatus debeo tanti domi tantiq3 boni omni tempore memoriam tenere/et ita facio quidem atq3 idcirco ꝛ sibi et tibi sepius scripsi et nunc scribo/scribamq3 frequenter vt opera mea fidelissimi mancipij omnibus in rebus vtamini Nam beatum tunc me existimabo cum vel

tris negocijs exercebor Nil aliud his litteris volui commendo me sub limitati tue / quam vt diuina pietas ad vota dirigat feliciter ,obsecro Ex vrbe ro·die x marcij·1454·

Eneas cardinalis senensis Iohanni vnguardio camerario S p dicit Reuertitur ad cesarem venerabilis vir henricus seudelen Cui papa nonnulla commisit cesareo culmini referenda super expeditione contra turchos ducenda Velis suadere cesari vt circa rem illam animum intendat suum quoniam ita glorie sue competit Omnes enim in suam maiestatem oculos direxere et nisi sua maiestas aliquid agat/timendum est ne xpristiani plaga affligantur Insuper aliqua nostro nomine dicet tibi henricus / Velis ei benignas aures et fauores vt speramus gratos impartiri Datum rome die decima marcij Anno·1454·

Eneas cardinalis senensis Iohanni inhili astronomo bohemie Salutem plurimam dicit Ex henrico seudelen intelliges que apud nos aguntur Et quid roratus sonniet in ecclesia pragen̄ et que in tua dispensatione acta sunt/Nos tui commodi semper erim⁹ auidi ex ac tuipse/Perge et nos ama vt soles Si quid henricus nostro nomine ex te petierit assistito sibi et facito p nobis vt consueuisti Vale ex roma x marcij·1454·

Eneas cardinalis senensis Dyonisio cardinali strigoniensi S plurimam dicit Que fuerit mens mea / quis antehac anim⁹ erga te non ignoras Nam semper dignationem tuam optimi patris et benignissimi domini loco veneratus sum Ita enim tua bonitas merebatur / Verum si vm q̄ fui tuus vel filius vel seruus / nunc me potissimum id me prestare oportet quando ad eum ordinem sine meritis sum vocatus/ in quo tu iure optimo iam dudum sedes / Placuit apostolice pietati me cardinalium collegio nil merentem aggregare Sentio q̄tum et tue dignationi et ceteris reuerendissimis patribus debeo Precor igitur meam voluntatem amplectaris Et me veterem seruitorem iam factū nouū mancipiū tuū intelligas Imperes michi ōni tpe si q̄d ē in q̄ tibi obsequi possim Nam michi voluptas erit quotiēs videro in tuis aut in tuo amicoꝝ negocijs me posse exerceri/ Cupio insuper serenissimo regi et dn̄o commendari alquando me commendes vt sit memor sua maiestas que deuocio fidei erga se mee/quia omnibus meis scriptis et verbis

vbicumqȝ fui ius suam in regno hungarie contra polonos tueri sum co
natus Valeat optime dignacio tua Cui me humillime commendo Ex
ro·die x marcij Anno·1458·

ENeas cardinalis senensis varadieñ episcopo S p d Scripsi
mus nuper de nostra ad cardinalatum assumptione quam tua
promotione factam non ambigimus/quantum tibi teneamur id
etiam tunc diximus Non est cur modo iam dicta repetamus Nos in
hac dignitate constituti quantum hungarie regno quantum regie persone quantum
dignationi tue debeamus ante oculos semper habebimus Tuum erit o
pera voluntarij hominis vti/nobis in tuis negocijs exerceri voluptas
Interea rogamus regie sublimitati nos commendes/studeasqȝ vt de nos
tra promotione summo pontifici et sacro collegio gracias agat/cum pro
nobis sepius scripserit Vale optime et nos vt soles ama Nam nos dig
nationem tuam vti patrem colimus et obseruabimus Ex vrbe roma
na die xi marcij·1458·

ENeas cardinalis senensis Nicholao listio S p d Gratissime
fuerunt nobis littere tue quas de nece comitis cilie ad nos scrip
sisti/Non quod mors illius nos letificaret/neqȝ enim alicuius ma
lo gaudemus/sed quod rem gestam ex ordine narrasti quam prius confu
sam accipiebamus Ecce quam vana est huius seculi pompa quam caduca glo
ria quam breuis potentia/Cecidit qui suo nutu maxima regna rexit At qui
sanguinem sitiuit in sanguine perijt Percussit gladio alios et ipse gla
dio percussus interijt/Non potest veritas nostra mentiri qui ait gladio
ferientes gladio perituros Sed ignoscat illius anime deus/et regno
hungarie consulat ne discidijs agitetur Scribimus domino procopio
aliqua de archiepiscopatu pragensi/fac vt ipse ad nos rescribat Res
enim in periculo est Insuper cupimus des operam vt regia maiestas sanc
tissimo domino nostro et sacro collegio gracias agat de nostra promoci
ne/quod ad suas preces nos extulerint Cupimus etiam aduertas vt quan
do scribitur de negocijs hungaricis domino nostro et cardinalibus ita
efficias vt videamur quod sumus ipsi scilicet regi etiam affectissimi Nam sunt
quidam qui nos superare nituntur tamquam magis regij sint quam nos Puta
mus tamen suam maiestatem non esse oblitam nostre erga se deuotio
nis ac fidelitatis et eorum que sibi puero scripsimus/et quomodo contra
polonos omni tempore ius suum defendimus Impar fuerit si noui recen
tesqȝ locum nostrum inuaserint Hec rogamus agites cum reuerendissi

mis dominis nostris strigoneñ cardinali et episcopo varadiensi quibꝰ nos commendatos reddas/ In ecclesia colocensi fecimus quecumqꝫ potuimus vt plane referre poterit nuncius ad causam missus Iterum vale Ex roma die x marcij·1458·

Eneas cardinalis senensis Cancellario bohemie S p d Perrato sunt littere ad nos tue / vellemus frequentius scriberes / qui te vnice amamus et tuas epistolas veluti apolinis oracula ducimus / scripsimus tibi quid egerimus in re bohemica neqꝫ a te responsum habemus / Interea tuus roratus / homo multiuolus ⁊ magniuolus ex bohemia procurauit offerri postulationem ad pragensem ecclesiam cuiusdam datarij apostolici boni quidem viri sed cathelani et sermonis bohemici prorsus ignari Postulationem attulit lucas tibi notus monachus quem lucrifasium appellare soles Impediuimus hucusqꝫ promotionem huius rei / ne rei nostre nocumentum inferret Timemus ne diucius impedire possimus Nam datarius plurimos fauentes habet Et roratus die nocteqꝫ hos atqꝫ illos adit / suadens nil regno esse vtilius ꝙ promotionem hanc fieri / Velis de hijs et regem et gubernatorem commouefacere vt sciant quibus in terminis res sunt / Et an ista placeant eis nos certiores facito Nam regi et regno vestro seruire presto sumus / Cupimus des operam vt rex de nostra promotione summo pontifici et sacro collegio gracias agat Idqꝫ ꝙprimum Et quotiens aliquid emergit vt nobis scribatur quia maiestati sue semper erimus ad seruiendum promi et voluntarij Ex roma die x marcij Anno·1458·

Eneas cardinalis senensis Iohanni troester teuthonico Salutem plurimam dicit Ingrata est nobis eqꝫ ac tibi que te fortuna exagitat Vellemꝰ tibi quietum esse locum in quo tibi ⁊ musis viuere posses / et aliquando nobis / Nunc tamen ꝙ apud archiepiscopum salburgeñ diuertisti speramꝰ rem tuam meliorem futuram Neqꝫ enim ille est qui suos amicos iacere cinat / Dabitur tue virtuti premium Et post tenebras sequitur aliquando lux Cupimus ipsi archiepiscopo commendatos nos efficias et offeras quecumqꝫ possumus ad eius nutum parata Tu vero si quid vides posse nos tibi prestare scito illud facile obtentum esse / et persuade tibi te nobis carissimum esse Iohannē quoqꝫ laerbaneñ nostro nomine saluum esse iubeto Ex roma die xiij marcij Anno·1458·

Eneas cardinalis senensis Ladislao hungarie atque bohemie regi serenissimo S p d Nonnulla meo nomine referet maiestati tue venerabilis henricus scudeberi decan⁹ vratislaniens̄ q̄ concernunt partim regnum tuum bohemie/partim meipsum/Rogo vt illi plenam credencie fidem prestare digneris/et in agendis eum fauorem quē de tua sublimitate michi persuadeo Postremo meipsum regie mansuetudini et do ꝛ commendo Ex roma die decima mensis marcij Anno domini·lxi·

Fredericus diuina fauente clemencia romanoꝝ imperator semper augustus ꝛ austrie scitie carinthie ꝛ cariuole dux ꝛ comes tirolis Enee sancte romane ecclesie cardinali Episcopo senensi principi ac consiliario nostro carissimo Salutem Ex litteris henrici scudeberi conciliarij nostri vlrico episcopo surgensi etiam pncipi ac consiliario nostro pridem ex vrbe destinatis/accepimus paternitatem vestram nuper in proximis quatuor temporibꝫ per sanctissimū dn̄m nostrū papam ad dignitatem cardinalatus promotam extitisse/de quo profecto leticiam ꝛ consolationem habuimus valde singularem presertim cū id multo iam tempore desiderauimus et sumopere expectauimus Gaudemu⁹ enim nos voti nostri compotes effectos ac tot preces ꝛ scripta nostra nō vsquaque incassum porrecta fuisse Qꝛꝑ paternitas vestra huiusmodi gradum in ecclesia suis etiam meritis ꝛ laboribus pro sede apostolica multipliciter perspectis digne fuerit consecuta Optamus itaque vt ea dignitas vobis felix fausta ac longo tempore duratura existat Sperantes per hanc apertam esse viam paternitati vestre ad maius aliq̄d fastigium domino concedente conscendendi quemadmodum ei sepius sumus auguriati Nec dubitamus eam q̄dem dignitatem in primis sancte romane ecclesie et vobis plurimum decoris ꝛ ornamenti/nobis vero et sacro romano imperio ac inclite domui nostre austrie (cui in minoribus semper fructuose et vtiliter/prefuistis) non mediocriter commodum ꝛ vtilitatem allaturam cum id longe magis efficere poterit Confidimus enim ac pro certo tenemus paternitatem vestram in ea dignitate ꝛ loco ea que personam nostram statum atque dignitatem nostram et sacri imperij necnon iam dicte domus nostre ac nostrorum honorem commodum atque vtilitatem respicere videbuntur/pro sua solita in nos fidelitate et consuetudine necnon singulari prudentia vestra tam apud sanctissimum dominum nostrum q̄ꝫ etiam sacrum collegium cui modo asscripta est/diligenter promoturam et vbicumque opus

fuerit optime defensuram Rogamus autem et hortamur paternitatem vestram quatinus nos suis litteris nobis semper iocundissimis crebro visitare nec suum circa nos officium intermittere velit Et nos pro oc currentibus singulis ad vos tamquam patronum et promotorem negocio rum nostrorum apud sedem apostolicam agendorum continuo recurre mus Paternitatem vestram bene valere et optimis successibus pros perare desiderantes Datum in brenem die dominica xxx mensis Januarij Anno·1451·

Eneas cardinalis senensis Bartholomeo factio genuensi S p d Jocundissime fuerunt nobis littere tue quibus amiciciam inter nos apud neapolim contractam ex tuo latere affirmas inconcussam solidamque permanere / Idem tibi persuadeas volumus ex parte nostra fieri Neque enim sumus qui more adolescentulorum nunc amemus nunc odio habeamus Non sumus in contrahenda amicicia fa ciles / at neque postquam contracta est illam leviter dissolvimus Dileximus te postquam novimus quanti esses / neque decepti sumus in eo quod de te iudi cium fecimus Itaque par est / amorem erga te nostrum dum vixerimus duraturum/quando et tua virtus te minime relictura est Quod scribis in eo quem de viris illustribus evi nostri composuisti libro / datum no bis esse locum non meritis nostris sed tue caritati ascribimus Et in hoc quidem confitemur imbecillitatem nostram Non tam inviti supra meri tum laudamur quam vituperamur Ita enim natura comparatum est ut nul li laus onerosa videatur Nos enim librum cum volueris cupide videbi mus legemusque Nunc quod tibi aliud scribamus michil se offert Cupi mus anthonium panormitam illustrem poetam et matheum malferitum Jurisconsultum egregium/et si quando candidum oratorem prestabilem offenderis nostro nomine saluos dicas/Carissimum quoque fuerit si quando maiestati regie nos commendaveris/quam pre ceteris nostri seculi po testatibus et veneramur et colimus Ex urbe ro·die xxv marcij·1451·

Eneas cardinalis senensis Ludovico pucio magistro de monserio S p d Quamvis ex vulgato sermone et rebus hispanicis ad nos scri bis/pluribus tamen oblectant nos littere tue/multum enim salis in illis mul tum benivolentie ad nos ostendit Scimus nos amari a te/et id quidem no bis est iocundissimum/diligimur enim a magno et probato viro Et ab ipso quem nos pro sua ingenti virtute proque suis in nos meritis et ama mus et observamus unice/Quod refers de caritate erga nos regia quamvis

responso egeat/responsum tamen non inuenit Nam quid nos vermi culi dicamus cur tanti regis graciam adepti sumus Superat hoc non verba solum verum etiam cogitationes/Utinam possim⁹ aliquādo vna saltem in re monstrare q̄ntum nos illi excellentissimo regi debere fatem̄ Verum cum sciamus nichil esse in nobis cur ab eo culmine diligamur petimus rogamusq͡ʒ vt tu hanc nobis graciam conseruare studeas Et si enim indigni sumus quos primus nostri seculi rex amet/nollemus tamen non amari/et tantum bonum perdere Quod suades eius maiestati sepius scribamus/parebimus consilio tuo Et nunc quidem cum his litteras nostras habebis/quas regie mansuetudini nostro nomine restituas Eiq͡ʒ nos et commendes simul ⁊ des/Nam mancipij loco nos semper habebit Nepoti tuo nobili et modestissimo viro quotiens ab eo requisiti fuerimus nunq̄ deerimus nec minus in eis curiosi erimus q̄ tuipse Vale optime Ex vrbe romana die vicesimaquinta marcij Anno dn̄i·1454·

Eneas cardinalis senensis Alphonso aragonum cecilie regi S p d Si maiestati tue rarius scribo/nichil obsecro vel negligencie vel aduerse voluntati ascribatur Cupio siquidem freq̄ntes litteras meas in manus tuas dari/Nam sic potissime memoriam mei tua mansuetudo tenacius apud se haberet/Verum materia quam ego scribere vellem non occurrit/que occurrit hanc scribere nolo/neq͡ʒ enim tutum est omnia mandare litteris et hoc presertim tempore quo nec qui via recta incedunt careant suspicione Ceterum que hac in curia geruntur sunt q̄plures qui tue sublimitati ea conscribunt Et nonnulli quidem multo plura et secretiora q̄ ego nouerunt / De germania tantum est sic arbitror q̄ emulante nullo significare possum Curabo igitur quociens illis ex regionibus ad me aliqua referantur nota digna ne per me tuam maiestatem lateant Nunc vero que habeam paucis explicabo Ulricum cilie comitem apud albamgrecam quam vocant alij albam occisum/iam pridem accepisti/hoc oppidum nostri belgradum vocitant / apud veteres taurinum dictum inuenio qui sauum flumen misceri danubio apud thaurinum tradunt In quo loco nunc belgradū iacere constat/Occisorem comitis non est ambiguum ladislaum fuisse filium iohannis humatq͡ʒ eius qui sepe turchos debellauit Et hoc anno superbiam mahumetis apud eundem locum confregit / Creditum est non minus filium profuisse rei publice xpristiane in occisione comitis/

ꝙ patrem in profligatione mahumetis Cum mahumetes et comes hostes religionis essent / Ille externus / iste domesticus / Memorabi lis hic annus est quo turchi debellati sunt / et magnus comes magni regis gubernator obtruncatus est / Cometes qui visus hoc anno est / opinioni que de se fuit habunde satisfecit Apud thaurinum namqꝫ que dicta sunt patrauit Terram in regno suo supra auditum antea sic hor ribiliter mouit Impletisqꝫ ciuitatibus seditiones excitauit / maxime apud senam vrbem / vnde non parua ciuium pars exclusa est / Pes tis multis in locis debaccata magnam populi partem et presertim in hungaria deleuit / Caritas annone non ytaliam modo sed germaniam greciam et orientis plurimas regiones afflixit Sed maiora sunt que astrorum periti vel vates timenda predicant Quos vt deus ipse men daces arguat optandum est / Sed vt ad germaniam redeam / morte co mitis apud austriam cognita non parua de hereditate eius controuer sia suborta est Que fuerunt illi bona sub corona hungarie ad regem ladislaum sine contentione pertinent Que sub imperio iacent mul ti sibi pertinere asserunt / alij ab intestato / alij ex testamento here des se dictitantes / vt albertus ⁊ sigismundus austrie duces / tum micha el comes madeburgēn̄ et vlrici comitis garicie filius Sed potissimum ius ad imperatorem spectare visum est / Consilium prelatorum baro numqꝫ et ciuitatum stirie carinthie carniolequꝫ ⁊ marchi sclauonice ha beri placuit apud goetium baioariaium / In eo auditi sunt omnes qui comitis ciliensis hereditatem ad se dixerunt pertinere / Deniqꝫ diffinitum est oppida castella arcesqꝫ que comitis cilie sub imperio fuissent in manu imperatoris tradi Cum si quis ius in illis sibi compe tere dixerit ab eo petendum esse / atqꝫ hoc pacto prefecti vrbium loco rumqꝫ quorumcumqꝫ possessionem imperatori tradere / Itaqꝫ multo me lior hodie cesaris conditio est ꝙ pridem fuit quando ab hoste liberatus est pessimo / sed et que fuerunt illi vires / sibi accesserunt / Hec volui scri bere serenitati tue haud ignarus cuncta ei esse gratissima que ad glori am cesaree maiestatis cedunt / Imperatrix ipsa augusta optime valet / De apparatu contra turchos in hungaria cum nichil certi habeam nic hil scribo / Sanctissimus tamen dn̄s noster et germanos ⁊ hungaros nunc lr̄is et nunc nūcijs excitare atqꝫ vrgere conat̄ Michi non magna spes fuerit nisi viderim celsitudinē tuam classe instructa in mḡne illius memorād̄e nauis puppe armatā / signum ꝓfectionis ꝯtra turchos dare

Nam reliquis orbis principibus / etsi voluntas est non adest facultas qua greciam inuadere possint Tue sublimitati si voluntas affuerit michil deerit / neqȝ plura modo / me tue mansuetudini dedo / a cuius mandatis nunꝙ discedam Ex roma sexto kalendas aprilis Anno domini·1474·

Eneas cardinalis senensis Johanni solatio electo barthinonen̄ S p d Quamuis raro presentia tua fruamur eius tamen memoria apud nos dulcissima est quociens eius consuetudinis que inter nos neapoli fuit recordamur/quod quidem sepe cōtingit Neqȝ enim obliuisci possumus amicicie suauissime que et lucrum est quod ex neapoli reportauimus/existimamus enim magni tuam beniuolentiam nos esse consecutos/cupimusqȝ ea vt perpetua sit/quamuis non aliter credere debeamus/cum vera sit amicicia nostra ex honesta conuersatione nata Amicicia vero que desinere potest/vt iheronimo placet nūꝙ vera fuit Sed de hac satis/Cupimus nos aliquando regie mansuetudini commendatos efficias Qui enim non minus sumus ꝙ illi qui ex aragonia vel cathelonia nati sunt/ꝙuis quoddam naturale ius eos regie maiestati obnoxios teneat/nos beneficia que ab eo recepimus obligauerint/Verum illorum aliqui fortasse absqȝ scelere se nichil regi debere dixerint/nos absqȝ ingratitudine quod est viciorum pessimum id dicere non valemus/Sciat per te clementia regia nos fateri debitum et cupidos esse id persoluere/etsi obligatio maior est ꝙ per nos dilui possit/Insuper dominum de montesio amamus ardenter qui nobis amicissimus fuit Rogamus vt illi nostram operam ad queuis eius beneplacita offeras Postremo si quid est quod tui causa efficere valeamus/scis nos esse quibus vti pro voluntate possis/Ecclesiam barthinonen̄ confidimus tuam esse futuram Etsi modo aliquid subest impedimenti/tempus omnia domat Vale ex roma vicesimasexta marcij Anno domini·1474·

Eneas cardinalis senensis Johanni mirabaIlio equiti neapolitano S p d Referunt qui ex neapoli ad nos veniunt/magnificentiam tuam adhuc mestam esse et consolationem nullam accipere de morte filij Id nobis molestum est Rogamus ne temet affligas/Non est super ea re dolendum que amissa nequit recuperari Sunt tibi alij filij virtute fama honore prestantes / Isti tibi in terra seruiant In celo ille locum parat / age / cogita / quid est huius mundi

gloria Caduca sunt omnia que in terris acquirimus / nichil stabile / nichil certum / nemo sibi horam vite promittere potest / nemo de crastino habet noticiam / fugit etas / fugit omnis terrena voluptas / nichil habemus nisi presens et id momentaneum est Quid igitur tristamur si priuamur momentaneo bono / Dicimus hec sapienti viro ꝛ qui ista optime nouit / libet tamen dicere homini amico et bene de nobis merenti / Precamur ne deinceps in hac re scribere cogamur / quod tunc fiet cum magnificentiam tuam hilarem atq͡ȝ iocundam esse audiuerimus / alioquin non possumus tacere / cum tua mesticia nostra sit molestia / Cupimus te indulgere bone valitudini et viuere animo leto Sic enim ꝛ nos et reliquos amicos tuos consolaberis / Albericum filium tuum optamus bene valere Alexander florentie bene valet vir magni precij et verus tuus filius in quo tui mores expressi sunt Vale ex ro. die xxv marcij. 1471.

Eneas cardinalis sinensis Vrbano episcopo silbericen̄ Salutē plurimam dicit Ex aladia ad nos tue littere deuenerunt quibus de nostra ad cardinalatum vocatione congratularis Non est noua erga nos tua caritas Scimus te nos amasse ab eo tempore quo wienne simul versati sumus vsq͡ȝ hodie absq͡ȝ simulatione / nec nos minus te dileximus et diligim9 Itaq͡ȝ si quid honoris nobis accessit ꝛ tibi aucta dignitas est / quando inter amicos veros omnia esse cōmunia decet Tu itaq͡ȝ deinceps cardinalatum nobis creditum et tibi cōmunicatum pro nostra inuicem caritate iudicabis Quod speras amplius de nobis / rogamus ex cerebro tuo procul ammoueas Nam ꝙ huc euecti sumus plus est ꝙ̄ meruimus Et vtinam non geramus auxiliante deo ne dedecori dignitati simus / Liberationem tuam audiuisse prius ꝙ̄ capturam voluptati fuit Nam si prius te captum accepissemus non caruissemus grandi molestia / Nunc euasisse te periculum dulce est et aliquando suaue tibi fuerit meminisse laboris Vale ꝛ nos ama vt soles Ex roma.

Eneas cardinalis senensis Roderico cardinali sancti nycholai Salutem plurimam dicit Qꝫ nichil tuarum litterarum iam pridem acceperim causam esse arbitror ingentes ac grauissimas occupationes tuas et illarum terrarum pericula Ego tamen gaudeo ꝙ in aduersis ꝛ in arduis rebus tua virtus elucet Nam q̄ ex agro piceno veniunt tua cura diligentia studio et singularissimo ingenio ex

grauissimo discrimine seruatam prouinciam aiunt In senatu apostoli co magnifice summi sacerdotis verbis tua dignatio commendata est Senatus ipse omnis se obnoxium probitati tue fatetur cum tua opera ciuitas esculana saluata sit/qua perdita non marchia solum sed omne patrimonium beati petri ibat pessum Perge igitur incumbe omni cu re/intende neruos p oseruatione rerum ecclasticaꝝ/vt facis/Hinc em̄ gloria/hinc sempiternum decus non tue solum dignationi sed vniuerse burgioꝝ familie redundabit Prothonotari⁊ tuus allocut⁊ me est/tuā qꝫ erga me caritatē michi quidē notissimā conat⁊ est amplius atqꝫ am plius inculcare Sꝫ ita m̄ psuasus est amor tuus vt psuaderi magis nō possit/ait ille cupere dignationē tuam huc reuerti/Utinam id detur ꝛ q̄ꝫ celeri⁊ Etenim vtilissim⁊ esset reditus tuus/Consolareris grandeuum illum summum pontificem patruum tuum q̄ assiduis curis intent⁊ nul lum habet leuamen/Presentia autē tua in primis letificaret eum/neqꝫ enim sine dulcedine quadam mentis et anime / suo sanguini sanguis heret Exinde partem curarum susciperes/nec oporteret illum omnia so lum subire onera Curia quoqꝫ vniuersa tuo aduentu exultaret habens hominem ad q̄ꝫ posset vrgente necessitate recurrere / Nam modo multi frustrantur non valentes aditum habere pontificis / q̄ꝫuis audientie dic nocteqꝫ sua sanctitas sine intermissione intenta est / nescio quid de liberabitur de tuo reditu Ego quidem si quid in eam rem potero non ero deses Scripseram vsqꝫ huc cum tue michi littere reddite sunt eloquio plene suauissimo Mirabar prius non te scribere / nunc demiror in tan ta rerum mole qua premeris id ocij fuisse vt ad me dare litteras potue ris Sed michil est amanti difficile / Omnia vincit amor / Nullus gra uis labor qui non leuissimus ei videatur qui ex amore operatur Intelli go igitur esse nō vanam opinionem meam qui me amari a te arbitror ꝛ michijpsi prorsus suadeo / sed de hoc fortasse nimis inter veros aman tes / Queris que sint apud nos nouitates / eas rescribam et dicam breuiter quod audio Jacobus piccininus ad pontificem misit qui se purgarent in esculanis insidijs michil a se prodisse / Pontifex res pondit id magno regi aragonum suadendum esse qui eius expromissor fuit Sunt qui putant comitem iacobum velud indignabundum (Nam ei stipendia negata sunt) aliquid noui paraturꝫ incendij Alij referunt eum ad maiestatem regiam profectum / siue vt se expurget / siue vt aliqua exquirat in rem suam / Utrumqꝫ sit vigilandum est ne quid de trimenti ager ecclesie patiatur/ Inter comitem euersum et vrsinorum dominum feruet discordia/Concordia sepius agitata in lucem non pro

dijt Nocte ante hanc diem tertia transiuerunt copie comitis euersi per hanc vrbem deceptis portarum custodibus Premiserunt enim quatu or viros qui se germani tui illustris capitanei famulos dicerent sump tis vestibus que fidem facerent ad morem eorum qui capitaneo serui unt/et hi intromissi captis custodibus ianuas aperuere vehementi exercitui comitis euersi/He autem copie profecte sunt ad opidum cui monticello nomen est/illud cum arce feruntur occupasse Non habem9 rem compertam/ Sepe enim plura referuntur in hac vrbe que ab ipso vero procul sunt Et id quidem vicium late patet apud omnes gentes/ De turchis hec feruntur dispotus rascie senior mortem obijt/filij eius ad turchos defecere/turchi magnas parant copias rursus hungariam inuasuri/ In hungaria non est paratus exercitus/nec auxilia expectan tur ex almania/que cito illuc pergere possint/ In gallia et super roda num triremes fiunt breuiqz armande creduntur vt in turchos eant/ Rex portugalie in proposito perseuerat/nescio tamen quid facturus sit/ vbi viderit paucos secum principes ituros Dominus noster pro suo mo re feruet desiderio exterminandi mahumeticam superstitionem/et que ab eo pendent summa cura prosequitur De beneficijs sum curiosus/ et tibi ⁊ michi consulam Sed decipimur et fallimur falsis rumoribus/ Is qui nuper apud norenbergam obijsse ferebatur/proximis diebus hic fuit ⁊ mecum pransus fuit/ Similiter ⁊ tullen̄ episcopus qui apud nouam ciuitatem austrie defunctus vita affirmabatur/ad ducem bur gundie incolumis redijt/ Ero tamen attentus si quid vacet/sed tua dig natio habet optimum procuratorem dominum nostrum sanctissimum Et puto iam tibi aliqua monasteria commendanda esse per procurato rem cuiusdam prothonotarij de monte ferrato ad quandam abbaciam ditissimam Spero etiam cum rege aragonum si vera sint que feruntur concordia fiet dignationi tue admodum vtilis/ Nec plura modo/ Com mendo me dignationi tue cui cupio complacere omni tempe Ex roma die prima aprilis·1454·

ENeas cardinalis senensis Jhanni cardinali sancti angeli S p d Quãuis nichil modo scriptione dignum offeratur/ne tamen sine meis litteris ad te nuncij ex hoc loco pertingant/scribam pauca ex his que apud nos aguntur/ Summus sacerdos corpore ⁊ mē te ita valet vt ante complures annos Animus illi ad exterminatio nem mahumetice secte magnus est et ardens / Nichil ab eo pre termittitur ex his que suo arbitrio pendent/Vtinam principes eius

desiderio satisfacerent Sed quid germani/galli/hispani/hungari/poloni faciant tu melius ꝙ ego nouisti / Ytalia ipsa pace fruitur / duobus tantum in locis fremunt / apud genuam liguris caput Et circa nos inter comitem euersum ⁊ familiam vrsinorum Quesita concordia nondum est inuenta/Summi tamen pontificis sapientia hanc rem optimo sedabit termino / Comes iacobus piccininus his diebus delatus est ad pontificem tamꝙ esculum furto voluerit occupare Is sese multis argumentis purgat Nundum tamen pontifici fidem fecit / Timor est ne quies ytalica turbetur / Nimis enim diu quieuimus / et a nostro more procul fuimus / Hec est ytalia/Cupio dignationi tue ita bene esse vt cupis Scio ducam esse prouinciam tuam neqꝫ aliud ab inicio putaui Nunꝙ iudicio meo res hungarica bene a turchis defendetur nisi et imperator vnum sapiat / Pereant qui discidij sunt auctores / Hec volui scripsisse Vale optime ex vrbe romana kalendas aprilis Anno domini ·1451·

Eneas cardinalis senensis Nicholao liscio volaterrano Salutem plurimam dicit Scripsimus ad te iampridem Itidem procopio cancellario de re bohemica / exinde sperauimꝰ non nichil in eo negocio fieri posse / nichil audiuimus Miramur et ferimus molesto animo tot nos incassum subijsse labores / perisseqꝫ salutiferum et necessarium opus Fortasse ita deo placitum est / de prageñ ecclesia / multi sermones habiti sunt / admittenteqꝫ oratore nostro causa commissa fuit cardinali sancti marci vt plebi bohemice datarius pape preficeretur episcopus Est ille quidem vir bonus et doctus ⁊ quem dignum hoc honore putamus / nobis tamen non est visum ad talem eccľam quemꝙ promoueri nisi consulto rege Ideoqꝫ quoad potuimus differri promotionem conati sumus Tu hec procopio dicito et curato vt responsum habeamus / vellemus regia sublimitas pro ipso cancellario instaret / Arbitramur enim non frustra conaretur Que nobis de comite cilie scripsisti cognouimus et communicauimus non sine tua laude / Plurimum optamus sepe ad nos scribas et nichil subticeas de turchis ⁊ rebus alijs cognitione dignis Apud nos timor belli est futuri Credimus tamen summi presulis sapientia obuiam ibit Rogamus procopium regie maiestati nos efficiat commendatos Tu vero reuerendissimis dominis strigoneñ cardina · et varadiensi episcopo commendabis Ex vrbe romana kľ aprilis ·1451·

ENeas cardinalis senensis Henrico seufleben S p d Credimus te ad curiam cesaris incolumen peruenisse Ideo cupimus Rogamus igitur imperatorie maiestati nos commendatos efficias Cesar enim est quem in terra vince colimus/et illi pre ceteris qui viuant obligati sumus/loquere secum de rebus commissis diligentie tue Maxime autem horteris suam excellentiam ad bellum contra turchos gerendum/Excitandosque germanie populos/quoniam ipse prim9 est quem christiani respiciunt Hic enim rumor est nō sine auctore certo/magnas apparare copias turchorum dominum vt rursus hungariam inuadat Que si teuthones presidio fuerint actum de regno illo non dubitatur Hec agito cum reuerendissimo patre nostro episcopo gurgēsi et singularissimo amico preposito frigingensi quos nostro nomine iube bene valere nescimus quomodo ad aures procuratoris delata est prutenorum/ille tamen non ostendit se credere/mora periculosa est/ Nos si difficultas esset in reseruatione propterea quia in cardinalatu sumus offerimus apostolicas litteras obtinere quibus reseruatio auferatur/quemadmodum et plures alij fecere cardinales in gallia et almania Reliqua committimus prudentie tue Vale optime Ex roma iiij aprilis ·1458·

ENeas cardinalis senens Vlrico episcopo gurgeñ S p d Que sunt apud nos nouitates scribimus cesari/non repetimus que illis in litteris videbis Precamur nos cesareo culmini commēdes/eique contra turchos expeditionem suadeas/Ita enim exposcit christiane religionis necessitas/Dilationem a creditoribus tui predecessoris obtinuit henricus seufleben sicut ab eo relatum tibi non ambigimus/ Si qua amplius sunt que cupias ex nobis/tantum aderit voluntas quantum sinet potestas Scimus enim nos tibi esse obnoxios et cupimus aliquando partem debiti persoluere Vale ex roma die iiij aprilis Anno dn̄i·1458·

ENeas cardinalis senensis Vlrico ridre S p d Henricus seufleben tuus et noster apud te est et que sunt apud nos scitu digna tibi exposuit Non est cur fatigemus aures tuas/cum post eius abitum nichil noui emerserit scitu dignum / Rogamus vt exhorteris cesaream maiestatem ad bellum contra turchos Ita enim suus honor et rei publice christiane salus exposcit Nam turchi vt fama non vana est proxima estate rursus hungariam sunt inuasuri/

Si qua sunt que cupias ex nobis scis nos esse tui amantes et cupere voluntati tue morem gerere / Velis nos magistro camere commendatos facere Et artongum nostro nomine saluum dicere Ex vrbe die iiij aprilis Anno·1458·

Eneas cardinalis senensis Diuo frederico imperatori S p dicit Que nunc scribam pauca sunt / Fama hic est / dispotum rasci e seniorem obijsse mortem / filios eius ad turchos defecisse / Iamqꝫ xpristianis insidiari / si ita est credimus non latere maiestatem tuam / Accipio illorum sororem esse in castro cilie que fuit vxor comitis Cauendum est ne mulier fraternam labem sequatur At puto sublimitatem tuam id non negligere Quia tamen aliqui iusserunt me hoc scribere / non fuit consilium vt reticerem / In partibus istis motus est futuri belli Et multa eius rei signa sunt / deus melius consulat / Ciuitas senensis discordijs ciuilibus agitatur / Rex aragonum suo more venationibus operam dat / fuitqꝫ vt aiunt in periculo proximis dieb⁹ ne per aprum interficeretur cum cecidisset in quo sedebat equus Rex portugalie venturus cum classe affirmatur mense proximo / quod michi non fit verisimile cum nec terrestris per hungariam paretur exercitus / nec ex ytalia classis alia paranda putetur nisi apostolica / Indigemus dei auxilio Sed bene optamus vestras res dirigi Commendo me tue sublimitati ad eius mandata promptissimum Ex roma die quarta aprilis Anno·1458·

Eneas cardinalis senensis Iohanni inderbach Salutem plurimam dicit Ex fratre tuo credim⁹ te nosse que hic aguntur Nos rem tue prepositure accepimus apud dominum nostrum / de prebenda ratisponeñ faciemus que poterimus Sed durus est aduersari⁹ tuus / et fauorem habet cardinalis zomoreñ / quem nosti dominum esse inmutabilem Nos tamen vt amicum decet tuas preces iuuabimus / Nouitates que apud nos sunt scribimus cesari / videbis lrãs nostras / Non est cur laborem sumam⁹ inanem / Vtinam annus iste p̄terito et quietior sit ⁊ melior / mendacesqꝫ vates ⁊ astrologos faciat / quoꝝ iudicia raro aliquid boni p̄sagiunt Nos ea tpa optauerim⁹ q̄ aduersa sint pphaꝝ et astrologoꝝ iudicijs / Cupim⁹ amicos nr̄os iacobū de lodrano nobilem equitē / iohannem nichili astronom̄ p̄stabilem nostro nomine saluos dicas / Imperatrici autem auguste nos humillime commendatos facias / cui parere et voluntarij ⁊ accincti sumus quotiens nobis

aliquid imperauerit quod in nostra fuerit facultate Vale ex roma die v aprilis Anno·1451·

E Neas cardinalis senensis Johanni soleri S p d Pergrate fuerunt nobis littere tue quibus bonam valitudinem tuam & animum tuum erga nos eum esse qui prius fuit habunde intelleximus Jllud quoq nobis iocundissimum fuit quod regiam maiestatem paruitatis nostre memoriam tenere/& nos amare asseueras/Nihil est enim qd magis cupiamus quam inter seruitores suos connumerari/quando quidem ipse rex vnus est qui nostrum exornat seculum/Vnus enim inter principes doct9 est/& terrarum cultor/vnus liberalissim9/vnus in armis peritissim9/ Vnus qui domi belliq magnus euo nostro videri possit/Vnus deniq qui religioni indefesse seruiat Quod si animum ad perdendum turchorum perfidiam intenderet/vt sepe professus est/non modo qui nunc viuunt regibus preferendus erit/sed omnes proculdubio antecedet quos prisca secula inclitos commemorant viros Est igitur nobis dulcissimum cum tanti regis seruitores sumus & credimur/De re tua non min9 cupidi sumus quam tuipse/immo vel tantomagis quanto tu per humilitatem tuas virtutes extenuas nos per veritatem illas magnificamus/Scimus enim que sunt merita tua & que tibi debeantur premia & que possunt tibi dignitates committi Quod si aliquando vt speramus res tua in medium adducetur/audient cardinales quale de te iudicium faciamus/Nullus tamen est qui probitati ac doctrine tue non sit affectus/Jllud solum impedimento est promotioni tue quod alia negocia non componuntur Atq ita fit vt vtile per inutile vicietur quod leges abhorrere solent Putamus tamen his rebus breui modum imponi et honori tuo consultum iri Suadendum est sublimitati regie vt in promotionibus ecclesiarum ea media complectatur que tollerari possunt/Valde autem conducit xpristiane rei hos duos/principes esse caritate/coniunctos Et qui dissidium querunt neutrum amant Audimus libenter que scribis de voluntate regia erga senenses Alterum vero quod subuectis vt senenses ipsi cauti sint neq seipsos implicent malis/quibus cum velint explicari nequeant/salubre consilium est/Sed nos multum illi rei publice timemus/tum quod ciuilis discordia populum exagitat/tum quod presidia querunt qualia fugienda essent/Sed ipsi viderint/nos patrie et si bene volumus illi tamen consulere non possumus quia nobis non creditur Cardinalis sancti angeli scribit turchum proxima estate in hungariam maiori conatu quam prius venerit rediturum/Non esse hungaros ad resistendum poten

tes / nisi externa habeant auxilia Petit classem apostolicam augeri et infestare maritimas turchorum oras / Nostro iudicio regis opus hoc magis q̄ pape fuerit / Nec plura modo / Rogamus sublimitati regie iterum atq̧ iterum nos commendes Et dominum de montesia singula rem amicum nostris verbis saluere iubeas Ex roma die quinta aprilis Anno. lxxv.

Eneas cardinalis senensis Alphonso aragonum regi cecilieq̧ S p d Hac ipsa die rex inclite ac potentissime allate sunt litere ex hungaria summo pontifici omnem que curiam conturbarunt / Referunt enim mahumetem turchorum dominum cum salda no egipti cum caramanno cilicie cum tharcaro scichie inito federe coactis ingentibus copijs rursum ad hungariam properare / albam / qd alij castrum belgradum vocant summis viribus obsessurum Iamq̧ iter acepisse / Nec dubium est quin dieb9 quindecim cum toto exercitu ante oppidum sese collocet / Ferunt quoq̧ iurasse eum et etiam si acie maiorē partem amissam audierit non sese retro abiturum Hec albenses legato apostolico scribunt pleni metu Quippe quibus sola spes est Neq̧ enim tam securi homines dei / q̄n humanum expectant auxilium / Incredulum est mortale gen9 neq̧ illud ponderat qd scriptū est in sacris eloquijs / maledictus homo qui confidit in homine Sed miserandum illis est / si semel diuinitus liberati rursus pietatem diuinam temptare verentur / Percussit de celo deus hoc anno turchos / neq̧ enim humana victoria fuit que apud albam parta est / Voluit experiri deus quidnam reges agerent / ceteriq̧ xp̄istiani populi rectores / profligauit hostes / occidit qui ferociores videbantur / Abstulit innumerabiles machinas / spacium dedit quo si vellent xp̄istiani populi sese accingerent / redituroq̧ turcho armati occurrerent Sed q̄to magis indulget deus tanto negligentiores sumus abutentes ocio Ecce redit hostis et nemo est qui laboranti hungarie opem ferat / et vereor ne hungaria pessum eat / et nobile illud regnum hostilis gladius euertat Quod si deus tulerit cadit murus nostre religionis / et itinere plano per carnos et forum iulij in ytaliam turchorum turme decurrent / Ad hec accedit filiorum olim gubernatoris hungarie captura qui per regem in arce budensi deprehensi custodiuntur / Cumq̧ hijs non parui nominis prelatus interceptus est / Johannes varadiensis episcopus / Inferuntur et alijs plerisq̧ nobilibus inclita vincula / incomperta est adhuc causa / Sed vero simile est necem comitis

cilie hoc peperisse/ Infelices xpristiani / quos tanta cecitas exagitat vt nec prementibus hostib9 domestica deponant odia/ Surgat igitur tua serenitas/ et quod potuerit huic periculo remedium adhibeat Ceteri prin cipes in tuam sublimitatem cuncti fere contorquent oculos eamipsam quicquid egerit secuturi/ Neq3 enim rex est in orbe xpristiano apud quem plus auctoritatis quam apud te sit/ qui regnorum potentia/ rei militaris pericia/ experiencia rerum multarum/ et incredibili sapientia/ ceteros europe principes antecellit Hec per me ad tuam mansuetudinem fide dicta sint Datum rome die vij aprilis·1471·

Eneas cardinalis senensis Johanni solerico S p d Scribim9 aliqua de turchis sublimitati regie/ que cupimus sibi offeras legalsq3 Nisi enim ipse laboranti xpristiane religioni opem ferat/ id imminet discrimen ex quo vix alius liberare non possit Nunc opus est arte ingenio et viribus vti/ Nec apud eum nisi inueniamus vbi perquirenda sint ignoramus Vale ex roma die vij aprilis·1471·

Eneas cardinalis senensis Johanni Indbachio S p d Ad nos de statu curie cesaris nouitas peruenit/ Ita se humane res habent/ nunc iacemus/ nunc in alto sumus/ deo laus qui cesarem omni periculo liberauit/ Dolemus vicem gurgen episcopi nostri amici optimi/ commiseri sumus et vnguodio cui non dubitamus admodum nocere diuicias/ Facta sunt hec que fieri potuere / executoriales misse littere et modo nuncius apostolicus eo pergit sacre theologie professor laurencius reuarella/ quem tibi commendamus si eum videris/ Ambrosio nostro diximus que misisti Expectabit adhuc aliquantulum Etsi molestum fert tam diu suspensum teneri de preposito barthescaden expectabimus quid agas/ Cupimus si quid monasteriorum vacare contigerit id nobis significes vt tandem aliquid consequi possim9 quo leuior fiat nostra paupertas/ In causa prebende tue vexamur maxime ob dominum zamoren qui tuum aduersarium tuetur Iuuam9 tamen te quod possumus Vale et senatui tergestino episcopoq3 ac preposito pisini nostro nomine salutes dicito Ex vrbe romana die quarta Julij Anno domini·1471·

Eneas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli S p d Scripsi nuper reuerendissime pater et domine mi colendissime non paucas litteras dignationi tue/ nescio an potuerint

ad te penetrare cum audiuerim te postea dimissa hungaria bosnam pe
tiuisse / Nunc pauca subijciam et casui mea scripta committam Nam
que littere tot montes tot flumina tot barbaras nationes nisi casus
inopinatus pertransire iubeat Scripsisti michi de pragensi ecclesia
tuo more paucissima verba / sed preter consuetudinem mordentia /
Dicis enim nos hic omnia bene expedituros Nec dubium est quin ser
mo tuus yronicus fuerit Non dicam amplius / etsi non opinor quor
sum ea verba tendant me non ignorare / Ego pro mei animi libertate
semper aperte cum dignatione tua sum locutus Et ita faciam si quan
do redieris quod deus breuissime concedat cum sospitate et honore
Tunc si quid erit quod michi velit tua paternitas obijcere / audiam
pacienter Et vel obiecta purgabo vel petam veniam / nisi quod pleriqꝫ
agunt alta mente archanum tuum inducere voluertis / Et de hoc satis /
Audiui vt dictum est de tuo transitu / credo fuisse vrgentem causam
Sed doleo armis plenam esse hungariam quibus non in turchos sed
in sese barones eius terre repugnent / Illud quoqꝫ molestissimum est
qꝫ imperatorem inter ꝛ hungarie regem vetuste contentiones recru
descunt / Vellem tua studia huic morbo mederi / et que sunt in vis
ceribus nostris auferre mala conari potius qꝫ que cutem attingunt
Sed cuncta optime nouit prudentia tua / cuius iudicium nunqꝫ meo
postposuerim / Venio ad res ytalicas / Dominus noster bene valet ad
cruciatam totis intentus animis / Apud esculum latrones cum io
sia et octauiano arcem munitissimam ecclesie occupauere / Legatus
adductis eo copijs omnes in deditionem accepit / Vrsini cum comite
euerso contendunt / et colonienses qui hactenus quieuere / nouissime
se bello miscuerunt / Rex arragonum cum genuensibus bellum gerit /
De pace nullum verbum / Dux mediolani quiescit et veneti qꝫuis nu
per nonnulli ciues in exilium acti sunt et aliqui manus amiserint /
Senenses intestino morbo laborant / piccininus regis homo est nec
putatur hoc anno arma sumpturus / Ex reno audiuimus aliqua que
non placent / nescio an erunt vera / papa nuper interrogauit cur non
impedires / respondi vt soleo libere tuam sanctitatem cum esset in hispa
nia / ytalica negocia curare non potuisse / tuam reuerendissimam pa
ternitatem in bosna valde a reno distare / Camerarius legatus ori
entis duos pape nepotes in vincula coniecit qui ciprum populati fue
rant Que scribam alia non habeo Ex vrbe die quarta Julij Anno do
mini ·1ꝝ7ꝝ·

Eneas cardinalis senensis Illustri principi ludouico duci bauarie S p d Reddite sunt nobis littere tue/humanitatis et beniuolentie plene quibus rogas vt illustri principi ruperto nepoti tuo ad consequendam ecclesiam ratisponeñ nostros fauores impartiamur Reducisq3 nobis ad memoriam clare memorie genitoris tui erga nos caritatem/et tuam illam quam simul habuimus in noua ciuitate consuetudinem/Vidimus libenti animo epistolam tuam ⁊ mirati sumus subscriptionem proprie manꝰ Scribis enim optime quod est in tanto principe valde laudabile Recordamur quociens in curia cesaris suaues habuimus sermones insimul et cum de lapide inuisibilitatis inquisitionem faceres/Tenemus memorie in ditione tua possedisse nos ecclesiam hispaceñ et fuisse a genitore tuo benigne tractatos/Scimꝰ q̄ nobilissima est inclita domus bauarie/et q̄ illi sedes apostolica tenet᷑ Intelligis vti confidimꝰ nos non esse ingratos/de nepote tuo sunt egregia testimonia/quia tamen commissarij sumus in causa huius ecclesie ratisponeñ/non possumus aliud dicere nisi q̄ inuenies nos veram relationem fecisse et paratos esse nunc ⁊ in futurum vt tue voluntati morē geramꝰ Datum in vrbe romana die v Julij.

Eneas cardinalis senensis Nicholao missio vullatriano S p d Audiuimus vario relatu inclitum hungarie regem wiennā redijsse Et nobis placet pro quiete illius regis vt sit extra turbinem hungarie/Dolemus tamen regnum illud inter se diuisum esse/veremurq3 ne xpristiani inter dissentiones turchis aperiant ianuas/deus meliora permittat/Nos in ytalia magnis etiam afflictamꝛ malis Rex aragonum cum genuensibus bello implicitus est/Magnam romani agri partem vrsini et comes euersus vastant Seneñ discidium in dies augent/nouiq3 in dies ciues aut plectuntur aut in exilium aguntur/nec videmus quo pacto quiescere possint Aiunt cancellarium ad vos ex bohemia redijsse/dicito illi multas nostro nomine salutes/Commendamus tibi laurentium rouarellam nuncium apostolicum qui has tibi restituet/Non fuit in austria prius Commonito eum atq3 instrui to in agendis Si nō est dimissꝰ ep̄s varadieñ ꝓ eo verbū faciet/⁊ lr̄as affert quaꝝ nos ꝓmotores fuimꝰ ꝑ veteri amicicia et q̄a innocentē esse ꝯfidimꝰ Vale Ex vrbe die iiij Julij.1457.

Eneas cardinalis senensis Henrico senfleben S p d Dominꝰ noster sanctissimus mittit laurentium rouarellam qui has litteras

secum affert ad serenissimum hungarie regem Non fuit homo alias in austria Necessaria erit ei instructio et directio tua/Commendamus eum tibi/bonus vir est/doctus theologus Cura eius erit vt captiui imperatoris dimittantur/varadiensis relaxetur Et pax si fieri potest illas demum partes inspiciat/Ab eo intelliges ytalicarum rerum et huius vrbis statum/plus mali quam boni audies/Neque enim ytalia quiescere consueuit/vosque germani didicistis mores nostros/et non modo vicinos sed fratres atque ipsos parentes bello premitis Nichil est vsquam tutum/Damnosissimum est quod austrie inclita domus in seipsa discidium habet Deus illos principes aliquando meliori respiciat oculo/Et quos fecit maximos faciat amicissimos In causa varadiensis expectamus quid sequatur quia ibi multum spei collocauimus/alioquin ad mendicitatem redacti sumus Sed si quid in partibus illis vacat quod obtineri posse confidas/velis nobis significare/gracias agito regie maiestati pro litteris missis pape regraciando de mea promotione/Bene vale Ex roma die quarta Julij Anno·1456·

Eneas cardinalis senensis Johanni inhili S p d Que scripsisti de curia nostri cesaris iam pridem noueramus/Fuit nobis res permolesta/agimus deo gracias qui personam cesaris custodiuit Credimus imperatricem animo conturbatam esse/ eiusque compatimur adolescentie/que ad calamitates in germaniam venit perferendas Putamus tamen eamipsam sibi consulere/et consolationes querere/Conflictiones hungarie didicimus/omnia sunt ad turchorum potentiam augendam/ferenda sunt que deo volente fiunt Ille ex malo bonum eliciat/Si dabitur aliquando facultas cogitabimus de te non aliter quam de nostro fideli et singulari amico/Laurencium rouarellam qui cum presentibus ad te veniet nuncium apostolicum tibi commendamus vt assistas ei et consulas si qua ex te quesierit Tu quoque si aliquod monasterium vel preposituram bonam vacare perceperis fac nos quamprimum certos/Potes per venetias mittere litteras Illinc enim frequentes ad nos currunt tabellarij mercatorum/querenda suffragia sunt/Vale ex roma die iij Julij·1456·

Eneas cardinalis senensis Procopio rolensteyno S p d Ex vienna tuas accepimus litteras cum bohemiam peteres Nescimus an redieris Audiuimus insignem fratrem tuum et amicum nostrum singularem iohannem equitem extremo die functum

Credimus te turbido et amarulento esse animo Nam ⁊ nos tali socio priuati non dolere vehementer non possumus Sed quid agamus trita est hec via / aut non nasci oportet / aut natum mori / Nos parentes preiere / fratres sorores amici / pauci admodum sunt cum quibus iam viuere delectet Nam etate graues / parare nouos amicos nescimus Et veteres paucis demptis mors abstulit / Nec modo aliud expecta mus / nisi aut eripi nobis eos quos amamus reliquos / aut nos aufer ri ab illis / Atqȝ quandocumqȝ dies illa venerit non erimus inuiti vt olim / quibus ad maiorem amicorum cumulum erit eundum / Credim⁹ te ista etiam meditari nec egere consolatione / ideo pretertim⁹ hec / Ac cepimus turbulentas esse res germanie / neqȝ imperatori bene esse cum rege hungarie / Dolemus Nam res pessima est et noxia nonmodo aus trie sed vniuerse rei publice xpristiane / Deus meliora permittat Cupi mus de rebus bohemicis fieri certiores / sed et quid sperandum sit / Laurentium rouarellam qui has ad te defert Cupimus tibi commenda tum esse frater est archiepi rauennatis tibi amicissimi/consilium tuum optabit in rebus agendis / Ne desit sibi rogamus prudentia tua / Va le et nycolaum nostrum pro tua consuetudine ꝯmendatum habe Ex vr be die iij Julij·1474·

Eneas cardinalis senensis Casimiro regi polonie S p d Cum vacaret nuper ecclesia varimeñ/conuenientes canonici eius in glogonia maiori et cogitantes de futuro pontifice vota sua in me direxerunt postulantes a summo pontifice vt ecclesiam illam mihi committeret / Idemqȝ fecerunt serenissimi principes domini impera tor et rex hungarie atqȝ bohemie consanguinei et affines tui / Annuit beatissimus pontifex precibus eorum / et summo cardinalium consensu ecclesiam illam michi commendauit/Mittam prope diem procuratores meos ad serenitatem tuam cum litteris apostolicis / quibꝰ precor vt ad possessionem capiendam necessarios velis impartiri fauores Scio eñ quia sine tua opera parum proficerent/ cum iam pruscia in manu tua pe ne tota esse feratur Intelligo me magno munere donatum a tua man suetudine/si mei procuratores vt non ambigo tuis adiuti presidijs eccl'e possessionem consequantur / Facies rem gratissimam summo pontifici et sacro collegio / simulqȝ imperatori et regi hungarie quos non dubito maiestati tue pro me scripturos esse/Ego vero conabor nocte dieqȝ om ni studio ⁊ diligentia tue serenitati me gratū ostendere/atqȝ ita efficere

vt michi profuisse tuam clemētiam non peniteat Jamq3 pro mea viri li in sacro collegio/honorem tuum tutare cepi Namq3 cum ageretur de culmine ecclesie pro qua scripseras/erantq3 qui omnino illam commit tendam esse dicerent procuratori magni magistri ordinis beate marie teuthonicorum Ego prorsus restiti/meaq3 suasione factum est vt res sus pensa sit/cum tue maiestatis preconia/simulq3 genitoris tui et germa ni qui pro fide catholica in bello contra turchos obijt clarissimas virtu tes retulissem/Quibus auditis sedes apostolica que prius inclinata erat ad promouendum procuratorem ordinis mox sententiam mutauit/de creuitq3 supersedere/vt interea temporis aliquid de concordia et pace illa rum parcium tractari possit/et medio tempore rectorem aliquem siue administratorem illi ecclesie dare/qui tue serenitati merito displicere non debeat/Verum ego pro ea qua tuo culmini deuotione afficior/audeo suadere/idq3 vtile arbitror/vt tua serenitas/simul cū illis de terra prus cie oratores suos ad sedem apostolicam mittere q̄ptotius studeat viros prestabiles et auctoritate insignes qui offerentes viam iuris ac concor die cum aduersarijs coram sanctissimo domino nostro censuras eccle siasticas/in terra pruscie quomodolibet fulminatas aut tolli aut suspen di petant/Spero enim eo modo res magnifice ad honorem tue sub limitatis et illarum partium tranquillitatem conduci posse/cum sanc tissimus dominus noster ad hec optime sit inclinatus Et multi sunt in sacro collegio cardinales reuerēdissimi qui maiestati tue sunt affectissi mi/Inter quos est reuerendissimus dominus rothomagensis Ego vero minimus inter omnes nihil obmittam ex his que ad augmentum sta tus et glorie pertineant tue sublimitatis/Cui me humillime recommen do Ex roma die vltima augusti.lxiv.

Eneas cardinalis senensis Othoni et ludouico bauarie ducibus S p d Obtinuistis tandem ecclesiam ratisponeñ/reuerendo pa tri ruperto filio et nepoti vestro commendari Satisfactum est desiderio vestro/Merebatur inclita domus vestra exaudiri in suis preci bus Nec talis est ecclesia ratisponeñ que vel probitati vel nobilitati eius dem ruperti satisfaciat/Duo tamen obstabant petitionibus vestris/etas sc3 promouendi minor/et capituli ipsius ecclesie desiderium a quo erat alius electus non indignus neq3 ignobilis/Sed cum repperisset pietas domini nostri electionem ipsam minus canonicam esse et hinc ruperti merita libraret/pretulit nobiliorem/nec putauit in etate momētum es se faciendum/quam tante domus claritas communiret Est igitur vestre

recognoscere hoc beneficium ab ipso domino nostro sanctissimo Qui etsi fecit quod debuit / honorandus est tamen iuuandus et extollendus / qui hoc tempore nobilitatis cultor et conseruator existit / Verum cum ecclesiam ratisponen͂ que olim florentissima fuit et a progenitoribus vestris fundata magnis opibus habundauit / iam pauperem / ac pene ruentem et vndiqz laceram esse intelligamus / nobilitatem vestram rogamus obnixe / vt postq̄ ad manus vestras redijt et caro vestra illi preest / ita efficere velitis vt palam omnibus fiat vos non verbo sed opere ipsius ecclesie protectores et aduocatos existere / Sit vobis commendata cleri libertas / date operam vt distracta et impignorata bona ipsius ecclesie absqz grauamine cleri recuperentur / Sit ipse rupertus ouium suarum non lupus sed pastor / sit canonicorum et aliorum clericorum non tyrannus sed pater Meminerit quia iubet apostolus vt non dominemur in clero sed tamq̄ forma facti gregis ecclesie presideamus / Nouerit non se ecclesie sed ecclesiam sibi commendatam esse / Commēdamus deniqz etiam excellentie vestre venerabilem henricum de haspe ris / cuius electio non suis demeritis sed propter obmissas iuris solemnitates reiecta est / dignus est certe cui rupertus et qui res suas gerūt non insultent sed compaciantur / non iniurientur sed faueant potius et ipsum ament Est enim vir bonus / nobilitati / ingenui correspondent mores Etenim manifesta est nobis eius p̄bitas Nam licet multa in eum quesita sunt testimonia ad eius famam denigrandam / nemo tamen repertus testis est qui eius honori detraxerit / Passus est vir bonus nō modicam iacturā / Venit romam cū grauibus expensis / fuit hic ea parte anni qua est ardentior et periculosior aer / et p̄pessus est cōplures labores / et tandem succubuit / Prosequebat̄ causam suam / quesierat honorem quem sibi debitū existimabat / Fecit qd ceteri mortales agunt / Nam q̄s est q̄ electus in ep̄m alicuius eccl'e non tenet̄ electionē suam tueri / et a summo pontifice cōfirmationem suam obtinere Qui ep̄atum querit inquit ap̄lus / bonum opus querit / Verum ea vsus est modestia / ea grauitate in suo iure p̄sequendo / vt nullius vnq̄ honori detraxerit / nullius fame preiudicauerit / nullius personam in discrimen adduxerit / Idem facere et qui cum eo missi sunt a capitulo / Testes nos sumus coram quibus causa agitur / Tantum est q̄uis in electum ipsum et eligentes / non nulla crimina obijcerentur per procuratores ruperti / Ipse tamen electus et sequaces nichil aliud quesiuere q̄ se purgatos atqz innocentes ostendere / De ruperto nichil vnq̄ reprehensione dignum dixere / Sed tam ipsum q̄ progenitores suos et excellentias vestras / ipsamqz baua

tie domum cum magna veneratione cum summa reuerentia et singula ri quadam maiestate nominauerunt/Quibus ex rebus iustum ꝛ sup̄ q̄ iustum esse putamus vt eundem henricum et qui cum eo venere com mendatissimos suscipiatis/eisq̄ fauentes ac consilijs assistentes ꝛ auxi lijs quod est vere nobilitatis erga eos ostendatis/que vicisse contenta non insultat victo/sed victum sepe iacentem eleuat et in partem felici tatis assumit Hec pro nostra erga vos caritate et inclitam domum vest tram affectione dixisse volumus/q̄uis scitem⁹ nobilitatem vestram qd scripsim⁹ per seipsam id fuisse facturam Datum rome die iiij septembs Anno.lxi.

Eneas cardinalis senensis Othoni et ludouico bauarie ducib⁹ S p d Annuit sanctissimus dominus noster precibus vestris ac ratisponeñ eccl'am reuerendo patri dño ruperto filio ꝛ nepo ti vestro ꝯmendauit/Voluisset ap'lica pietas eam eccl'am multo maio rem ꝛ ditiorem fuisse/et talem que nobilitati ꝛ morib⁹ ipsi⁹ ruperti sa tisfaceret/Sed qualiscūq̄ est recipi debet alacri animo/et habende sūt ingētes gracie eidem dño nostro/q̄ valde libere desiderio vestro studuit ꝯplacere. Commendam⁹ igit̄ excellentie vestre eccl'am ipsam ꝛ cle rum eius/q̄uis certi sum⁹ fundationē ꝓgenitoꝝ vestroꝝ in manibus vestri sanguinis ꝯstitutā/felicib⁹ incrementꝭ augendā esse/Insup quia venerabilis vir henricus de hasperis q̄ fuit elect⁹ a capitulo in ꝓsecuti one iuris sui modestissime se habuit/idemq̄ fecerūt qui cū eo missi fue runt ad ꝯfirmationem electionis petendam/dignum censemus vt eos benigne recipere ꝛ tractare velitis/non p̄mittentes eis aliquam inferri molestiam vel iniuriam Nam cū ipsi tam de prefato ruperto q̄ de vobis et inclita domo bauarie cū summa semp veneratione locuti sint/et pro sequendi ius suum honestam modestiam habuerunt/non esset ꝓpterea iustum eos iacture aliquid ferre/Scim⁹ hec per se nota esse prudentie vestre ideo non plura scribim⁹ Tantum rogam⁹ vt si q̄ sint q̄ eos in con spectu vestro criminari voluerint tamq̄ litigando in hac curia honori vestro detraxerint/nolite illis credere/sed nobis poti⁹ fidem p̄bere coram quib⁹ est causa agitata ꝛ q̄ vobis scripsim⁹ Datum rome die vij septē bris Anno.lxi.

Eneas cardinalis senensis Imperatori frederico S p d Accepi superioribus diebus lr̄as tuas super negocio ꝯcernente reuerен dum patrem ep̄m laurieñ/Introduxi ad sanctissimam dñm

nostrum nunciam tuum / obtinui litteras fieri secundum desiderium maiestatis tue quas idem nuncius apportabit / Supplico serenitati tue digneris ita facere vt capitaneus in worchtensten non sit nimis oneros sus illi ecclesie laurien quia reuera multum exorbitat et grauat clerum / tua maiestas semper pia fuit et sacre religioni affecta / Continuetur in hac sua gloria tua pietas nec paciatur a suis officialibus vexari clerum quem semper misericorditer tractauisti Hec dico quia cupio semper honori tuo bene consultum esse Accepi et alias litteras quas in facto ratisponen ecclesie transmisisti / ruperto fauentes iam ille promotus erat ad ipsam ecclesiam quia reperta fuerat electio capituli inualida Causa michi commissa erat Et ego in consistorio relationem feceram / Postquam dominus noster considerauit scripta que prius tua maiestas miserat fundata super electione canonica / non dubitauit quin ea reperta inualida promotionem ruperti commendares quod ego etiam ita putaui futurum Et ita complacitum est illi nobilissime domini Insuper gracias ago maiestati tue pro litteris sanctissimo domino nostro et sacro collegio sup facto patien ecclesie in meum fauorem missis Nunc cum idem dominus noster ecclesiam illam michi commendauit / supplex oro vt digneris litteras oportunas in bona forma scribere ad serenissimum polonie regem subscribendo illas manu propria / vt maior videatur affectio / rogantes eum vt procuratoribus meis possessionem ipsius ecclesie assignari faciat / Veniet enim infra paucos dies vnus ex procuratoribus ipsis ad serenitatem tuam pro litteris accipiendis quem cupio celeriter expediri / De nouitatibus harum partium hoc tantummodo scribere possum Rex aragonum maximam et potentissimam habet in mari classem minatur genuensibus / Sed et aliis quampluribus terrorem incutit / Comes iacobus picciminus cum exercitu regnum apulie exiturus est prope diem / Dicit se contra sigismundum maletestam arma sumpturum / sunt tamen qui senensibus et qui ecclesie romane timendum putant / Vrsini et comes euersus inter se contendunt / nec finis potest inueniri discordie / Cardinalis de vrsinis quasi papam timeret ex vrbe iam pridem recessit / et inde simultates non pauce exorte sunt inter ipsum et romanum presulem / Missus est tamen modo per collegium cardinalis sancti marci qui eum apostolice pietati reconsiliet Nescio quis fructus sequetur Non sumus sine periculo intestini belli si vrsinorum domus implicata remanserit / Ex oriente nouitas allata est fratrem cardinalis portugalien veneno periisse in cipro quo regnaturus eo profectus erat ac filiam regis duxerat / Turchorum classis mithelenam

insulam conatu vexatum fertur/sed auxilio illi erit legatus apostolicus cū triremibus suis et rodiensi manu/Alia que scribam nō habeo Commendo me humillime/sublimitati tue ad cuius mandata semp ero paratus Ex roma die vndecima septembris Anno domini Millesimo quadringentesimo·l·v·

ENeas cardinalis senensis Ladislao regi hungarie S p d Que scripsisti michi super negocio vratislanien̄ electi/curaui atq; diligenter peregi/q̄uis res esset difficilis et pecuniaria/gestus est mos tue serenitati Et remissa est electio magna pecunie pars/Laboraui vt satisfieret desiderio tuo circa ratisponen̄ ecclesiam et obtenta est tua voluntas/Prefectus est enim illi ecclesie illustris princeps rupertus bauarie dux consanguineus tuus/fui ego in ea causa commissarius/et q̄admodum debui conatus sum eam relationem facere/que cū veritate eidem ruperto vtilis esset Feci id libenter quia intelligebam me sublimitati tue/simul et inclite domui bauarie complacere/et ecclesie illi bene consulere/nec de hoc plura / Verum serenissime rex cum tua pietas dignata fuerit domino nostro pape pro me scribere atq; instanter supplicare vt ecclesia varmien̄ michi commendaretur/idq; iam factum est/rogo et supplico vt ceptum continuans beneficium/serenissimo regi polonie sororio tuo vrgenter scribere digneris pro possessione ipsius ecclesie meis procuratoribꝰ danda q̄admodum henricus seufleben vratislanien̄ tue sublimitati lacius declarabit necessarium esse/ Idem etiam celsitudini tue nouitates harum parcium quas sibi scribo serios exponet/Nec aliud impresentiarum nisi q̄ me tue sublimitati iterum atq; iterum commendo ad eius semper mandata paratum Ex roma die vndecima septembris Anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimoseptimo·

ENeas cardinalis senensis Henrico seufleben S p d Scripsisti nobis hijs diebus freq̄ntes lrās pro quibus gracias agimus tibi/qui veri et optimi amici officium imples/Intelleximꝰ illarum disturbia partium/Dolemꝰ p̄ncipes vestros non tam se beniuolentia q̄ sanguine contingere Cuius rei causam non ipsis ascribimus sed illis quoꝝ voces pre ceteris audiunt/Infortunium est hoc nostri temporis vt tunc potissime diuisi simꝰ cū expediret maxime esse vnitos/sed dabit deus his quoq; finem/Pro electo vratislanien̄ laborauimꝰ diligēter/et tandem confecimus quod petebatur Nam tria milia ferme duca

torum remissa sunt In qua te intelliges ex veneslao que fuerint par tes nostre / Rogamus velis esse cum maiestate regia ꝛ habeas litteras oportunas impetrare ad serenissimum polonie regem et alios vt opus es se putabis duplicatas Nam ipse veneslaus offert se iturum nomine suorum dominorum in poloniam / et nos statim mittemus bartholo meum canonicum vatimeñ cum litteris et procuratorijs oportunis / et necessarium est ꝙ ambo habeant litteras regias Nam nos eisdem du cibus per hos dies non paruum obsequium fecimus / qui pugnantibꝰ fere ceteris cardinalibus / sanctissimo domino nostro suasimus consan guineum eorum rupertum ad ratisponeñ ecclesiam promouendam es se / cum essemus commissarij et alterius electionem inuenissemus non valere Mittimus tibi litteras credenciales quarum vigore poteris eis supplicare vt tibi assistant ad regias litteras impetrandas / Procopio et micholao scribimus quos arbitramur suos fauores non negaturos / Cardinalem sancti angeli vellemus apud se esse / vt eius summa pru dentia lites australice componerentur / Rogamus vt nostras litteras sibi transmittas Et demqꝫ cures vt venientibus dictis veneslao et bar tholomeo littere que necessarie sunt in promptu habeantur / De noui tatibus harum partium pauca sunt que scribere possumus Ea q̄ sunt habes vt supra in littera imperatoris Vale optime ex roma die vij sep tembris Anno·ꝉ·x·l·v·

Eneas cardinalis senensis Procopio cancellario bohemie Sa lutem plurimam dicit Quamuis raro nobis scribis Ex micholao tamen simulqꝫ henrico seufleben intelligimus te veterem erga nos beniuolentiam retinere et omni officio veri amici satisfacere / non repetimus que pro nobis fecisti / Sunt enim plurima / nec nos hi su mus qui referre gracias valeamus Illud tamen quod possumus faci mus / reclamamus magnificentiam tuam / et animum habemus pa ratum omnia facere que tibi grata sunt et nobis possibilia Id ostende mus si quando pro venerabili germano tuo preposito vice gradeñ ali quid acciderit quod sibi vtile futurum putemus ꝛ in nostra potesta te consistat / Interea rogamus te vt perseueres in officio caritatis et tui enee semper memineris Insuper quia mittemus prope diem pro curatores nostros cum litteris apostolicis ad capiendam possessionem vatimeñ ecclesie si saltem haberi poterit / Rogamus amiciciam tuam vt eas litteras impetrare velis a regia maiestate quas henricus

predictas dixerit opportunas Nam tantum pondus huiusce rei conse quende in serenissimo rege ipso hungarie atque bohemie consistit / et qui cepterit perficiat Erimus ineternum sue maiestati et tibi obligati / Quippe qui ecclesiam eam suo et tuo fauore obtinuerimus Conati insuper semper sumus nos gratos ostendere Credimus cardinalem sancti angeli iam apud vos constitutum esse Quod si ita est commenda nos sue dignitati tamquam patri veneratu dignissimo Que sunt apud nos noua scribimus ipsi henrico tibi communicanda / Feruet apostolica mens desiderio exterminandi turchos sed principes xpristiani inter se disciden tes pium propositum prorsus deserunt / Deus meliora prebeat / quod speramus Vale optime Ex roma die vndecima septembris Anno domi ni. lxxi.

ENeas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli S p d Breues more tuo scripsisti ad me nuper epistolas / Vidi eas libenter quia significabant te ex bosna reuersum prope hungariam degere / ac bene valere quod pre ceteris michi iocundissi mum fuit / Spero hec scripta mea repertura esse in austria personam tuam / inter mitiores gentes / Vtinam ita fiat / Nam presentia tua futurum opinor vt principes illarum partium prorsus componantur / Ait enim cardinalis papiensis se cum anno superiori ageret in austria omnes lites inter imperatorem et regem hungarie adeo attenuasse vt parum ad integram concordiam superfuit / Composuisset omnino par tes ipsas vt est opinio nisi coactus fuisset norenbergam ascendere Ex istimo igitur haud dubie dignationem tuam fide debito terminaturam quod ille infectum reliquit / si tamen ita est vt compositioni tam par ua vt referunt res defuerit / Vtrumque sit elaborandum est eo negocio Nec minus erit composuisse imperatorem et regem quam turchum deleuis se Et ego quidem hanc coronam tue dignationi auguror et opto / No uitates harum partium non dubito intelligis ex aliorum litteris / Ex me tamen hec pauca habe Rex aragonum maximam habet in mari clas sem galearum supra xxx magnarum onerariarum septem / minorum nauigiorum quamplurium / Dicit se iturum in catholoniam vt inde for tior redeat contra turchos Inde factum est vt rex portugalie aduentum suum suspenderit / Genuenses hanc regis classem contra se armatam putant / simulque cum eis florentini et senenses timent / certitudo nul la est quid tandem rex intendat / Comes iacobus picciminus cum ex

exercitu circiter duodecim milium bellatorum exiturus bellum fertur/Terri tatur ecclesia simulqꝫ ſenenſes/cum ſe contra ſigiſmundum maleteſtam profecturum minatur/Vrſini et comes euerſus adhuc inter ſe litigant Cardinalis de vrſinis iam pluribus diebus e curia receſſit / veritus ne quid ſibi ſiniſtri accideret / cum papa exercitum miſiſſet aduerſus fra tres eius / Nunc rex aragonum vrſinorum familiam in ſuam protecti onem recepiſſe fertur / Timor ne romanus ager nouis inuoluatur liti bus / Miſſus eſt cardinalis ſancti marci ex parte collegij ad ipſum do minum de vrſinis vt ſi poſſibile eſt controuerſie componantur / Domi nus noſter ſanctiſſimus iterum duas galeas cum pecunia ad legatum mittit in orientem / facit pius pater quod poteſt / ſed relinquitur a principibus nec ſolus poteſt tanti belli molem ſufferre / Imperator tur chorum contra mithelenam miſſurus claſſem fertur non modicam/ſed dominus inſule ſpe legati fretus et auxilio genuenſium nauale bellum inſtupidus manet In albania dicunt ſcanderberchium magnalia per petraſſe contra turchos / Quod ſi verum eſt melius tua paternitas re uerendiſſima que per id temporis prope fuit exploratum habuit Cupio vt tandem redeas nec velis triennium complere / niſi principes contra turchos excitari poſſe confidis/Recommendo me dignationi tue ad eius mandata ſemper paratum Ex roma die vndecima ſeptembris Anno domini.1461.

Eneas cardinalis ſenenſis Nicholao liſtio Salutem plurimā dicit Grate fuerunt nobis littere tue quibus germanica nego cia nobis ſignificaſti / vtinam melius ſe res haberent / Sed conferenda ſunt que nobis tempora dantur / Faxit deus vt principes il li veſtri aliquando concordes ſint / ne qui ſunt ſanguine proximi odio diſiungantur / Gaudemus procopium conualuiſſe et noſtri memorem eſſe / Cupimus nos ſue magnificentie ſepius efficias commendatos/ Scribimus regie maieſtati et ſibi de litteris neceſſarijs ad obtinendā eccleſiam vacinieſ̄ Rogamus in ea re tuo more ſis vigil Et ita efficias quemadmodum henricus ſcufleben expetierit qui conditiones illius patrie nouit / et noſter eſt fideliſſimus amicus / Ab eo ſcies que ſunt hic noua Fluctuamus et nos more hominum nauigantium Frater tu us vlteras repetijt / ytalia multis in locis peſte laborat / ſed potiſſime ſena Nam que bello afflicta fuit et caritate annone / nunc quod terti um erat morbo langueſcit Vale ⁊ nobis ſepius ſcribe Datum rome die vndecima ſeptembris Anno domini Milleſimo quadringenteſimo quin

quagesimoseptimo.

Eneas cardinalis senensis Ulrico rider Salutem plurimam dicit Recepimus litteras tuas quas reddidit nobis iacobus imperatorie maiestatis nuncius Agimus tibi gracias pro litteris scriptis in facto ecclesie varimeñ Scimus enim te eas dictasse et expediri fecisse Nunc opus est vt alias iterum expediri facias ad serenissimum regem polonie et alios / pro vt opus fuerit / latius te admouebit procurator noster q̄ statim mittemus ad possessionem capiendam / Super facto lauconeñ expediuimus litteras iuxta desiderium maiestatis imperatorie quas ipse iacobus secum apportabit Rogauit enim nos vt concederemus sibi pecunias / Concessimus primo sex aureos / Et deinde iterum rogauit nos vt alias sibi pecunias mutuaremus pro reditu necessarias / Fecimus sibi illas per bancum concedi Et obligauimus nos pro eo intuitu maiestatis imperatorie cui debemus omnia / Voluissemus q̄ ipse habuisset aliqua scripta vel maiestatis eiusdem vel tua / Libentius sibi subuenissemus / tamen quia nuncius imperatoris / noluimus eum derelinquere sicut ab eo intelliges / Rogamus des operam cum eo postq̄ redierit vt nobis satisfaciat / Intelleximus de dispensatione tua / erimus cum correctore / et videbimus quid faciendum sit / scito q̄ littere nulle possunt obtineri gratis ab isto papa / nisi pro persona imperatoris Si vis q̄ exponamus pecunias pro te scribe nobis et libenter id faciemus / q̄uis pauperes simus adhuc tamen pro vobis inueniemus centum aureos cum opus fuerit Habebis cum presentibus litteras ad iohannem inderbachium Rogamus eas sibi mittas vbicumq̄ fuerit Et nos sublimitati imp̄atorie commendes ad cuius mandata paratissimi sumus Ex vrbe die vndecima septembris Anno .lvi.

Eneas cardinalis senensis Iohanni hinderbachio S p d Laborauimus diu tui causa aduersus aduersarium tuum super prebenda ratisponeñ et deinde peperimus tibi pacem Obtinuimus namq̄ prebendam quasi ratisponeñ dari domino humanno vt tibi quies esset Et ita factum est Hoc scribimus ad consolationem tuam Rogamus vt nos imperatorie maiestati commendes et iuues nos ad possessionem habendam eccl'e varinieñ / Vale optime Ex ro. die xi septembris Anno .lvi.

E Neas cardinalis senensis Ludouico bauarie duci S p d Venit et ad excellentiam tuam venerabilis vir henricus et aliqua nostro nomine referet Cui rogamus vt plenam credentie fidem prestare velis Et in hijs que vice nostra petierit benignum impartiri fauorem quemadmodum de tua erga nos caritate plene confidimus/ Ab eo etiam scies negocium ecclesie ratisponensis pro tuo desiderio expeditum esse In qua re fecimus quod vires nostre potuere vt honori tuo satisfieret Ex roma vts.

E Neas cardinalis senensis Ludouico duci bauarie S p d Sigismundus senuetil bone indolis adolescens primus huc venit in causa ecclesie ratisponensis Primusque litteras tuas nobis reddidit Institit die noctuque diligentissime laborans vt desiderio tuo satisfieret Cum res sit ad votum expedita dignus est qui digno fauore tractetur Rogamus igitur vt ruperto administratori ratisponensis consanguineo tuo eum commendare velis / atque ita efficere vt de primo beneficio vacaturo et conuenienti / sibi omnino prouideatur Reddes enim mercedem condignam suis laboribus / et nobis singularem complacentiam facies / qui eum iam pridem nouimus et pro sua virtute dileximus Datum rome die vndecima septembris Anno domini Millesimo quadringentesimo.l.v.

E Neas cardinalis senensis Martino maier S p d Sunt nonnulli nationis tue homines parum pensi habentes / quibus romani pontificis auctoritas neque necessaria esse videtur neque a christo instituta / Contra quos hanc epistolam scribere et tibi transmittere decreuimus / vt si quando tales homines te adierint habeas ex nobis quo gladio / eorum temeritatem confodias Nam quando eos non solum scripta iura refellunt et auctoritas ecclesie longe lateque diffusa / sed ipsa quoque naturalis ratio eis aduersa est / que lex nature immobilis et inuariabilis adeo fixa est vt neque epycheiam ferat / Audi ergo quo modo istos renuncimus refellimus prosternimus / cum christianis nobis questio est qui euangelium recipiunt et christum filium dei pro nostra salute incarnatum et passum fatentur / Hi nobis alia quoque negabunt sacramenta in ecclesia ab ipso filio dei instituta quibus ad salutem nostram vtimur / baptismi / confirma

tionis / eucharistie / penitentie ordinis / matrimonij et vnctionis ex treme / quorum vnum quod est principalissimum scilicet ordinis alio rum duorum que potissima esse videtur eucharistie ac penitentie miste rium in se continet Nam sacerdotes hac potissimũ causa sunt institu ti / vt purgantes per penitenciam homines a peccatis suis et in graci am dei redeuntes / ydoneos faciant ad corpus xpristi participandum Deinde corpus xpristi consecrantes illud eis administrent / Videmus autem natura ita comparatum esse vt omnis potestas que ad principa lem aliquem ordinata est effectum / inferiores ordines sibi subseruien tes habeat / quod maxime in artibus apparet Nam arti que formam materialem inducit alie subseruiunt que materiam disponunt Et rur sus ars illa que formam induit alteri seruit ad quam pertinet finis per fecti operis Nam qui lingna cedit arti nauifactiue deseruit Et hec rursus gubernatorie illa vero militari vel yconomice q̄dadmodum ad diuersos ordinantur fines Cum ergo potestas ordinis in eum finem constituta sit vt purgatis hominibus corpus xpristi ministret palam est inferiores ordines ei deseruire ea preparantes que ad hoc opus ne cessaria sunt Et infiniti quidem ordines sacerdotali deseruiunt popu lum preparantes / Ostiarij quidem arcendo infideles a cetu fidelium / lectores instruendo cathecuminos elementa fidei tradentes / propter quod eis scriptura veteris testamenti legenda committitur / Exorciste vero eos purgant qui per demoniacorum vexationes a sacramentorum perceptione impediuntur Atq̃ ita hi tres ordines disponendi populi cu ram habent Est et quartus accolitorum ordo / cui vasa non sacra credi ta sunt in quibus sacramenti materia preparatur Subdyaconi vero ministerium habent super vasa sacra et super dispositione materie non dum consecrate / Dyaconi vero vlterius procedunt administrant enim atq̃ contingunt materiam iam consecratam xpristi sanguinē populo dispensantes / Subseruiunt autem hi ordines sacerdotali et in prepa ratione populi Nam dyaconibus committitur euangelica doctrina pre paranda populo Subdyaconibus epistola / Accolitis luminis com missa est cura quod ad solemnitatem doctrine procul dubio pertinet / Atq̃ ita hi sex ordines ad septimum referuntur qui sacramentalis appellatur / At cum ordinum horum collatio cum sacramento quo dam perficiatur / sacramenta autem ecclesie dispensatores requi runt ydoneos / necessarium est superiorem aliquam potestatem es se in ecclesia altioris ministerij que ordinis sacramenta dispenset /

Hanc autem maiores nostri episcopalem appellauere/ que q̃uis in cõ
secratione corporis xpristi sacerdotalem non excedat/superat tamen in
his que ad regimen populi pertinent/ Nam et ipsa sacerdotalis potes
tas ab episcopali diriuatur Et que sunt ardua circa populi curam epis
copis reseruantur Nec sacerdotes ipsi dum corpus xpristi conficiunt re
bus alijs vtuntur q̄ per episcopum consecratis vt altari calice vesti
bus Est igitur manifestum summam regiminis quod in populo xpris
tiano geritur ad episcopalem pertinere potestatem/ Verum q̃uis po
puli per diuersas dioceses ac ciuitates distinguantur/sicut tamen vna
est ecclesia sponsa xpristi/ita et vnum oportet esse populum xpristia
num Et sicut in vno populo speciali vnus requiritur episcopus ad quē
summa rei deferatur/ita et in toto populo xpristiano pernecessarium est
vnum esse totius ecclesie caput vnum preceptorem atqꝫ magistrum
ad quem maxima queqꝫ et difficilia referantur Cumqꝫ ad vnitatem ec
clesie conseruandam illud potissimum requiratur vt vna sit omnium
fides/circa ea vero que fidei sunt questiones varias suboriri contingat/
vnum esse principem vnumqꝫ caput oportet et supremum iudicem qui
questiones ipsas dissoluat Alioquin sententiarum diuersitas ecclesi
am ipsam diuideret/atqꝫ solueret vnitatem Quemadmodum factum
esse videmus ante consilium nycenum/dum sibi quisqꝫ viuebat et ad
romanam ecclesiam paruus habebatur respectus Et nos quidem pa
lam videmus omnes qui tempestate nostra peregrina inuenerint dog
mata/et errores predicant illud in primis sibi vsurpare vt romane ec
clesie auctoritatem et principatum diffiteantur/ At cum xpristus deus
noster sponsam suam ecclesiam tam feruenti amore dilexerit vt san
guinem suum pro ea effuderit crucis tormentum perpessus/ Nequaq̄
credendum est eum in his que necessaria sunt ecclesie non oportune
consuluisse/cum de synagoga per ysaiam dicat quid vltra facere debui
vinee mee et non feci/ Itaqꝫ cum necesse sit ad perfectum regimē vnum
preesse a quo ceteri dependeant/minime dubitandum est quin ex ordi
natione xpristi vnus ecclesie presit Et nos hunc romanum presulem
appellamus/vulgus papam nominat Insuper cum ecclesie regimen
ab eo institutum sit per quem reges regnant et legis conditores ius
ta decernunt non est ambigendum quin ecclesie regimen optime sit
ordinatum Optimum autem multitudinis regimen illud est quod ab
vno regitur/ Id autem ex fine patet Nam finis optimi regiminis pax
est et vnitas subditorum/ Vnitatem autem que pacis est nutrix nemo

dubitauerit longe melius ab vno seruari q̄ a pluribus / Unus enim dignitati congruit / Ob quam rem non est ambiguum quin ecclesie regimini tamq̄ optimo presit vnus Huc accedit quod in apocalipsi iohannes ait se scilicet vidisse iherusalem descendentem de celo Et moysi mandatum est vt omnia faceret secundum exemplar ei monstratum in monte Quibus ex verbis quid aliud colligimus q̄ militantem in terris ecclesiam / instar esse triumphantis ecclesie in celo At cum in illa vnus sit dominus dicente eodem iohanne cursus in apocalipsi / ipsi populus eius erunt / et ipse deus cum eis erit eorum deus Quis non intelligit ecclesie militantis vnum esse principem oportere Recte igitur osee primo scriptum est Congregabuntur filij iuda et filij israhel pariter et ponent sibimet caput vnum Dominus quoq; apud iohannem ait Fiet vnum ouile et vnus pastor Et ad ephesios doctor gentium paulus Solliciti inquit scitis seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis / Unum corpus et vnus spiritus sicut vocati estis vna spe vocationis vestre / Unus dominus / vna fides / vnum baptisma / vnus deus /

¶ Sed dices fortasse vnum caput / et vnus pastor ecclesie xpristus est / qui est vnus et vnius ecclesie sponsus / et hic cuncta gubernat / nec opus est alium adhibere pastorem / Uana est argumentatio tua Nam cum omnia ecclesiastica sacramenta xpristus ipse perficiat / Ipse est enim qui baptisat et peccata dimittit / ipse est enim verus sacerdos qui sese obtulit in ara crucis / et cuius virtute corpus eius cotidie consecratur / possemus dicere minime necessarios sacerdotes quod q̄te sit absurditatis nequaq̄ te latet / Scimus enim xpristum cum ex hoc mundo transiturus esset ad patrem / cum corpore affuturus erat / Elegisse ministros per quos sacramenta fidelibus dispensaret / Eadem enim ratione necessarium fuit aliquem eligere cui vniuersalis ecclesie curam committeret / quod fecit / Dixit enim petro ante ascentionem suam Pasce oues meas / et ante passionem / tu interim confirma fratres tuos Et cursus petro ait Tibi dabo claues regni celorum Quibus verbis palam ostendit potestatem clauium per petrum ad alios diriuandam vt ecclesie seruaretur vnitas / Nec fas est dicere hanc dignitatem petro datam ad successores eius non diriuari / Nam xpristus ecclesiam vsq; ad finem seculi duraturam instituit secundum illud ysaie decimoquarto capitulo / Super solium dauid et super regnum eius sedebit vt confirmet et corroboret in iudicio et iusticia ammodo et vsq; in sempiternum Nam potestas apud

eos qui cum xpristo vixere/ita instituta est vt ad posteros diriuaretur pro vnitate ecclesie vsqꝫ ad finem seculi Et hoc est qd ipse saluator ait mathei vltimo Ego vobiscum sum vsqꝫ ad consummatinem seculi/ Ita qꝫ liquet vnum esse pontificem qui presit ecclesie vniuerse Et hic post xpristum petrus fuit/illo autem vita functo successores eius vsqꝫ ad calixtum tertium xpristi vicariatum tenuere Nec potest alia quepiam ecclesia hac prerogatiua gaudere Nec ipsa quidem iherosolimitana in qua fuit officina nostre salutis/ꝛ cui iacobus frater domini magnꝰ prefuit apostolus/ Nam xps cū vicarium suum petrum elegit/ei loco hanc dignitatem concessit quem petrus ipse suo sanguine consecraret Iherosolimitanam autem ecclesiam q̃uis nycena synodus ab omnibus honorandam esse voluerit/saluum tamen esse decreuit ius cesaree palestine que tunc eius erat metropolis/Romana igitur ecclesia vt sacri canones aiunt caput omnium est que principis apostolorum et doctoris gentium sanguine dedicata ibi apud se celeste regnum habere meruit/vbi terrenum vsqꝫ ad summum creuerat imperium Nam sicut romulus et remꝰ inicium ibi mortalis imperij fecere/ita petrus ꝛ paulꝰ celeste regnum fundauere.

Eneas cardinalis senenẜ Episcopo onetēn̄ S p d Litteris tuis ꝛ letati ꝛ oblectati sumus Letati quidem ꝙ tempora nostra claris florere ingenijs et vim eloquentie passim crescere atqꝫ ad exteras penetrare nationes animaduertimus/Oblectati autem ꝙ in epistola tua multum leporis/ multumqꝫ salis inuenimus Et cum omnia que scribis grauia dignaqꝫ philosopho proculdubio sint/tum nobis illud precipuam quandam exhibuit voluptatem ꝙ in exemplis ietro et moyse quibus impugnabaris/quasi armaturis tuis quibus ꝛ defenderetis et aduersarium tuum ferires vti nouisti Est enim simile hoc illi quod de virgilio legimus/qui cum crimini sibi daretur/ꝙ homeri versus operi insereret suo At hoc inquit quod vituperatis laude precipua dignum est/tamq̃ ego clauam ex manu herculis arripuerim/Hoc itidem et nos de tuo ingenio dicimus Perge igitur ꝛ florentes eloquij tui vires sepe exerce Sic enim erit inter disertos oratores non vulgare nomen tuum / Vale q̃pti es Ex vrbe tertio octobris / Anno domini .1457.

Eneas cardinalis senensis Leodrisio cribello Salutem plurimam d Affecerunt nos haud modica voluptate prestans vir et amice

singularis littere tue quas ex mediolano ·xvij· kl' septembris ad nos scripsisti / legimus iohannis crisostomi epistolam quam ex athica romanam fecisti / Nesciebamus te ante greci sermonis gnarum esse / prius translationem hanc vidimus q̄ te grece doctum audiremus Tanto te magis existimam⁹ q̄to mag⁹ est duas linguas q̄ vnam nosse Non est nobis iudicium de grecis / At quod latine scriptum est ex greco versum / si quid est quod sentimus admodum laudabile est / tersum / suaue / nitidum / Gaudemus te huic doctrine profectum vt laudari ab omnib⁹ tua scripta debeant / At quod de nobis iudicium facias / longe maius est q̄ nostra exigant merita / Noscimus nosipsos nec fallimur cum laudamur / Q̄ ad cardinalatum euecti sumus diuine miserationis est / non nostre virtutis / Nec omnia consilia dei humana potest inuestigare cogitatio / Sepe ad nostram ruinam tendunt que nos quasi felicia vel cupimus vel admiramur / Neq̧ dignitas cardinalium tantum in se boni habet q̄tum pre se ferre videtur / et quidem nobis qui tante glorie impares sumus instar est potius miserie q̄ felicitatis Itaq̧ probe ad nos epistolam de exilio militis misisti vt solamen nostre calamitati afferres aliquod / egemus enim consolatione non parua Nam sicut prestantissimi patres in viles exulant homines / itaq̧ ⁊ ignari nostriq̧ similes quasi a patria fugati sunt cum cetui admiscentur probatissimorum Idq̧ nobis accidit in sacrum collegium accersitis in quo trementes viuimus / faxit deus vt si non implemus opiniones hominum / at saltem non confundamus eos qui de nobis bona predicant / Viri prestantes et tuo nostro singulares Nicholaus arcemboldus et scena cortensis dum nos commendant faciunt magis quod se decet q̄ quod meremur / Stephanus tacia nouarien̄ ad quem scribebas diem obijt Nos loco suo tuas legimus litteras / Amauit te ille / et amat procul dubio in paradiso viuens Non enim perit anima cum a corpore abit neq̧ viri boni et stephano pares ad inferos migrant dum fatis funguntur sed recta via celum petunt ei seruituri / eoq̧ fruituri a quo receperunt esse Ex vrbe romana die vicesimasecunda octobris Anno domini ·1456·

Eneas cardinalis seniensis Nycholao arcimboldo S p d Mille annis si tacuisses nichil ad me aut de me scribens / nichil tamen de nostro erga te amore diminuissemus Neq̧ enim nos latet quoquo in statu simus nos caros esse et amatos in mente tua

Accepimus modo litteras tuas quibus amicum comatium nobis com mendas/Erit nobis cure causa sua/et intelliget si opus fuerit tuas cō mendationes sibi fuisse vtiles Hic cardinalatus quem sine vllis meri tis consecuti sumus/nulla in re nobis voluptati est/nisi vt aliquando ꝓ desse possimus amicis nostris/inter quos tua probitas precipuum ha bet locum/Tuum est igitur vt opera nostra confidenter vtaris/Cupim⁹ tibi consortiq3 et liberis bene esse/Vale optime/et nos quando facultas sese exhibet domino duci commendatos effice Ex roma die xxij octob3 Anno·1457·

AD patrem reuerentiam cultuq3 dignissimum dominum eneam siluium episcopum senensem et sacrosancte romane ecclesie presbiterum cardinalem benemeritissimum Leodrisius cribel lus S p d Existimo dignissime presul ingentem iam esse litteraꝝ acer uum earum que ex omni ytalia germaniaq3 et ab optimo quoq3 viro studio congratulandi per hos menses ad tuam dignitatem sunt conscꝑ te/Et q̄uis virtutes alias/alia merita/spes etiam in futurum vberio res sigillatim et facile ⁊ vere/ex magna copia cuiuscumq3 animus tulit etsi non hisdem verbis annotauerit eandem tamen seriem eandemq3 vo luntatem videre videor omnes imitatos esse Quo numero cum et ipse fuerim ab amplitudine tua non ab ingenio meo vires capiens/statui impresentiarum/nouo ac diuerso scemate felicitatem tibi tuam ⁊ diui ne maiestatis propicium numen ante oculos ponere Hec est epistola iohannis crisostomi qui cum ex pontificali throno suo pulsus et exilio dampnatus esset/amiciq3 exinde sui sueq3 sanctitatis et eloquij diuini cultores merore et cruciatibus afficerentur ad ciriacum episcopum ⁊ ipsum exilio damnatum hanc epistolam luctus et miseriarum primo/ deinde consolationis plenam scripsit/Quam ego dum e greca latinam fecissem statui prestantissime dignitati tue ea potissimum causa dare/ vt intelligas q̄to meliore conditione tecum diuina pietas agat Jllum eīm virum sapiētia ⁊ sanctitate primarium/inimicoꝝ fraus potentiaq3 pessumdedit Tu omnium aduersantium inuidiam mirabili ingenio et vite candore superasti/Jlle ex patria crudeliter pulsus est Tu a remotꝭ regionib⁹ q̄uis ibi etiam feliciter degeres/felicius tamen in patriam es reuocatus/Jlle de throno suo eiectus est/tu ad maiorem sublimat⁹ es/Jllius ruina suos omnes miserabili caritate inuoluit/tua vero felici tas tum ceteris omnibus amicis et clientibus tuis tum michi maxime perhennis leticie materiam prebuit Jtaq3 leges hec diui crisostomi

scripta non ingratis oculis Sed ita tamen vt scribentis grauitas inter pretis nouitate non ledatur Tuam vero reuerendissimam paternitatē diutissime bene valere precibus precor / cuius grauissimi pretones / nycola⁹ archemboldus et scena cortensis non in hoc clarissimo senatu tantum sed in omni ytalia primarij viri eidem sese summo affectu commendant / Mediolani xvi kł septembris.

Nrsus exhauriam merorem tui vultus et dissipabo cogitationes que hanc nubem efficiant Quid enim est q contristaris ꝛ meres/quia grauis est procella ꝛ acerbum naufragium quibus ecclesia perturbatur . Hec et ego scio nec quisq̄ inficiabitur / Sed si velis harum tibi rerum ymaginem fingam / mare cū videtur ab imo fundo ventis conuelli/ nautas vero ipsos et clauis ꝛ remis manus genibus complicare / et propter tempestatem desperatione deficere / non celum aspicientes / non pelagus / non aridam / sed per transtra iacentes lamentari ꝛ flere / atq3 hec quidem in mari proueniunt / Nunc autem in nostro mari peior tumultus peiores etiam fluctus / sed tu roga dominum nostrum ihesum xpristum qui non arte superat tempestatem/ sed spiritu sancto pcellam dissoluit Et q̄uis rogaueris neq3 ausus sis ne deficias animo Huiusmodi enim consuetudinem seruat benignus deus/nec enim ille tres pueros liberare non poterat ne in fornacem ignis mitterentur / sed cum captiui facti essent et in barbarorum regionem deportati/nudati insuper/paterna hereditate/et ab omnibus derelicti/ nichilq3 eis reliquum superesset/tum subito xpristus verus deus repentino miraculo dissipauit ignem Cum em̄ sanctorum virtutes ignis nō perferret/exilijt foras/et quotquot circa fornacem inuenit caldeorum assumpsit Ecclesia igitur illis fuit fornax / ipsi vero creaturam omnem inuocabant visibiliaq3 angelos et potestates atq3 ita omnia colligentes dicebant Benedicite omnia opera domini dominum . Vides vt sanctorum paciencia et ignem ꝛ rorem mutauit / et tyrannum conuertit / Litteris enim in vniuersum orbem dimissis / magnus inquit deus sydrac misac et abdenago Q̄ꝫtam insuper q̄q3 acerbam penam imposuit si quis verbum aduersus eos protulisset / publicetur eius domus omnisq3 substantia diripiatur Nec igitur deiecto atq3 pusillo animo esto / Nam et ego cum a ciuitate expellebar nichil horum non cogitabam sed mecum ipse dicebam / Si quidem voluerit imperatrix me exilio damnare / damnet / Domini est terra et plenitudo eius / si medium secari voluerit / secet / ysaiam habeo in exemplum / Si in

pelagus me proijci iubeat/ionam reminiscor/ Si me velit in fornacem mitti/tres pueros habeo hoc perpessos/ Si me vult feris obijcere/danielem in fouea leonibus appositum recordor/ Si me lapidare voluerit/lapidabit/stephanus mecum est prothomartir/ Si caput auferre/auferat/habeo iohannem baptistam/ Si facultates arripere/arripiat/nudus exiui de ventre matris mee et nudus reuertar Hortatur me apostolus dicens Personam hominis deus non accipit/sed si hominibus placerem xpristi seruus non essem/ Armat me dauid inquiens/Loquebar in conspectu regum ⁊ non confundebar/ Multa aduersum me ꝯfinxerūt dicentes me in communionem quasdam accepisse postq̄ iam comedissent Quod si quidem a me factum est deleatur nomen meum de libro apostolorum/neq; scribatur in libro fidei orthodoxe/ Nam si huiusmodi quippiam a me factum sit ejceret me xpristus de regno suo Si vero maxime hec dicentes contendunt/condemnet et paulum qui cena facta integram domum baptisauit Condemnent et ipsum xp̄m qui postq̄ cenasset apostolis communionem dedit/dicunt me cum muliere iacuisse/nudare corpus meum ⁊ inimicicis membrorum meorum mortificationem/ Verum hec omnia liuore impulsi fecerunt/ Tu autem valde contristaris ciriace frater ꝓpterea q̄ hi quibus auctoribus in exilium pulsi sumus summa fiducia per forum ambulant stipati satellitum turba/ Verum et tu rursus diuitem ⁊ lazarum memoria repete/ vtri eorum in p̄senti seculo afflictiones vtri gaudia contingent Quid illi nocuit paupertas nunq̄d velut adleta ⁊ victor in sinu abrahe deportatus est Quid autem illi profuere diuicie in purpura et bisso superbienti/vbi lictores/vbi satellites/vbi in aureis frenis equi/vbi pasti ⁊ regalis mēsa Nunquid tamq̄ latro ducebatur ad monumentum nudam animam de nudo offerens et exclamat inani voce Pater abraham mitte lazarum vt intinget extremum digiti et refrigeret michi linguam Vror enim vehementer Quid patrem vocas abraham cuius vitam non es imitatus/ Ille domi sue cunctis hominibus hospicium p̄buit/tu autem nullius pauperis vnq̄ curam egisti/ Non est q̄ lugeamus aut defleam? Nam qui tantarum erat diuiciarum dominus/aque gutta dignus non fuit Cum participem micarum non faceret pauperem/guttam aque non recepit In hyeme non seminauit misericordiam venit estas et non messuit Et hec domini est dispensatio qui exaduerso statuit perditionem impijs ⁊ iustis retributionem vt sese respiciant et inuicem cognoscant/ Tunc etenim quilibet martir proprium tyrannum cognoscet/et tyrannus ꝓprium martirem q̄ afflixit/sed nequaq̄ hec mea verba sunt Tu audi

sapientiam dicentem Tunc in multa fiducia stabit iustus in conspec
tu tribulantium se Quemadmodum enim viator in estu perambulans
sitiqꝫ ardens si limpidissimū inuenerit fontem/et multa correptus fame
si ad mensam omnibus repletam cibarijs consederit/prohibeatur autē
a potentiore aliquo mensam attingere aut cibis vesci torquebitur ve
hementi animi dolore/et affligetur quoniam iuxta fontem consederit
aque vsus negetur Sic in die iudicij videbūt impij exultātes sanctos/
a regalis autem mense fruicione arcebuntur/et bona tantummodo vi
dentes eorum vsu carebunt Etenim cum vellet deus vlcisci adam/fecit
e regione paradisi terram/vt p singulas horas ad illam respiciens op
tatam regionem vnde exierat animi dolore torqueretur Sic et nos hic
inuicem non congredimur/illic enim nullus nos a mutua conuersatio
ne prohibebit/Videbimus autem illos qui nos in exilium dederunt q̄
admodum lazarus diuitem et martires tyrannos suos Ne igitur des
peraueris sed recordare prophete dicentis/subsannationem hominum
ne timueritis ⁊ eorum contemptu ne vincamini Sicut enim lana a ti
nea sic corrodentur ⁊ tamq̄ vestis inueterascent/Animaduerte autem
et ipsum dominum q̄admodum statim ad incunabulis persecutionem
patitur ⁊ in barbaram terram eijcitur/Is qui mundum continet exem
plum nobis factus ne moleste aduersa feramus/Memoria repete sal
uatoris passionem q̄ta opprobria propter nos sustinuit/Quidam eñ
eum samaritanū vocabāt/quidam vero demoniacum ⁊ gulosum et pseu
do prophetam/Dicunt enim Ecce homo edax ⁊ vini potator ⁊ qui in pn
cipe demoniorum demonia eijcit Quid autem cum eum ad patibulum
ducerent Quid etiam cū aceto et felle potarent eum Quid cum caput
eius arundine percuterent Quid insuper cum clamidem induerent et
spinis eum coronarent ⁊ procidentes eum illuderent/omnemqꝫ in illum
contumelie speciem exercentes Cumqꝫ circumducerent illum sanguina
rij illi canes tunc cum nudus ad passionis locum conduceretur Cumqꝫ
illum omnes deseruissent discipuli/et vnus quidem ipsum negauit/ali
us vero eum prodidit/ceteri fuga sese occultarent/et solus stetit in me
dio turbe illius/dies enim festus tunc omnes congregauerat/tanq̄ ma
leficum in medio sceleratorum eum crucifixerunt/Cumqꝫ insepultus
penderet/non ante eum a cruce deposuerunt q̄ ipsum quidam expetit
quoniam sepultura cum ceteris dignus non videbatur/cum tamen nul
lam in eum culpa adinuenissent Et dixerunt q non resurrexit sed fu
rati sunt eum discipuli eius/Recordare rursus et apostolos q̄admodū
omnibus ex locis persecutiones patiebantur abscondebanturqꝫ per ci

uitates cū non possent in publicum pdire/quēadmodum petrus apud symonem coriarium latuit/et paulus apud vendittricem purpure mulierem Nec enim diuitibus fidebant/ Postmodum autem omnia plana facta sunt eis Tu quoqȝ non tristeris/ Audiui enim et ego de illo delitante nectaro/quem constituit imperatrix in throno qꝛ fratres et virgines afflixit/qui ɔmunicare secum noluerint/multi etiam eorum ꝓpter me in carcere mortui sunt/Etenim sub specie ouis lupus ille figuām ostendit epi/Mechus autem existit/Dicit enim mulier adultera est que viuente marito alteri iungitur/sic et ipse adulter est non carnis sed spiritus/viuente me ecclesie mee thronum inuasit Hec enim tibi scripsi a cyracuso cecilie/vbi nos regina mandauit exulare Multe vero tribulationes in via nobis acciderunt/at nos nullius curam fecimus Cum autem venissemus in regionem capadocum et in thauro ceciliam/coree in qꝫ nobis obuie fuerunt patrum sanctorum virorum/nec solum hij sed et m'titudines monachorum ⁊ virginum immortales lacrimarum fontes effundentium/Flebant cum viderent nos exilium abeūtes/dicebāt qꝫ secum vtilius solis radios obscurari qꝫ a iohannis ore silentium agi Hec me perturbauerunt et afflixerunt cum viderem omnes flentes circa me qui cetera omnia paruifeceram Valde autem benigne nos suscepit eps ciuitatis huius multamqȝ in nos caritatem ostendit/vt etiam si possibile esset thronum suam nobis concessissꝫ nisi nos lege teneremr Obsecro et tua genua tangendo obtestor abice huius mesticie luctum/ pro nobis memoriam habens ad deum / Vt et nobis scribas obsecramus.

Eneas cardinalis senensis Pogio florentino S p d Florentie datas pogi amantissime tuas accepimus que nobis et iocunditati ⁊ voluptati fuerunt Nec enim est alius quisqꝫ hominū cuius scripta libentius qꝫ tua legamus Est enim in eis et dicendi ornatus et sine quo sacrificium veteres fieri noluerunt debiti salis condimētum Gaudemus te bene valere et inter rusticandum philosophari/Vtinam et nos par vita teneret Sunt qui egre ferunt inter rusticos vitā agere ex quibus nichil queant discere Nobis autem molestū est inter eos versari quos nihil docere possum? Tedet semp discere ⁊ mgrī voces omnibꝫ horis auribus inculcari nostris Qꝫ si alterum eligendum est auditores libentius qꝫ doctores feremus Nam si pueris molestum est semper audire quid senes agant / Poeta insignis in operis sui inicio / Semper ego inquit auditor tantum nunqꝫ ne reponam vexat? totiens

tanci thesaide codri/Multi sunt hodie et codri et trasones quos audire inuite cogimur et nichil discentes discere Nos igitur te felicem di cimus qui apud eos euum traducis qui te plane sapientem faten tur et audiunt percupide/Quiuis alio in loco fueris idem tibi accidat necesse est/ cuius etiam apud patres nostros nomen laudatissimum fuit/Ad oblationes tuas nichil modo respondemus Cum pre omnibus litteris et quo te loco habeamus et quales erga te sumus habunde a no bis scriptum fuerit Credimus te arbitrari nos et tibi et tuis esse deditis simos/quod si eo es animo nichil falleris/Nos omnia de te nobis persua demus Uale ex vrbe decimaquinta kalendas decembris Anno domini .1454.

Eneas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli S p d Ex buda iterum litteras tuas accepi pater colendissime Ex quibus didici non comperto conuentu apud australes re ges dignationem tuam cum laurinum venisset retrocessisse Non est michi dubium quodcumque facis optimo consilio fieri Turbines illarum parcium nundum esse sedatos / et publica et priuata causa mo leste fero / Sed nouit deus cuius sine inicio nichil agitur quid rei xpristiane expediat Quod redias in germaniam pragamque peto et pro bo et laudo / Quod times in te bohemica / credito nichil ego tempta bo / sileo et silebo quantum diu volueris non tamen adulabor / Non sum in opinione tua vt scandalizari teuthones illa in te putem Sed quamuis michi quam tibi credo / cedo et captiuo ingenium / et vbi non est ratio auctoritati consentio Illud tamen vaticinor Nunquam vel tua dig natio vel mea paruitas bohemiam ex integro apostolici sedi vnitam vi debit Atque ego vtinam fallax sim vates et inueniar in hac prophecia ignauus/De rebus nostris nichil est quod scribam memoratu dignum Ursini cum comite euerso sicut heri et nudiusterciùs bello sese agitant Concordia sepe quesita nunquam inuenta est Cardinalis eius familie abest neque se tutum rome arbitratur Apostolica pietas eo est vultu quo fuit dum abisti Prefectus vrbis e grauissima febre conualuit Pic cininus e regno neapolitano cum copijs suis in agrum picenum pro fectus sigismundo maleteste bellum intulit / castellaque nonnulla ei ade mit Genuenses a regis classe admodum opprimuntur / Legatus mar chie in dies expectatur cancellariam intraturus Que scribam non habeo plura / Commendo me reuerendissime dignationi tue / rogans vt si regem hungarie adeas / apud eum causam ecclesie mee vari

mieñ adiuues Nam is cum rege polonie plurimum potest.

Poggius florentinus Enee cardinali senensi S p d Cum querere rem aliquod epistole argumuntum pater et dñe mi reuerẽdissime michil sane ocurrebat quod aut mea scribere aut tua scire maxime interesset Et tñ cũ scribere cupiam/recurram ad illud qd te ipsũ credere arbitror/me penit⁹ tuum esse tibiq3 satisfaciendi cupidũ/si qua in re mea tibi cura studio ope diligentia opus esset/q̃uis hec mea pollicitatio inanis esse videtur cum rure habitem vbi nec michi quidem videor satisfacere posse/nedum alijs meam operam polliceri Recessi iam dudum cum familia ab vrbe/declinandi morbi grã/Vbi suffult⁹ libris inter hos rusticos aliquid michi sapere videor/legens tamen sepius mitigo solitudinem que hoc tpe videtur esse salubris/sed legendo assequor vt minime videar esse solus sed in prestantissimorum virorum cetu/quorum vocibus melior fio/et ab inani appetitu remotior/Verum quod in p̃mis scribi oportuit postremum erit Ago tibi gracias q̃tas possim maximas pro litteris quibus mee epistole tam eleganter tam humaniter tam amice respondisti atq3 adeo suauiter et beniuole vt ne filio quidẽ parens aliquis tanta caritate ac beniuolentia scribere potuisset Hec scripsi paucis tecum loquendi materiam querens Ne forte mea taciturnitate antique erga me beniuolentie obliuiscaris Vale diu et felix/et me vt soles ama Die 3° nouembris rure.

Eneas cardinalis senensis Frederico imperatori S p dicit Accepi litteras a bartholomeo canonico varinieñ procuratorẽ meo/qui scribit mihi se circa negocium meum benignissimũ et humanissimum habuisse responsum Nam vt retulit sibi henricus rider tua maiestas litteras requisitas ad serenissimum regem polonie/mei causa scribi iussit/Fecit tua clementia vt consueuit erga me seruulum suum cuius auxilio atq3 fauore ad cardinalatum eleuatus sum/Sed seruauit etiam suam in me ꝯsuetudinem cancellarius eulricus qui rogatus et interpellat⁹ multis vicibus quas iussus erat l͞ras expedire contempsit Expectauit procurator meus sex diebus et tandem sine litteris tue maiestatis recessit Ob quam rem negocium meum magnum pacietur detrimentum cũ videbor tuo fauore priuatus Nescio cur me ille adeo ꝑsequatur Nam si ego illam eccl'am non obtinuero non tñ aliquis amicus suus eam adipiscetur Supplico igitur vt tua clementia p aliam cancellariam litteras requisitas expediri iubeat Et deinceps si quid ocurrat

mea causa scribendum/in cancellaria austrie dignetur mãsuetudo tua id committere expediendum Nam ego vlrici graciam inuenire nõ possum nescio sua an mea culpa Ego is diebꝰ suum consanguineum apud ponti ficem maximum adiuui et cũ illi deessꝫ pecunia in domo mea alui donec expediretur Deus sibi meliorem mentem prebeat Noua istarum parcium hec sunt Vrsini et comes euersus adhuc bello se vexant/Comes iacobꝰ piccininus/sigismũdum maletestam armis lacessit Rex aragonũ genu enses classe pmit et in riparia genue plura oppida vi ꝛ tractatu cepit/ Papa sospes est ꝛ in rem contra turchum feruentior indies assurgit Ex oriente certum est nũcium allatum turchos apud mitelenam bello vic tos fugatosqꝫ esse/ Alia non occurrunt/Facio me commendatum sub limitati tue ad eius semper mandata paratum Ex vrbe xxij decembris Anno·lviii·

Eneas cardinalis senensis Johanni inhili S p d Accepimꝰ lit teras tuas quibꝰ rogas pposituram brunenꝭ tibi impetremꝰ/Vo luissemꝰ nõ puentam amiciciã tuam/Fecissemꝰ pro te qd nostre vires potuissent Nam te sincere amamꝰ ꝛ fratris habemꝰ loco Sꝫ iam circiter menses tres elapsi sũt qꝫ dñs viceslaꝰ bohemꝰ/cũ hic essꝫ orator dñorum de rosis/eam in nostra p̃sentia a dño nostro petiuit/et ppa nobis commisit vt aduemiente tpe sibi ad mentẽ deduceremꝰ Itaqꝫ nõ poteramꝰ fidem nõ seruare/Heri ea ppositura viceslao collata est/q̃uis maiestas regia reseruari illam postulato cuperet Rogamꝰ igit̃ vt equo animo fe ras qd factũ est Nos deinceps curabimꝰ pro viribꝰ tue voluntati morem gerere/si quid occurrat in quo possimꝰ tibi adiumento esse Nam certe anxij sumꝰ pro tua virtute tibi non esse prouisum Si obtineremꝰ varmienꝭ ecclam ibi aliq̃d pingue tibi concederemꝰ Sꝫ res longa est atqꝫ perplexa Agimꝰ tibi gracias qꝫ nouitates illarum parcium nobis sepe numero scribis Idqꝫ vt sedulo facias rogamꝰ Datum rome xxij die nouembris Anno·lviii·

Eneas cardinalis senensis Johanni insbachio S p d Accepi mus ex lr̃is bartholomei canonici varmienꝭ procuratoris nostri lr̃as in causa nr̃a petitas q̃uis a cesarea maiestate concessas non tamen obtentas fuisse/qm̃ cancellariꝰ eas expedire suo modo neglexissꝫ Ob quam causam bartholomeꝰ q̃uis sex diebus expectasset sine illis recessit Et licet artongus illas ad nouam ciuitatem deferre debuisset/ nichil tamen factum est Non miramur de cancellario Ille enim erga

nos seruat suam consuetudinem/ Sed miramur te passum esse res nos tras in manus illius peruenisse qui nosti et nos ꝛ illum Poteras insu per cum eius procrastinationem videbas cesarem accedere et rei nostre alio modo consulere Nos hic nullam habemus curam aliam ꝙ cesari ꝛ suis morem gerere ꝛ scimus nos id obnoxios facere/nec cessabimus vi ta comite/Equum tamen putamus aliter nos in curia cesarea tractari Et cum non dubitemus principis graciam nos habere/non possumus non vehementer admirari ita rem nostram esse neglectam Ceterum cū preterita reprehendi facilius ꝙ corrigi queant Rogamus Deinceps nō paciaris quod nos tangit ad imperialem deferri cancellariam/et cum nos hic vestri simus vos illic non sitis nobis alieni Si videtur aliqua via ꝙ adhuc littere mitti ad regem polonie possint/facito quod amico credis esse vtile et purga moram Vale ex ro·die vicesimascd̄a octobꝛ Anno·ıɤ꞉ʌ·

Eneas cardinalis senensis Vlrico riderer S p d Littere cesaree ad regem polonie nostri causa scribende vt ex bartholomeo su mus edocti/ꝙuis a cesare concesse benigne/obtineri non potue runt/Nescimus an vel eulrici culpa rennuit expeditionem an tua/qui homini nobis parum amico expeditionem omisisti Nos certe non sine graui damno frustrati sum⁹/.Si quid a nobis omissum est ꝓpter qd̄ ita debeam⁹ in curia vestra tractari rogam⁹ nos certiores efficias Et si pec catū nostrum est id emendabim⁹ Nos certe qui a cesare veniunt sūma eos diligētia ꝓsequim² /ac nō solum verbis ꝫ etiam pecunijs adiuuam⁹/ velit deinceps tua amicicia/negocia q̄ nos ꝯcernūt ad aliā deferre can cellariā vbi amicos habem⁹ Et lrās nostras cesareo culmini legito/Da tum rome xxij nouembris·ıɤ꞉ʌ·

Eneas cardinalis senensis Vlrico epo gurgeñ S p d Gaudem⁹ de reditu tuo et ꝙ maluisti magnā pecuniā ꝙ corp⁹ negligere/ Si potuissem⁹ tibi esse adiumēto id quidē cupide egissem⁹ neq3 neglexim⁹ qd̄ in nobis fuit ꝙuis ꝓfuit nihil Ita nūc se res habent/ne q3 humana neq3 diuina iura pond⁹ habent Sz putam⁹ adhuc illum da turum penas q̄ tantū admisit scelus Nunc qd̄ scribam⁹ nō est aliud ni si qd̄ tecum ꝯquerimur non potuisse nos in curia cesarea lrās obtinuisse ad regem polonie ꝯmendatiuas/Qd̄ quidem nō de cesare dicim⁹/nam sua mansuetudo benigne annuit litteras scribi debere Sed cancellaria impedimento fuit Cuius rector procrastinando negauit expeditionem

et procurator noster delusus abijt non sine damno magno nostro/qui ltās cesareas nobis admodum ꝓfuturas arbitrabamur Rogam⁹ te vt cesareo culmini exponere velis Et si quis est ꝓuidendi mod⁹ rei mee ꝯsulito Ex roma die xxij nouembris.

Eneas cardinalis senensis Francisco philelpho S p d Ltās tuas francisce amantissime et quidem suauissimas accepimus mediolani ad viij kl' nouemb's scriptas Cumq̃ hijs dulce carmen sale conditum optimo Priores quoq̃ nobis reddite fuerāt ⁊ versus impares ex officina tua perioc̃undi tersiq̃/quibus iampridem respondimus Nunc pauca ad noua scripta dicemus/Johannes papa tertius et vicesimus cum plus equo laudaretur/scio inquit me ludi/sed falsa quoq̃ laus me delectat/Idem et nos diximus/non sunt nostre quas nobis attribuis laudes Scimus quo pede claudicamus/quem dolem⁹ dentem/Laudari tamen falso q̃ꝫ vero vituperari malimus Tibi gracias habemus qui nos immortales facis/Librum tuum iam dudum in cathaloniam abijsse putamus/Nichil est quod de illo speres/Vacua bibliotheca est/preter verbosas leges nichil habet/Zenofontem filium tuum optimum adolescentem et tuis imbutum disciplinis in familiam nostrā recepissemus et sui ⁊ tui causa libenter si facultates nostre tulissent/Sꝫ non sunt opes nostre qui longum ferant famulorum ordinem et curiam splendidam/Viuimus tenui mensa ⁊ inter vltimos haberi cardinales satis esse putamus/Vale et nos perge amare/quandoquidem id reciprocum sit Ex vrbe romana septimo kalendas decemb's Anno domi m.ccccl.

Eneas cardinalis senensis Henrico seufleben S p d Negligenter factum est q̃ꝫ littere imperales non sunt habite Ita illi amici sunt/nos aliter cū eis agim⁹ Curandū est ne desint/Forte asse ita placet deo/regi tū sum⁹ obnoxij Scim⁹ imperatorem non esse in culpa cuius benignitatē experti sum⁹/cultici ea malignitas est Cura expediende rei tua est/Quodcumq̃ mandatū ꝓcuratoribus nostris dederis/id volum⁹ ratum esse Credimus tamen necesse erit paulum eo proficisci/alioquin parum speram⁹ cum te huc rediturum audiamus/Alia que modo scribam⁹ non occurrūt Ytalia ita se habet sicut heri et nudiustertius Nepos pape adhuc egrotat et putat̄ euasurus Legatus ex marchia ꝓpe diem rediturus expectat̄ Vale optime Ex vrbe romana die xxij nouembris.

Eneas cardinalis senensis Wenceslao bohemio S p d Seruauimus quod promisimus et annuente deo satisfecimus tue voluntati Preposituram bruimeñ consecutus es/ꝛ munere aplico et nostra potissimum sollicitudine/qui iuuante reuerendissimo domino rothomagensi/cardinalem papieñ alteri consulentem vicimus Tuum nunc est vt possessionem assequi studeas/ꝛ pro nobis in ecclesia varmieñ tuas operas impartiaris in qua te noue in dies difficultates emergunt/faciunt domini de rosis rem nobis gratissimam si hac de causa ad regem polonie te miserint Uale Ex vrbe romana octaua kl' decembris.

Eneas cardinalis seneñ Latino cardinali de vrsinis S p d Quamuis non scripsi hactenus paternitati tue non tamen minus illi et deditus ꝛ affect⁹ fui Sed causam mee taciturnitatis tua singularis prudentia per sese optime nouit Non sunt ea tempora que missitationes lrāꝝ exposcant Nec vidi meis litteris aliquid afferri posse presidium rebus tuis/quod si vidissem etiam cū periculo scripsissem Ita enim dignatio tua de me merita est Nunc vero taceo et simul superos oro vt finem aliquando tuis tempestatibus tribuant et reddant nobis personam tuam qua non sine incommodo sacrum collegium caret Nouitates nullas habeo scribendas quas non putem dignationi tue notas nisi forte germanicas/sed impliciti bello proprio homines non solent externa curare Nec scripsi ne perpetuum silentium meum accusares q̄uis scio tuam circumspectionem ita me suum seruitorem amare vt nichil in sinistram partem recipiat Commendo me iterum atq͡ iterum paternitati tue ad eius mandata paratissimum ex vrbe die xxvi mensis nouembris Anno.1ꝛ7Λ.

Eneas cardinalis senensis Theodrico archiepiscopo coloniensi S p d Ex litteris quas michi quasq͡ sanctissimo domino nostro scripsisti serenitatem tuam erga sanctam romanam primamq͡ sedem plane cognoui neq͡ ambigo vbi tua dig̃tio sit ibi nihil concludi posse non iustum sanctumq͡/ago gracias benignitati tue que palam michi dignata est aperire qđ sentit Uerum quia certificatus est dominus noster in ꝯuentionib⁹ que in germania fiunt aliqua tractari q̄ hanc sedem concernunt/Oro ne tua circumspectio his aures adhibeat qui nouitates efficere cupiunt vt vel sic emergant Namq͡ si romane sedis auctoritas deprimeretur/credito quia nec tua nec alioꝝ episcopo

rum salua manebit Audito tamen que consulis vt hic quoqз ea refor mentur que odium tue nationis pariunt/et ego si mea vox audietur ad id operam dabo Nam et hic aliqua committuntur que non laudo om nia/Verum illud salubre puto vt super grauaminibus que vestri alle gant ad romanum pontificem recursus habeatur/qui non negabit as sensum iusta petentibus Michi ea cura est vt ea semper agam que na tioni tue de qua quodammodo vnum me puto et honori et vtilitati sint/ In rebus autem que tue proprie sunt ita me habeo et habebo quoad vix erim tamquam mee sint. Scio enim quantum dignationi tue debeo cuius huma nitas multis me affecit beneficijs Ceterum quia prepositura santensis que nunc michi commendata est in dioc. ac dominijs tuis sita est/placeat patentibus litteris mandare vt officialibus meis quatinus consuetum est absqз controuersia pareant/ita vt gaudeat ea dignitas se michi com missam esse Et cardinalem senensem apud presulem colonien. intelligat nō esse in vltimo loco Nec alia modo Commendo me tibi Ex romana vrbe x° nonas decembris·1457

Eneas cardinalis senensis Vlrico epo gurgen. S p d Suscep tis litteris tuis vocauimus ad nos e vestigio procuratorem hen forden. cum quo plura locuti sum9/Illud ab eo tandem obtinui mus vt in causa illa testamentaria non procedatur nobis inscijs Et putam9 eum quieturum iuxta desiderium tuum donec adueniat noster scufleben. Est enim hic procurator vir bonus et infortunio tuo compati tur/Solum timet ne principales sui eum tergiuersari suspicent. Nec alia modo/Rogamus vt nos maiestati cesaree commendes et nos in gra cia eius retineas quia ipse est cui pre ceteris qui viuunt obligati sum9 Displicet nobis nō habuisse nos illam fortunam vt pro nobis cesarea maiestas regi polonie scripserit in causa varmien. ecclesie Fecit hec ve tus vlrici consuetudo qui graciam cesaris nobis impediuit Id nobis est non damno solum sed etiam infamie Nam qui nos annis xv seruis se cesari sciunt nostram paruifaciūt existimationem/cum litteras com mendaticias ex curia eius obtinere nequiuerimus/Deinde rogamus aliter agatur nobiscum qui dies noctesqз cesari seruire et suis curiali bus morem gerere studem9 vale optime Ex vrbe ro·die vi decembris Anno·1457·

Eneas cardinalis senensis Johanni freunt S p d Affecerunt nos littere tue non paruo gaudio vir prestans et amice singularis/

quando nude scribis et interna animi tui pandis Credimus te vti non inconsulto consilio si cũ nequeas continere/coniugium queris quis id prius co gitandũ fuerat anteꝙ͂ initiareris sacris ordinibus/ Sz nõ sum? dij om̃s qui futura ꝓspicere valeam? Quando hac ventũ est vt legi carnis resis tere nequeas/meli? est nubere ꝙ͂ vri/ Non tñ pontificis sententia vt dis pensandũ censeat/stat in sua serenitate/nec putat vni concedendũ qd mul tos in noxium vertat malum/et vnum pati ꝓ multis non inconueniẽs arbitrat᷒ Expectandus est ergo vt tute agas alteri? ap̄latus q̃ minor sit Nescimus tñ an vita tam diu comes erit/ Nam sepius agni premo riuntur ouibus/ Tu quam de nobis geris opinionem vt deponas roga mus/neqꝫ enim nos hi sumus quos arbitraris Vtinam ita viuamus ne cardinalatum indigne videamur adepti/ Cupimus nos sepe reueren dissimo patri dño nostro coloniẽñ facias commendatos/cuius vitam diu turnam cupim?/ꝛ sue dignationi rem gratam facere optam? Preposito sancti florini et tilmano vt nos offeras petimus quos inter amicos ob seruam? Nec secus de iohanne polart dicim? Sum? eñ omnibus obli gati Vale ꝛ procuratores nostros vt aliquid consequamur adiuua Datum rome die vij decembris·1457·

Eneas cardinalis senensis Johanni tolnar S p d Que scribis omnia cũ voluptate legim? aduertentes qua nos animi since ritate ꝛ amore ꝓsequaris Tua nobis ꝛ fides et prudentia mag no emolimento est Circa rem prepositure expectam? decanum procuratorẽ Sed ille fortasse adeo tardior est quia sperat nouis que practicant᷒ le gibus sese magnum fieri/ Vtinam magn? sit cũ rei vtilitate publice xpi ane/ Intelligim? eccl̄am quam nobis ꝓ prepositura dimittere intendit domum habere ruinosam quam palatinus comes eccl̄e sumptibꝫ repa rari vult Qꝫ si forte redditus plurium annoꝝ in eam conferantur id no bis esset onerosum Rogam? igitur/attente ista penses et cuncta nobis rescribas/ Pro eccl̄a collegiata impetrauim? septem annoꝝ indulgen tias plures obtinere nequiuim? et illas ad xx annos duraturas/ Si vo lunt expedire poterunt hi quibus ea cura commissa est Nos q̃ possum? cũ honestate ꝓ eccl̄a vatimeñ efficere voluntarij sum? Commẽda nos ep̄o et decano ac iohanni de bathefiem amicis optimis Et vale in dño semper Ex roma die vij septembris·1457·

Eneas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli S p d Accepi ex laurino litteras tuas/ Scripsisti nos hic omnia be

ne agere/Putaui id prouincie dictam esse/nunc prouinciam omnem absfu isse contendis/Cedo vincenti qz do manum/De re altera bohemica non est q modo disputemus/libris non litteris esset agenda et tandem sua cuiqz sententia remaneret Vellem dignatio tua in germania potius q̄ in hungaria degeret Idqz putarem vtilius/Res perniciose agitant̄/qui contra nos sunt gallicanam appetunt sanctionem/qui nobiscum senti unt papatum ex aplica sede requirūt Tua prudentia multum vtilis est ad obuiandum priusq̄ vulnus infligatur Sunt quidam de hic stanti bus qui se omnia vno verbo modificaturos aiunt si cum imperio ad par tes illas emitterēt Sed ita est humana conditio omnes plures apud nosipsos q̄ apud alios sumus Cum verba fiunt de tua prouisione apud pontificem maximum/habunde se sua sanctitas tue dignationi neces saria ministrare affirmat De beneficijs hispanicis scis non dubito me am vocem esse tenuissimam/qui nec senensia impetrare valeo/Noua sunt apud nos sicut heri et nudiustertius Rex aragonum classe ingen ti liguribus minatur/et rusticos territat/Jacobus piccininus obsidio nem tenere fertur contra pgulam sigismundi oppidum/Sed metus est maxim⁹ ne sigismundus ⁊ ipse simul conuenientes iussu regis contra se nam proficiscantur diuisionibus laborantem Nam finito octobri non est iacobus amplius senensib⁹ obligatus Nec alia mō Commēdo me reuerēdissime paternitati tue ad eius mandata paratū Ex roma die ij nouembris Anno·1x7Λ·

cedunt Nulla electio reiecta est quam constitit fuisse canonicam/ponti
ficalis ecclesia in almania nulla reseruata est specialiter a domino nos
tro contra concordata vestra/nec est eius propositum neqꝫ fuit hactenꝰ
quicq̄ꝫ agere Et q̄ꝫuis nemo imputare possit si sua sanctitas dignitates
principales in collegiatis ecclesijs siue primas post pontificales reser
uauerit neqꝫ enim concordata in hoc aduersantur/nō tamen inuenien
tur facile reseruationes beneficiorum nisi pro cardinalibus aut aliqui
bus fortasse maximis viris ab eadem sanctitate emanasse Itaqꝫ nesci
mus quo vultu/quo ore/qua deniqꝫ audacia presumant aliqui sanctissi
mo presuli nostro detrahere tamq̄ꝫ nationi vestre onerosus existat/qui
profecto non tantum nationi hispanie vnde sibi origo est q̄ꝫtum germa
nice affectus esse videtur/et qui diuinitus nobis datus est vt hoc peri
culoso tempore ab infidelium incursione maximeqꝫ turchorum impetu
orthodoxam xpristi religionem non solum tueretur sed etiam eleuaret
et ꝓpagaret/laudamus igitur ⁊ omni honore dignum reputamus ar
chiep̄m maguntinum qui reiectis malignantium insidijs/apud ipsum
dn̄m nostrum sanctamqꝫ sedem ap̄licam omniū fideliū matrē atqꝫ ma
gistrā ꝑmanere decreuit/Facit qd doctū qd prudentē qd bonum prelatū
decet/qui peregrinas respuens opiniōes in solida sancte romane eccl'e
doctrina et in ipsa xpristi petra pedes figit/Facit modo quod fecit dum

alias eadem quererentur que modo temptantur/ Nunq̄ enim eugenio sancte memorie summo pontifici defuit q̄uis multi ex germanis in il lum desaurēt/ Nouit omnia noster pontifex/eiusq3 probitati miro mo do afficitur/nec vnq̄ eius nominis absq3 singulari laude meminit/ita vt certissimi sumus nunq̄ ipsius petitiones in conspectu huius presulis vanas fore/que digne audiri videantur/Ceterum quod 2° loco secretari us antedict9 exposuit nobis alienum visum est quod ex viro docto ex iuris interprete et in magnis versato causis prodire debet Nouisti eñ romanum p̄sulem vnicum esse principem cui omnes obedire tenentur/ petri et pauli locum tenere qui sedet in apostolico throno/xpristi vicari us est qui romane p̄sidet vrbi/ Non est igitur cur se cuipiam intelligē cie nomine vel federis obliget/neq3 subditorum est cum dominis suis fe dera querere Nec tamen fortasse ita loqueris vt romanorum presulum ex intelligencia queras obligare quod nosti q̄tum iura permittāt Sed aduertimus que petis intelligentie iam magna profecto ⁊ que nos ali q̄tulum de tua compulerint admirari Scimus quia cum amico omnia confidenter agis Idem et nos facimus/ Vtimur respondendo ea fiducia qua tu interrogando es vsus Equidem indigna putauimus que nomi ne archiepiscopi peterentur Nec arbitramur eos bene agere qui archi episcopo ea petenda suadent/q̄uis nec sue menti que semper modestissi ma fuit talia credimus esse persuasa/ Sue namq3 dignationi id satis esse debet vt antecessoribꝰ suis equalis existat/neq3 illa querit que an te centum annos nullus obtinuit archiepiscopus/Rectum et laudabi le fuit p̄positum eius si neq3 romanum pontificem minorem/nec se ma iorem suis antecessoribus esse velit/ Illud quoq3 attente considerabit q̄s quis ecclesie maguntine prefuerit/vt neq3 romana sedes conculcet aut quouis modo damnetur Certum est enim quia languente capite ne queunt membra consistere/neq3 possunt riuuli non arescere fonte siccato Salus ecclesiarum omnium profecto ex romane sedis precellencia et summa auctoritate dependet/ Quibus ex rebus non essemus ausi ea q̊ quo modo aperire domino nostro que nobis pro intelligentia contrahen da significasti Sunt enim eneruatiua apostolici iuris/et non minus profecto preiudicij pre se ferentia/ Et illa presertim que de confirmati onibus pontificalium ecclesiarum attigisti/non ignoras vt credimus qualis sit ipse dominus noster/q̄ta est in eo circunspectio/q̄ta omniū rerum noticia/q̄ta grauitas atq3 ꝯstantia/ Etsi enim omnes laudandi sunt quos nouimus romani presules/hunc tamen omnibus preferen dum putam9/qui cum vite mundissime sit ⁊ omnia gerat commendati

one digna/tum vero his conditionibus preditus est vt falli non queat Est enim etate grandeuus/Versatus est in arduis et magnis negocijs/ Doctrina ea prefulget cui similem nemo est qui audierit in antecesso re fuisse Itaq; non facile decipiendus qui cum multa per etatem viderit tum scientie lumen cum rerum magnarum experientia coniunxerit/ Rideret nos sua sanctitas si quid ei preponeremus doctissimis eius auribus quoquomodo indignum/atq; ob hanc causam non presumpsimus ea sibi referre que tuo nomine exposita sunt Neq; enim sua pietas eos probare solet qui res minus iustas sibi proponunt/Verum vt ad grauamina nationis vestre redeamus si quid est quod emendatione egeat laudamus id sanctissimo domino nostro significari Nec dubitamus quin sua sanctitas debito modo prouideat Illud autem nobis exploratissimum est archiepiscopum scilicet prefatum in optima reputatione apud sanctissimum dominum nostrum esse/fauorem q; sibi et oportunum presidium ab eo numquam defuturum/ Certo scimus aduersus omnes qui sibi molesti fuerint/quod si eorum oratores huc venerint recipientur presto benigne et humaniter tractabuntur nec duras inuenient apostolicas aures in his que concessu digna petierint Quod vero dicis serenissimum imperatorem et ipsum archiepiscopum si se cum sancta sede apostolica intellexerint facile impedituros aduersantium machinamenta Id quidem credimus et ita factum esse nouimus in superioribus annis/At cum imperator prefatus cum sanctissimo domino nostro vnanimis sit nec vmquam ab huius sancte sedis deuotione declinauerit/curandum est vt ipse archiepiscopus idem agat In qua re cum tua multa consilia possint/rogamus vt in hoc tuos intendas neruos velisq; doctrine tue nomen in defendenda romane ecclesie auctoritate potius quam impugnanda clarum facere/sic enim et maguntine ecclesie recte consules et tibi et tuis amicis vtilitates crescent et accumulabuntur honores Datum rome xij kalendas octobris Anno.1451.

Calixtus episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio cardinali sancti angeli Salutem et apostolicam benedictionem Ex litteris que de partibus austrie ad curiam nostram in dies deferuntur intelligimus dilectionem tuam cum littere ille scriberentur adhuc fuisse in hungaria/ de qua re admirati plurimum sumus/cum iam pridem tibi scripsimus vt ad partes alamanie te conferres eam discordiam pro tua facultate sedaturum que inter carissimos filios nostros fredericum romanorum imperatorem / et ladislaum hungarie et bohemie regem versatur/que quantum periculosa sit et quantum rei publice christiane damnosa pro tua singulari prudentia non ignoras / Nescimus que te

res tamdiu retardauerit cum non lateat non minus vtile fore dictos principes ad inuicem recōciliare q̄ turchorum perniciosis obuiare conatibus Siquidem noxiora multū sunt intestina bella q̄ externa/et frustra his qui foris sunt resistimus si alijs qui intus sunt vulneramur Ita qȝ voluissemus te q̄primum recepisti litteras nostras ad imperatorem ꝛ regem prefatos iter arripuisse quod quidem fuisset nostro iudicio expeditissimum/Verum cum nouissime nobis relatum sit dictum hungarie ac bohemie regem circa festum sancti martini proxime futurum decreuisse bohemiam petere vt sibi sponsam suam carissimi filij nostri karoli regis francie natam conduci faciat/ꝛ cum eadem ibidem solemnes nuptias celebret pro qua iam fertur oratores misisse Committimus tibi ꝛ harum serie mandamus vt omnibus alijs post habitis ad ipsum regem q̄celerrime te ꝯferas eiusqȝ nuptias tam sui q̄ dicti regis francie consideratione nostro et apostolice sedis nomine vt dignum est tua presentia honores Erunt enim vt fama est he nuptie plurimum excellentes ac magnifice tam respectu personarum inuicem contrahentium q̄ principum qui conuenturi eo dicuntur/cum non solum dilecti filij nobiles viri bauarie et saxonie duces/marchionesqȝ brandeburgēſ cum coniugibus Etiam carissimus filius noster casimirus rex polonie/simul qȝ consors eius regina earundem nuptiarum celebrationi asserantur interfuturi/Consideramus autem q̄ in tantorum conuentu principum multa tractabunt/in quibus erit tua presentia nedum vtilis sed etiam necessaria per quos religio nostra contra turchorum impetus defendat commode tractare Et cum sint ibi nonnulli male de fide catholica sentiētes/eoꝝ malicia ne quid in tanta congregatione nocere possit oportune obuiabis Quibus ex rebus necesse est vt eidem congregacioni prorsus interesse cures/ꝛ ita nos dilectioni tue iterum atqȝ iterum committimꝰ et mandamus/responsum tuum super his q̄celerrimum expectantes Datum rome die prima octobris. // Per eneam

ENeas cardinalis senensis Johanni cardinali sancti angeli S p d Cognosces ex litteris sanctissimi domini nostri q̄ necessaria sit presentia tua in nuptijs quas serenissimus rex hugarie celebraturus est in praga/Ob quam rem q̄uis non puto necessarium dignationem tuam adhortari vt q̄celerrime eo se conferat/quia tamē eius rei vtilitatem non solum animo percipio sed manibus quodammodo vt ita loquar palpare videor/non possum facere quin tamq̄ seruitor et filius tuus ea scribam que honorem tuum concernere animaduerto

Sane q̄uis pietas domini nostri id' iudicium de tua dignatione faciat qd de viro prudentissimo et optimo habendū est/q̄uisqȝ omnia q̄ p te facta sunt miro mō ꝯmendet/ Illud tn̄ plurimū admirat᷑ q dissidētibꝰ inter se serenissimis p̄ncipibꝰ romanoꝝ impatore ⁊ hungarie rege/ nō statim te ad sedandas eoꝝ discordias sepositis alijs negocijs preparauisti/ cū certum sit illis inter se ꝯtendentibus nō solum nobilem illam austrie ꝓuinciam ꝯturbari/ sed etiam turchis viam preberi qua facili⁹ ad xp̄ianitatis inuasionem ꝓrumpere possint/ Videtur igitur michi admodum expediens q tua dignitas ad prefatas nuptias iter suum acceleret que vt extimatur mense ianuariꝰ aut tardius februario celebrabuntur Erit conuentus ille celeberrimus in quo duo reges ⁊ tot principes comparebunt Non dubito quin magna ibi tractentur/ et vt arbitror quin principaliter agitabuntur in eo loco negocia Namqȝ cū lites imperatoris et regis nondum composite sint/ erit cura illoꝝ principum in primis illas sedare/ Inter polonie regem et fratres sancte marie teuthonicorum agetur de concordia/ Bohemi de suis articulis curiosi erunt Illi qui sunt in rheno ⁊ res nouas contra sedem apostolicam practicare nituntur non obmittent per oratoēs suos ex conuentu aliquid attemptare Postremo etiam de defensione fidei contra turchos vt mea fert opinio inter tantos proceres sermo fiet Magna sunt hec et profecto tuam presentiam merito exigunt Itaqȝ tamquam seruitor tuus suadeo ne quo pacto ei congregationi absis/ qd esset ⁊ inhonestum ⁊ incommodum apostolice sedi Q si interfueris complacebis proculdubio non solum regi hungarie sed etiam regi francie cui⁹ filie nuptias honorabis/ Obuiabis malis que per nonnullos procurantur Et multa bona opera ꝓcurare poteris tam pro pace xp̄istianoꝝ q̄ pro defensione fidei contra inimicos crucis xp̄i/ Piumqȝ sanctissimi domini nostri desiderium hoc potissimum modo adimplebis Et rem facies tua virtute dignam Duabusqȝ maximis nationibꝰ gallice ⁊ germanie simulqȝ duobꝰ maximis p̄ncipibus hoc est imperatori in patruelis sui/ et regi francie in filie sue honoratione rem gratam facies/ demulcebis capita/ Datum rome die p̄ma octobris Anno·1457·

Eneas cardinalis senensis Petro noxetano S p d Si nō scribimus ad te sepius id facit negocioꝝ multitudo quibꝰ destinamur simulqȝ tua humanitas qua non veremur abuti Extant apud nos scripta tua quibus satis esse dicis si quater tibi scribam⁹ in anno Hoc nos pigros reddidit/ dabimus et sex ⁊ octo ep̄las in annos

singulos amicicie tue/ Nunc hec prima sit anni huius qua nos bene valere et animo ꝛ corpore intelligas q̄uis multa in dies emergunt que cōturbare cuiusuis hominis mentem queant sed nolum⁹ affligere cor nostrum quando nihil est quod mesticia nostra reipublice prosit Faciem⁹ quod nostris subest viribus reliquum deo relinquimus/cuius est ꝛ nos perdere si velit ꝛ saluare hanc ipsam mundi machinam quam de non esse in esse produxit/cum dubium non est ei curam esse operum que sue fecerunt manus Hec tibi pauca scripsisse voluim⁹ rogantes vt tu quoq; leto animo id vite traducas quod superest Optamus te aliquando visere atq; amplecti Bene vale Ex vrbe rō oct·

Eneas cardinalis senensis Francisco philelpho militi et poete S p d Carmen tuum insignis eques ꝛ optime poetarum accepimus simulq; litteras maturo scrptas eloquio Fuerunt vtraq; iocunda ab amico missa et condita salibus/ In carmine plus aliquid est q̄ nobis conueniat Nunq̄ id somniauimus quod tibi de nobis polliceris Neq; grandia hec sine p̄sagio vel vatum vel somniorum solent euenire/ Nostra sors maior est virtute nostra/stulti sumus si volare altius ambiamus Sed inest tuis versibus incredibilis suauitas que nos etiam adulando delectauit Quod queris de parallellis plutarci/ vanū est/perierūt omnia Nemo est qui de hijs loqui norit Naufragiū passe sunt littere/et quidem apud rhodum vbi neq; reliquias relegere nautas licet Tu si more tuo sapias amisso libro non adijcies vt animū crucies/ Apud reuerendissimum cardinalem de columna vidimus et legimus Forsiadam tuum/opus tersum et dignum quod priscis poematibus annumeretur Et tu Francisci ducis gestas res decantare dign⁹ eras/vt illius virtuti tua musa debebatur Si tamen dignis ille te premijs prosequtur et egere vetat/si secus agit hortamur fistule vt cerani aminoueas Nam magis illi tua taciturnitas q̄ sibi tenacitas detrimentum prestabit Vale et nos ama vt soles Ex vrbe die xxv oct·

Eneas cardinalis senensis Johanni campisio episcopo placentino S p d Si non scribimus sepe dignationi tue das veniam non ambigimus Nam ꝛ nos vegio poete ignoscim⁹ q̄uis nun q̄ nos adierit nec nobis quicq̄ scripserit postq̄ cardinalatum suscepimus/ Sumus memores legis nostre quando commendas nobis aliq̄s huc venientes/et si non respondemus operas tamen nostras illis offerim⁹/estq; nobis iocundissimum litteras tuas legere et illas audire que

a te venientes bonam valitudinem tuam nobis enunciant Cupimus te aliquando hic videre etsi parum spei sup aduentu tuo habemus quando iam sedem elegisti et vite simul et morti Nos modo quod scribamus non habemus nisi obiisse stephanum catiam nouariensem comem amicum/quo cum magna pars amicicie a nobis abiit Afficit nos incredibili merore suus obitus/illud tamen consolationi nobis fuit quod fortem in transitu cognouimus/nunquam enim oculauit/nunquam vere admisit non xpiano non sapiente viro dignum/ecclesiasticis sacramentis deuotissima mente susceptis ad extremum vsque anhelitum intellectum et verba prudentis hominis retinuit/Sepultus est apud hospitale sancte marie theuthonicorum die xi huius mensis Vale optime et amici animam in orationibus tuis recommendatam habe Datum rome xx octobris Anno.1464.

Eneas cardinalis senensis S p d Stephanus noster catia nouariensis communis amicus animam creatori reddidit Hec scribimus vt non doleas amici obitum qui more xpiano et vt sapientem decuit ordinatis rebus suis ex hac luce migrauit/sed vt congaudeas illi ad meliorem vitam profecto/nobisque compatiaris tali orbato societate/cogitesque aliquando de nobis qui hoc in pelago sine velis remisque nauigamus/et fluctuantes ab ipso naufragio non longe absumus/Vellemus hic esses et rerum nostrarum cursus intueretis/Sed quod querimus ferenda est fortuna quam deus mittit/neque enim dubitandum est quin deo cura sit huius mundi quem sue condidere manus/si curat igitur quecumque accidunt aut volente illo aut permittente fiunt/Hoc nos consolatur et equo iubet animo expectare tempus in quo et ad stephanum et ad reliquos qui nos precesserunt amicos euocemur De re tua audiuisti que sit pontificis sententia Non est quod modo alia queras/Deus ipse opem feret iohanni canno optimo viro et amico tuo nostroque Diximus de scutifero nos esse factuos quod tua iuberet amicicia nec mutauimus opinionem Rogamus te principi simulque nycolao arcinboldo nos commendes/cuius benignas litteras his diebus accepimus/Nec dubitamus eum pro veteri consuetudine nos amare Vale optime Ex roma die xx octobris.1464.

Eneas cardinalis senensis Martino mayr S p d Scribimus tibi non sine fiducia singulari litteras longiores non scimus dare inania verba Amamus ex corde amicos et his adulari nescimus Crede/optimo corde loquimur si facultas adsit nunquam deerimus votis tuis et id certo certius habe/quod vetus amicicia nostra solida est/In facto ecclesie ratione

illud tibi dicimus quia non leditur caput sine membris Nos hic cura bimus ne concordatis derogetur Deinceps non credim⁹ nationem vestram habere causam querele si pacta seruentur De gracia nostra siue reseruatione scripsimus ꝛ nunc repetimus Non est animus noster vexare quemq̄ occasione illa nec intendimus concordatis per grās nostras in aliquo derogare Vale et nos vt soles ama Ex vrbe die xx oct·

Eneas cardinalis senensis Theodrico archiepō maguntino S p d Ex vigando secretario tuo accepimus litteras dignationis tue Cognitis his que cupiebas mox adiuimus sanctissimum dominum nostrum qui leto animo votis tuis annuit Nouit sua pietas quo animo qua ve opera tua dignitas superioribꝫ annis romanam adiuuerit ecclesiam/ꝛ vbi occasio detur monstrabit se diligere tuam virtutem Nos autem in quacumqꝫ re poterimus erimus semper et voluntarij ꝛ promi desiderijs tuis morem gerere Datum rome die xx oct·

Eneas cardinalis senensis Jacobo picholomeo S p d Litteris tuis quas de montamia et andrea filijs tuis/nepotibꝫ nostris ad nos scripsisti/respondimus semel et iterum/Nescimus an nostra scripta in manus peruenerint tuas Ideo hec pauca repetim⁹ vt non putes mente nostra excidisse quod illic immobiliter sedet De montamia ob res q̄ geste sunt diffile est rectum ferre consilium Intelligimus enim eam monasterium abhorrere/matrimonium autem reperire sua conditione dignum difficile est Nos igitur relinquimus tibi hanc prouinciam/vt sibi persuadeas q̄ in rem suam sit prudens/Si essemus pecuniosi et more quorundam cardinalium habundaremus/daremus illi et virum ꝛ dotem At cum tenuis sit conditio nostra voluntatem potestas impedit/vtcumqꝫ sit ex pauptate nostra septingentos illi aureos spōdemus quamcumqꝫ viam ingrediatur/Scriptoriam aplicam andree tuo etsi optamus acquirere tamen non valemus Nemo enim est q̄ absqꝫ mille aureis eam consequi potest Oportet igitur illas ingredi vias Nos vbi poterimus non deerimus necessitati tue Et si deus dabit vt possessionem vatimieñ ecclesie consequi possimus ita nos geremus vt intelligas nos amantissimi fratris locum tenere Datum rome xx oct·

Eneas cardinalia senensis Latino equiti ciprio S p d Duabꝫ epistolis tuis gracias nobis egisti super his que tui causa fecimus Cognoscimus nos nec pro debito nec pro voluntate satis

fecisse/sed tua benignitas parua pro magnis accipit Gaudemus obti gisse tibi desiderium tuum Nam et tua virtus maiora meretur Affici tur tibi summus pontifex et desiderijs tuis vbicumqꝫ poterit faciet sa tis Amicus tuus ⁊ noster stephanus tacia cuius sine lacrimis non pos sumus meminisse creatori deo animam reddidit Rogamus te vt eius nepotes apud illustrissimum ducem ↄmendatos habeas quibꝫ benefi cia sua collata sunt Et nos etiam vnam ꝓpositurā tenuem obtineam⁹ Velis nos ꝑncipi et ↄsorti eius ↄmendare q̄ ad eoꝝ beneplacita semꝑ inueniem⁹ attentissimi Datum rome xx die octobris·

Eneas cardinalis senensis Johanni lesure S p d Amauimus ꝓbitatē tuam ante ꝓmotionē nostrā ⁊ nūc potissime colim⁹ ob seruamusqꝫ/Inuenim⁹ enī in te et veritatē ⁊ prudentiam Credi mus plene illud esse scꝫ aliquos qui noluerunt vt medendo lucrentur/ sed non pacietur caput sine dolore damnoqꝫ membroꝝ/Mittimus tibi cū presentibus alphabetum quod optasti/quod signatum recipies/Po teris illo vti et nobis que grauiora erunt significare/habebisqꝫ respon sa ex nobis que res ipse exigẽt/Decet bonos viros curare ne vnitas ec clesie magno parta labore iterum scindatur De concordatorum obser uatione solliciti sumus/Damusqꝫ operam ne violentur Amadeus pro quo scribis si inuenietur fuisse in possessione tempore concordatorum ha bebit pacem/idqꝫ dominus noster nobis commisit inquirere Vale opti me et scribe nobis freq̄nter Nam litteris tuis quasi persona tua tuemur Ex roma xx octobris·

Eneas cardinalis senensis Petrō crex doctori S p d Grate fu erunt nobis lr̄e tue quibus nouitates germanicas significasti et dietaꝝ institutiones Scim⁹ nos esse tibi caros q̄ omnia vt amico ↄmunicas Estqꝫ nobis non parua voluptas te tenere memoriam veteris amicicie Vellemus nationem tuam vti sano consilio et non re pente ad nouitates prorumpere Multo labore parta est pax ecclastica/ facile rumpetur si volueritis/At erit non nobis solum damnosa sed eti am vobis/Cum volueritis resarcire non poteritis leuiter/Quod nobis dicis imputari de reseruationibus ac pensionibus nescimus quid id si bi velit/nisi fortasse de vno monasterio prope constanciam quod impetra uit prothonotarius de lapide de quo nobis pensio centum florenorum assignata extitit id ille aiebat placere principi patrie Nec erat con tra concordata cum electio ibi canonica non fuisset/de alia pensione

nunq̄ nos intromisimus De reseruationibus est verum q̄ habemus bullam pro duobus milibus florenis Credebamus nationem illam nō egre ferre si nos qui in ea nutriti sum⁹ tantum in beneficijs haberem⁹ Et nichilominus diximus pape/⁊ scripsimus archiepiscopis maguntino treueren̄ et colonien̄ nos illa bulla nullatenus vti velle Vbi concordatis cum natione aduersaretur Itaq̄ nescimus cur nobis aliquid imputari posset Commendamus tibi vnionem ecclesie vt facias quadmodum consueuisti quia nihil pace melius/Contra prutenos sedes apostolica vsa est suis armis/restat vt vestris vtamini Si qua in te natio ipsa grauetur potest recurrere ad sedem apostolicam Credo non spernent preces sue Fuimus locuti sanctissimo domino nostro de iuramento tuo/sanctitas sua viue vocis oraculo nobis dixit q̄ iuramentum illud suspendebat ad effectum vt posses romane ecclesie vtilius seruire Et ita poteris affirmare te non esse obnoxium iuramento Age igitur vt consueuisti nos semper inuenies paratissimos ad ea que tibi grata sint et inclite nationi vtilia Cupimus vt nos commissos facias principi marchioni alberto cuius eximie virtuti omnia debemus Vale ex roma die vij nouembris.

Eneas cardinalis senensis Francisco duci mediolanen̄ illustri S p d Quamuis in curia serenissimi imperatoris et alijs in locis vbi moram traxi semper honoris et glorie tue cupidus fuerim illisq̄ p mea virili consulere studuerim vt testes sunt magnificus eques scena de curte/et alij quos tua excellentia ad imperialem maiestatem et romanam curiam aliquando transmittit/fateor tamen me nunq̄ aliquid egisse propter quod presumere debeam graciam q̄tumcumq̄ minimam ex tua mansuetudine deposcere/sed audaciam petenti quam mea nō prestant merita tua liberalitas et in omnes beneficia concedit Que cū vel ignotis prodesse solet michi vt existimo nō claudet aures Neq̄ ego illam implorare auderem nisi me necessitas vrgeret Sed cum vocatus ad cardinalatus honorem eos non habeam redditus qui huic dignitati conueniant/cogor ad eos recurrere quos pro sua singulari bonitate michi bene velle arbitror Inter quos excellentiam tuam veneror Nam ⁊ amici quos mediolani habeo hec michi et litteris ⁊ nuncijs in dies confirmant Quibus ex rebus commisi prefato scene integerrimo amico meo vt aliqua meo nomine mansuetudini tue exponat Cui precor et benignas aures impartiri/⁊ preces suas quas vice mea attulerit bono animo exaudire velis Nam et opus pietatis exercebis ⁊ me seruitorem

tuam magis ac magis obligatum habebis Ex roma iiij nonas decembris Anno.lxx.

ENeas cardinalis senensis Scene de curte S p d Raphaelem capinum nobilem adolescentem quem ad nos misisti recepim⁹ in familiam nostram et tui causa ⁊ sui libenti animo Nam et nos tibi obnoxij sumus ⁊ in omnibus morem gerere cupimus/et ipse p̄ se fert modesti ⁊ prudentis indolem iuuenis/Utinam hij simus qui virtuti sue satisfacere possimus Quod promittis te apud illustrissimum ducem parataturum nostri causa/non est apud nos dubium Nouimus animum erga nos tuum/⁊ amicum verum te esse non ambigimus/Si bona principis mens in ea re fuerit tua non deerit opera Ita nobis persuasum est Scribimus excellentie sue litteras quarum exemplaria cum presentibus ad te mittimus Si putas reddendas esse reddito/si minus utere consilio tuo ⁊ rem nostram pro tua circunspectione curato Nos tantum volumus q̄ntum licet Pauperes nati sumus et in hanc vsq3 diem viximus tenues Nunc si aucta est dignitas non tamen accreuerunt opes Confidimus in bonitate summi/vt qui nos nunq̄ destituit neq3 in cardinalatu deseret/quando nō hij sumus qui maria montesq3 cupim⁹ Satis nobis fuerit non egere Quod illustrissimi ducis auxilio futurum confidimus et tua sollicitudine De maxima illa concubina non est qd mirere/lata est romana curia et omnium rerum capax/boni ⁊ mali apud nos versantur/hic superbia et humilitas/hic auaricia ⁊ largitas/hic luxuria et frigiditas/hic libido ⁊ continentia/hic summa virtus et summum vicium Sagena hec est in mari missa omnium genere piscium plena Triticum adhuc simul ⁊ palea in area est/et magna fatuitas ⁊ summa sapientia simul habitant Quid mirum si opera aliquando preclara efficimus digna laude/aliquando sic agimus vt reprehendi vel a minimis valeamus/

¶ Epistola domini pij pape secundi Francoꝝ regi super materia episco patus tornacen̄ directa.

Carissime in xpristo fili Salutē ꝛc. Que ad nos de con ditionibus tornacen̄ ciuitatis tua serenitas scripsit/non diffitemur ita esse vt scribis/habundat multitudinem populi/est in regni tui confinibus/mansit in tua et pro genitoꝝ obedientis seculis multis/prebetq3 tibi oportu nitate loci commoda pmulta et magna/quod vero ad iungit ecclām ipsam promissam tibi in personam cardinalis ꝯstancien̄ fuisse/in eo vel tua maiestas informata vere non est/vel qui de ea nos compellarunt responsa nostra interpretati bene non sunt/Viuentium beneficia cuiq3 pmittere mos noster nō est/nec fuisse in hūc diem adiu tore deo meminim9/Recordam̄ oratorib9 dixisse cū vacare illam contin geret/rem facturos de qua ꝯtentari merito posses/daturos autem cui velles eam ecclām nec diximus vnq3 nec cogitauimus/Adueniente ta men obitu translati epi/ facere maiestati tue rem gratam in animo gef fim9/Per obitum non vacauit/Senex grandeuus incommoda multa perferre in ea ciuitate nō valens pcatus est illuc robustiorē transferri/ Fuit iusta et pia eius peticio Rare vel nulle supplicationes huiusmodi a sede aplica solent repelli/ Si doles hominem duci burgundie subditū illic esse prepositum/minor culpa hec nostra est q3 fuerit predecessorum nostrorum qui plures burgundos illic statuerunt Nos rem nouam nō fecimus/veterem et vsitatam sumus sequuti/Hoc quoq3 ad transferendū tullen̄ promiores nos fecit/q3 sicut serenitas tua intelligit/tota tornacen̄ dyocesis sub dominatu est burgundorum/nec putamus videri inconueni ens posse/si ex dominio illo daretur episcopus intra cuius limites/ma ior est et amplior iurisdictionis illius pars Nam q3 tua serenitas que ritur et hijs ꝛ alijs rebus se cernere commoda regni tui et consanguine orum tuorum/nobis parum cordi esse/In hoc credimus euenire tibi qđ nobis/vt enim tu complaceri tibi a nobis sepe non putas/sic nos sepe exaudiri a te vota nostra non cernimus Non tamen propterea de tua in nos voluntate sinistrum aliquod credimus/cogitamus semper causas tibi aliquas esse propter quas non fortasse posses que volumus Accu samus necessitatem mente et animo equissimi sumus/Par officium a te requirim9 carissime fili/nec vellemus quociens tibi optemperatū non est/totiens de animo nrō iudicium faceres/Meminim9 in grām tuam multa fecisse/honore tuo multa multis dedisse/Si semp nō dedim9 non

semper esse apostolica sedes potest ut vult Multa illam circumspicere opor tet/multa metiri Ita semper actiones suas dirigere ut reddere illarum rationem deo et hominibus possit/Postremo quod nobis denuncias te pmissurum non esse ut idem tullen̄ tornacen̄ eccl'e pref it/Nichil in hoc aliud respondemus nisi maiestatem tuam sane intelligere quod regem catholicum deceat/Et nos constanter sperare te si factum nostrum dili gentius considerare volueris/nichil dissimile a claris pgenitoribꝰ tuis esse facturum/quos non minus veneratio in eccl'am dei et obedientia in sanctam sedem aplicam q̄ cetera gloriosa facta illustrarunt/Ipsam au tem translationem cum facta solemniter sit/mutare sine reprehensione non possumus/Unum a te petimus carissime fili ut detractoribus sedis apostolice semper non credas/multa illorum passionibus tribuas/Pro certo habeas nos serenitatem tuam amare Illi cum possimus obsequi cupere/nec pretermissuros unq̄ occasionem aliquam esse in qua tue bo nitati placere cum deo possemus Quod si in aliquo preiudicatum tuis iuri bus putas parati sumus tue celsitudini iusticiam cum omni benignita te administrare Datum rome nona decembris Anni·lx·Pontificatus nostri Anno tertio·

Ad eundem in eadem causa·

Pius epus servus servorum dei Carissimo in xpo filio Karolo regi Francie Illustri Salutem et aplicam benedictionem/Nisi tua signata manu et tuo fuisset impressa sigillo/nunq̄ tuam putauis semus ep'am quam tuo nomine michael secretariꝰ tuus nouissime ad nos detulit/multa enim continet que a tua prudentia et tuo scribendi more videntur aliena/Sed neqꝫ portitor neqꝫ signum neqꝫ subscriptio patitur ut tuas litteras esse dubitemus/que tamq̄ abs te misse reddi te sunt/Eas ob res cogimur respondere et nostram excusare innocenti am/Neqꝫ enim nos sumꝰ/qui vel tuam serenitatem vel alium q̄piam odio psequamur/aut odij causa quicq̄ agamꝰ Nos quidem tuam man suetudinem semp amauimꝰ/semp magnificauimꝰ/semp obseruauimꝰ/ tum propter maiorum tuorum gloriam et magnifica gesta/tum propter mo destiam et religionem quas in te sitas didicimꝰ Neqꝫ sane unq̄ in ani mo nostro fuit quicq̄ agere qd tibi aut incommodū esset aut molestū/ Sed aliter tibi psuasum est ut scpta tua ostendūt/tam nobis/q̄ sacro collegio nostro directa/Ignoscat his diuina bonitas q̄ talia suggerūt quorum magnū est pccm/sūma iniqtas/mala mens/malꝰ animꝰ/Illorum est qui tuam excellentiam aduersus nos irritare aut commouere nitunt/

similes illis sunt qui filium tuum a te alienauerūt Illi em̄ carnalem patri filiū abstulerūt/hij nobis spiritualē auferre nitunt/sed minime obtinebūt si tuam ꝯstantiā ⁊ moderationē retinebis ⁊ nostris vocibus auscultabis/q̄ non tam nostre sunt q̄ꝫ dei et filij eius xp̄i/cui⁹ vicariatū non nr̄is merit̄ sed sua dispensatiōe in terris gerim⁹/Audi ergo nos fili ⁊ in caritate accipe q̄ ad tua scp̄ta respondem⁹/Scribis de tornaceñ eccl̄a/ad quā translatū eē Tulleñ ep̄m haut equo animo fers/putasq̄ꝫ tibi iniuriā factam/q̄ꝫ p̄ces tuas nō exaudiuerim⁹ quas ꝓ cardinali cō stancie ad nos porrexisti/⁊ plurima subiūgis q̄ paulo post capl̄atim at tingem⁹/sed priusq̄ꝫ hoc agim⁹ rem gestā accipe/sic em̄ ⁊ tua et nostra causa meli⁹ cognoscet/Fuerūt oratores tui vel bis vel ter priusq̄ꝫ vaca ret eccl̄a tornaceñ/dixerūtq̄ꝫ nostrū antecessorem eccl̄am ipsam disposi tioni sue reseruasse vt ꝯtingeñ vacatione illi ꝓuideret de p̄sona tibi ac cepta/petierūtq̄ꝫ vt nos idem efficerem⁹ cū tue solemnitat̄ plurimum interesset in ea ciuitate q̄ tua esset ep̄m p̄sidere tue maiestati fidum et ac ceptū/Idem egere nobiscum ducis burgundie legati nō semel sed iteꝝ atq̄ꝫ iterum dicentes dyocesim tornaceñ fere totam/et redditum maxi mā partē in p̄tāte ipsius ducis ꝯsistere/ad quem magnope pertineret ep̄m tornaceñ/eum creari qui sibi amicus ⁊ carus esset/ꝓpter magnas et opulentas flandrie ciuitates vicinas anglicis In quib⁹ status sui robur ꝯtinetur/Adicientes retroactis tempoꝛib⁹ maxime a septuagin ta annis citra/nunq̄ꝫ in ea eccl̄a prefuisse/qui non ex caris ducis bur gundie fuisset/et q̄ꝫ vnus aliter ꝓmotus ab eugenio/tandē translat⁹ ex titit ad eccl̄am narboneñ/cū pace illic potiri nō posset/Intelleximus rem vtrumq̄ꝫ arduam atq̄ꝫ pplexam/nec vel tuis vel ducis oratorib⁹ quicq̄ꝫ certi ꝓmisim⁹/sed negantes nostri moris esse ꝓ aliquo nominatim ec clesiam cathedralem reseruare/respondim⁹ ꝯtingente vacatione nos ec clesie illi ita ꝓuisuros vt nulli causa querele merito esse debeat/Cumq̄ꝫ tui oratores ꝓ ꝯstancieñ cardinali reseruari eccl̄am peterēt/Burgundi vero ꝓ ep̄o traiecteñ/dixim⁹ apte/nulli duas eccl̄as ꝯmissuros ꝓut ip si efflagitabāt Hec sunt ꝓmissa nostra Hec acta vobiscū sunt ante va cationē Eratq̄ꝫ nostrū desideriū vt nunq̄ꝫ hec vacatio nostro tempe in tercideret Cum viderem⁹/absq̄ꝫ turba ⁊ molestia huic eccl̄e ꝓuideri nō posse/Verum nobis Senas ex mantua reuersis/reddita sūt auctentica scripta ⁊ mandata p̄ que tornaceñ ⁊ tulleñ ep̄i ex iustis causis desidera bant inuicem ecclesias suas resignare et ad alterutra transferri admi simus nos resignationes/⁊ translationes fecim⁹ de fratrū nostroꝝ con silio Deinde cū viterbij essem⁹ anteq̄ꝫ translationes predicte effectum

sortite fuissent nunciatus est nobis obitus epi tornacen̄/ dimisimus cau
sam vt fit vni cardinali ꝛ facta est relatio/in ꝯsistorio libere ꝛ grauiter
om̄s fr̄es nostri sentētias suas dixere Placuit omnibꝫ/tullen̄ epm ad
eccl'am sic vacantē transferri/ Nichil sine ꝯsilio ꝛ matura deliberatione
fratrū egim⁹ Omnia eis aperuim⁹ q̄ vel tui vel alij oratores in hac cau
sa exposuerāt/q̄ꝗ p sese cūcta nossent/fecim⁹ hāc tn̄slationē suadētibꝫ
frībꝫ/quoꝝ aliqui affirmauerūt tullen̄ olim epm tue serenitati ꝛ fidelē
et acceptū esse/ ac p eius mediū tibi vt duci burgūdie ꝯplacitū iri Cum
qꝫ pater ille antiqu⁹ q̄ m̄ltis annis cū laude tornacen̄ āministraret ec
clesie in extremis vite/sponse sue de hac psona ꝓuidendū esse censeret/
nō videbat̄ eius vel votū vel ꝯsiliū spernendū Fecim⁹ ergo hāc ꝓuisio
nem/nec vidim⁹/aut fr̄es nostri viderūt/pensata loci et tpm qualitate
vtili⁹ posse ꝓuideri Qꝫ si hec tue serenitati nō placet/nō est tn̄ qꝫ ea in
tuā ꝯtumeliā facta esse diiudices/cū nos te amem⁹ et honoratū sp esse
velim⁹/ Sꝫ iam ad ptes tue ep'le reuertamᶻ eisqꝫ quoad possum⁹ satisfa
ciam⁹/Dicis in p̄mis te nunq̄ꝗ cessaturū q̄usqꝫ tua depcatio exaudiatur
Non oportebit te diu ꝯtendere/si ea petieris q̄ cū honestate ꝯcedere va
leam⁹/Est em̄ lucrū nostrū cū tibi ceterisqꝫ regibꝫ iusta petētibꝫ ꝯpla
cem⁹/Dicis te loqui de re tui dominij/ Iurisconsulti duplex dominiū tra
dūt/Alterū directū/alterū vtile/Ciuitas vt aiūt vtroqꝫ iure ad te pti
net/dyocꝫ directo tn̄/Nam vtile ducis est/qd multi pluris faciūt/nec
tua excellētia epatibꝫ hacten⁹ vim fecit q̄ in ducatu burgūdie vacaue
rūt/q̄uis asseras ꝛ vere asseras/p̄ncipatū illū/sicut et flandriā a tua co
rona depēdere/Dicis te instare ꝓ cardinali ꝓ psona digna ꝛ bene merē
ti/Nichil ꝯtra psonā eius dictū est/Laudam⁹ hominē et quouis hono
re dignū censem⁹ Cui cardinalat⁹ insignia misim⁹ rubrum pileum/q̄ꝗ
uis egre ferim⁹/si verū est qd aliqui retulere/eum scꝫ in tua curia nō vti
cardinalat⁹ insignibꝫ/ quasi nō accipet̄ cū honore decenti/qd si ita est
decet tuā excellentiā q̄ dicit se cardinales amare/in hac re ita ꝓuidē ne
dignitas cardinalat⁹ in tua curia minor vel abiectior q̄ꝗ in alijs videat̄/
Dicis nō decere cardinalē pati repulsam/nō patiet̄ si ea petierit q̄ abs
qꝫ alteri⁹ iniuria cū dei beneplacito ꝯcedi pn̄t/Dicis eccl'am fuisse reser
uatā ꝛ rem hāc a p̄decessore nr̄o calixto p̄concessam/Cum calixt⁹ obijt/
ōnia eius ꝓmissa interierūt/si vixissꝫ in hāc diem qui mos gestus esset/
nunc de eo nihil possum⁹ iudicare/ Sciunt docti reseruationes suas ad
nr̄a tpa nō extendi/Dicis tuos oratores impatienter a nobis auditos
fuisse ꝛ vacuos remissos/ Si legati nr̄i ita in tua curia benigne viderēt̄
et audirent̄ sicut tui in nostra/multo freq̄ꝗtius q̄ꝗ faciant/nuncij nostri

ad te accederent/sed tui quotiens volunt die noctuq3 nos adeant/z que volunt dicant/nostri vix pluribus in mensibus tui copiam habent nec a tuis curialibus benigne visuntur/q̄q̄ tua maiestas in omni audien tia modesta est z prehumana/Nescimus quis ille est qui se dicat a no bis inpaciēter auditū/Duo cardinales ex tua natione interfuerūt qn̄ vltimum in hac re oratorem audiuim9/Rothomageñ et Auinioneñ/ip si testari possunt q vsq3 in finem omni cū mansuetudine hominem audi uim9/q̄q̄ respondendo/aliqua eius verba parꝝ moderata rephendim9/ Remisim9 illum vacuum in petitione tua sed plenū in suis/Nam grās quas a nobis petiuit cunctas intuitu serenitatꝭ tue ↄcessim9/libenti9 tu as q̄ suas audiuissem9/sed rei difficultas nō paciebatꝭ Ille cū satisface re tibi nō posset/satisfecit sibi/et inmemor accepte gracie nos crimina tus est Dicis neq3 adrianum karoli magni/neq3 leonem otthonis ita intercessiones tenuisse/vt nos tuas repulim9/et q nemo ↄsecrabat eps nisi laudat9 et inuestit9 a tuis pdecessorib9 Quid fecissent illi duo romani pontifices in hoc casu nescim9/qd fecim9 ipsi scim9 et facti nrī rationem reddere possum9/Karolus z ottho romani impatores fuere z hoc pͥuilegium a romana sede obtinuerūt qd refers ꝓpter ingentia me rita et quia ita tpa poscebant z arrianoꝝ alioꝝq3 hereticoꝝ factiones quas impatoris malleo ↄterere oportuit/sed cū pͥuilegium vergeret ad noxam reuocatū est z successores illoꝝ impatoꝝ illi renunciauerūt in ↄuentu wormacieñ Nam sicut ezechias serpentē eneum a moyse erectum in heremo abstulit idq3 ↄflauit qm̄ ydolatriam inducebat Ita et pͥuile gia auferenda sunt/q̄ ꝓpter vtilitatē publicā ↄcessa inueniunꝭ esse dam nosa/Subiungis q neq3 calixt9/neq3 nycola9 neq3 alius simile aduer sus te agere attemptassꝫ eius qd nos fecim9/De mortuis nō est nostꝝ iudicare q̄d facturi fuissent in humanis agentes/Nos certe aduersus te nichil ex ꝓposito egim9/nec tibi aduersi sum9/neq3 acta nrā attemp tata dici debēt q̄ fiunt in senatu aplico/in loco q̄ dn̄s elegit/in pͥma mū di sede/in beati petri auditorio/in ipsi9 saluatoris tribunali/Videant ne ipsi attēptatores sint q̄ nobis resistunt et decreta nrā impugnāt z apli cis aduersanꝭ mandatis/Dicis pͥter spem tibi euenisse q m re tam ho nesta aduersantē romanū pontificem zc̄. Vide q̄d dicas/si tu id vis qd papa nō putat faciendum/nō roman9 pontifex tibi aduersatur/sed tu ei aduersaris/z patri ac mgrō tuo ↄtradicis/cui9 est de honestate iudi cium longe magis q̄ tuum/Dicis/si tandē ita fiet vt ceptū est/te nō ab re putatuꝝ aduersus te ↄceptū odium/Absit a tua bonitate ista hec co gitatio/quecumq3 agemus in iusticie trutina suspendemus/et nos non

vnq̄ aut odium aut gracia ex tramite recto deturbabit/mitte has suspitiones/neq̄ hijs aures adhibeto qui pessimum virus tuis auribus instillare conantur/velis cuncta pensare neq̄ hominibus sue rei affectatis/neq̄ etiā tibiipsi credito/Audi viros deū timētes/et an liceat tibi iudicare sedis aplice iudicia/plene cognosces ⁊ intelliges/nichil nos in tuam ignominiam aut molitos esse aut moliri velle/Adijcis tandem bona ⁊ digna bono regi verba/Absit inquis inter quos decreta patrum/pacem et caritatem seruari volunt/scintillam crescere dissidij/Idem votum nos facim⁹/nec nostra culpa/inter te nosq̄ vnq̄ suborietur dissidiū/Faxit diuina pietas/ne castam tuam ⁊ piam mentē delatores eludāt/⁊ ne tibi falsa ꝓ veris ostendant/Dicis te obsequentissimū ⁊ obedientē/sancte sedis romane filium/Hic petim⁹ ne moleste pauca feras patris verba/audies verba caritatis et fidei/neq̄ mouearis si amaritudinis aliquid habent/dulcia fient ⁊ suauissima si bono corde audientur/Dicis te filium obedientē/Parce fili si hoc paruꝑ negam⁹/si filius obedientie es/cur pragmaticā sanxionē tenes atq̄ defendis/Eugeni⁹ te hortat⁹ est/vt illam dimitteres/que nō est scd̄m deum Idem petijt Nycola⁹ Idem rogauit calixt⁹/tres romani pontifices sancti ac venerandi patres mōnicijs et legatis nunc lr̄is te rogauere vt pragmaticā relinq̄res mg̅m in eccl'a dissidij ac mali/tū nūq̄ audiuisti in hac pte vocem eccl'e romane/Vbi erga tua obedientia vbi deuotio vbi religio/Plus regni tui aliquibus prelatis q̄ᵐ romane fidei auscultasti/Loquim' cū fiducia sine felle sine arrogancia/Amor in te noster loqui vrget/Deus in terris ꝑ filium suum ihesum xp̄m crucifixum aplicam sedem erexit/et ꝑmū ac sūmum tribunal esse voluit nulla potestas est q̄ huic equari possit/hec de omnib⁹ hominib⁹ ac dignitatib⁹ iudicat/eam solus iudicat deus/Non est de grege dn̄ico qui romanū pontificē/suum eē pastorem negat/Audi quid dicat dn̄s Qui nō colligit mecum dispergit/Certe cū xp̄o non colligit qui cū vicario eius non seminat Pragmatica sanxio quam tui subditi obseruant nō est ex aplico semine/quippe que neq̄ auctoritate aplica neq̄ consilij generalis alicui⁹ auctoritate firmata est Nam etsi decreta aliquoꝝ consilioꝝ in ea inserta sunt ⁊ pontificum sanxiones/nichil tamen ita repertū est vt promulgatum fuit/sed vel addiciones facte sunt vel mutulaciones/qd̄ prelatis tui regni facere/haud quaq̄ licuit/et sine damno animaꝝ suarum illis vti non possunt Tacem⁹ q̄ multa laycalibus manibus pragmatica concedit que neq̄ humana neq̄ diuina iura permittūt/Patere hec dici fili neq̄ inuitus audias veritatē/tui aliquando antecessores pragmaticam ferme similem ordinauerunt/

videntes id sine sede apostolica facere non posse abstinuerunt Sequere vestigia maiorum tuorum et dimitte hanc pragmaticam quam christianissimi tui antecessores ignorauerunt/etsi quid est quod reformandum sit in ecclesiastico regni tui statu consule apostolicam sedem que tuis honestis desiderijs nunquam deerit/atque hoc modo filium te obedientem et obsequentissimum appellare verissime poterimus/simulque tibi consules et regno Dicis te nunquam preces porrexisse nobis nisi honestas/mutantur tempora et negandas reddunt multis ex causis/et multa faciem honesti habent que diligentius inspecta iniusticiam continent/Addis te ad iniuriam recepturum nisi que postules impetres/Iniurius eris ipse si sine causa te passum iniurias dixeris et presertim ab ea sede que mater est iusticie et equitatis/ Postremo per amiciciam per caritatem per pacem quam erga te seruare debemus multopere rogitas vt precibus tuis annuentes tornacensis ecclesie cardinali constanciensi committamus/et tullensis episcopi translationem reuocemus Non egemus tot adiurationibus aut tot precibus/nostrapte natura tibi morem gereremus si res ipsa ferret/sed audiuisti quomodo res gesta est/ Iam tullensis translatus est ex consilio vniuersi senatus apostolici et sue ecclesie aliter prefectus/quomodo fiet quod petis sine iniuria Iam vero ventum est vt parti quesitum ius sit id sine cause cognicione auferri non debet/Quod si vt oratores tui dixere et littere tue sonant preiudicium tibi factum putas et hanc translationem iure estimas reuocandam/Iudicium tibi rectum equumque offerimus/Causa hec de maioribus est et ad sedem romanam pertinet/persuade tibi et nullatenus dubites si causa cognita inuenerimus ita esse vt arbitraris facile obtinebis ab hac sede que voles Nichil enim magis optamus quam tue serenitati per iusticiam complacere Hec ad tuas litteras Ad ea que secretarius tuus exposuit non censemus respondendum Ea enim dixit que de tua mente nullo modo esse putamus/Datum rome apud sanctum petrum Anno incarnationis dominice 1461 viij kalendas aprilis/pontificatus nostri anno 3°.

Pius episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio nobili viro Philippo duci burgundie Salutem et apostolicam benedictionem/Inualescente magno turcho fidei christiane aduersario et infinitos pene christianos saluatoris nostri ihesu christi sanguine in crucis patibulo habunde effuso liberatos in suam seruitutem redigente felicis recordationis predecessores nostri/maxime nycolaus quintus et calixtus tertius curam assumpserunt ne turchus iste preualeret pro viribus prouidendi Et quia sperabant in europa posse tantum efficere/quod reges et principes christiani se volun

tarios et fideles xp̄i milites in hoc necessario tempore ostenderent quius
q3 eoꝝ ad asiam ⁊ orient partes misit dilectū filium ludouicū de bouonia
frēm ordinis minoꝝ de obseruancia regulari/vt his ꝓ sua prudētia reꝝ
locoꝝ hominumq3 noticia xp̄ianos orient et alios xp̄ianoꝝ amicos ex
citaret ad faciendū similiter arma ɔtra turchum/ Nos aūt cū in p̄deces
soꝝ p̄dictoꝝ labores diuina ordinatione successim⁹ mantuam accedēn̄
simili spe ibidem xp̄ianoꝝ exercitū adunandi/eundē frēm ludouicū misi
m⁹ cū instructionibꝫ oportunis xp̄ianos ⁊ amicos xp̄ianoꝝ ɔcordandi/
et vt in turchos eos vires ɔiungerēt incitandi/data ei spe nos in euro
pa nullaten⁹ defuturos/accedens frater ludouicus omnia sibi p nos cō
missa diligentissime ⁊ prudētissime est execut⁹/ Qui vt optimā illoꝝ re
gum et p̄ncipum obedientiam ⁊ deuotionē quam habent ad hanc sedem
ap̄licam intelligere possem⁹/curauit secum aduenire dilectos filios/mi
chaelē imp̄atoris trapezundaꝝ/ Nycolaum regis psaꝝ/ Costodam du
cis georgiane/ Mamnethē assenbech soldani mesopotamie/ Morathū
werbercht in armenia dn̄m/oratores ⁊ nuncios q̄ nobis lr̄as attulerūt
suoꝝ dn̄oꝝ exp̄mentes fauorē ad p̄sumptuosissimi turchi destructionē/
⁊ simul motiuam nr̄oꝝ desiderioꝝ executionem/ Quoniam vero talium
regum et p̄ncipum ɔclusiones ad honorem dei ⁊ fidei nostre tuitionem
tendunt/ideo volum⁹ tuam serenitatē pticipem fieri/ Ipsisq3 iniunxim⁹
vt cū p̄fato fratre ludouico nuncio ⁊ oratore nostro ad tuam veniāt cel
situdinem/et singula q̄ nobis verbo ⁊ scriptis responderūt plene referāt
Desideram⁹ itaq3 a tua excellentia vt tam ipsum ludouicū/q̄ꝫ ipsos ori
entaliū oratores etiam nrā ɔtemplatione ad tuam admittas audienci
am/et suoꝝ dn̄oꝝ ad ea q̄ xp̄i sunt deuotionē attente ɔsideres/ Attēdat
q3 tua nobilitas qꝫ nō min⁹ q̄ꝫ orient reges obligat ad similia ⁊ maio
ra in ɔmunis hostis destructionē ꝓ viribus impendenda/ Et de hoc nos
ac ipsos/simul et totam eccl'am ratam ⁊ ɔsolatā reddes/eosdēq3 q̄ꝫtoti⁹
ad nos remittas votiue expeditos/ Commisimus autē dicto frī ludouico
vt nr̄o nomine celsitudinē tuam reddat certiorē/nos in omnibus man
tue ordinatis ꝓnos ⁊ paratos sine defectu futuros q̄ꝫtum ad nos atti
net/q̄netiam vltra q̄ ibi ɔclusa sunt ⁊ nos ɔcernunt/omnia nobis possi
bilia in dei laudem adiciemus Datū rome apud sanctū petrū Anno in
carnationis dn̄ice·1260· Idibus Januarij pontificatus nostri anno ter
cio Sic signatum/ A de hirspato·

Illustrissime dux burgundie Ego dauid Imperator trapessundaꝝ post
plurima salutē/libenter ad te scribo de hijs q̄ hic apud nos occurrunt

vt tum certior factus ꝑ tua religione et amore erga fidem nostram pos
sis deliberare quid tibi agendū sit Nuper em̄ ego et reliqui xp̄iani p̄nci
pes q̄ in istis summis regionibꝫ fedus atqꝫ ligam inie cimꝰ inter nos/bel
lum gerendi ꝯtra turchos/ꝛ ego filiam catoiams frīs ꝛ p̄decessoīs mei
vxorem dedi asambech qui filius fuit catauluch potētissimi p̄ncipis/Et
hoc feci vt ipse firmꝰ sit ꝛ fidelis in liga quam nobiscum fecit/et vt per
seueret in bello gerendo ꝯtra turchum qui tenet ꝯstantinopolim cū quo
iam bellum gerere incepit/multasqꝫ illi regiones et oppida pugnando
cepit que prope confinia sua erant/nunc vero reuersus est in patriam
suam Itaqꝫ nos et ipse parati sumus ꝛ expectamꝰ aduentum vestrum
ꝯtra infideles quemadmodū dominꝰ papa ad nos scripsit et per suum
oratorem nobis significauit/qꝫ vos latini p̄ncipes debeatis inire ꝯsilium
in ciuitate mantuana vt faceretis exercitum contra infideles Quod si
facietis nos parati sumus Ego cū triginta biremibus ꝛ cū xx milibus
hominum/Asambech promptus est exire ad bellum istud cum quinqua
ginta milibus hominum ad debellandam ꝛ subiugandam burfiam et
totam nataliam Quapropter rogo illuminatissimā dn̄ationem tuam
vt placeat tibi dare aliqd̄ p̄ncipium huic bello ex partibus hungarie
Nam si vos aliqd̄ impedimentū etiam paruum turcho inferetis vt ipse
ad diuersas partes distrahatꝰ/nos adeo ipsum vrgebimꝰ ex latere nos
tro vt facile destrui ꝛ debellari possit Et si dn̄atio tua deliberat ad hoc
intendere et venire ꝛ aliquem tuoꝝ mittere/nos omnes orientales p̄nci
pes promittimus tibi prestare omne auxilium opem et quicquid in no
bis erit ad recuperandam iherusalem ꝛ te illius regem constituemus
Et vt scias qui sumus qui confederati sumus ꝛ hoc tibi promittimus
Ego in primis qui paratus sum vt dixi cum xxx biremibꝫ ꝛ viginti mi
libus hominum/Georgius rex persarum promptus est cum quadragin
ta milibus hominum/Gorgora dux georgiane paratus est cum viginti
milibus equitum/Bendian rex mirigrelie cum suo filio promptus est
cum quadraginta milibus hominum quod illi facile erit/Rabia cum
suo fratre ꝛ suis baronibus cum triginta milibus hominum/Nacio gi
thorum et ataneorum promittunt militare sub vexillo georgij regis
persarum/Bardebech dominus armenie minoris cum decem milibus
hominum/Assambech affinis meus vt dixi infidelis promisit nobis
